

6 Del Colegio de la Comp. de Jesus de Granada. B. 9/7813

DE

REPUBLICA

TOMVS ALTER

XIII. ALIOS LIBROS

CONTINENS.

AVTHORE D. PETRO GREGORIO

Tholozano, Iuris utriusq; Doctore & publico Professore, prius in

Academia Cadurcensi, deinceps Tholozana, nunc Pontimus-

sana Lotharingica, earumdemve facultatum Iu-

ris utriusque ibidem Decano.



HORVM MATERIAM SIVE ARGV-

MENTVM SEQVENS PAGINA

INDICABIT.


ADDITIS INDICIBVS.



PONTIMVSSANI,

APVD NICOLAVM CLAVDET

clō. lo. xcvi.



2 400 40 HALTER MADE IN GERMANY

*Del Colegio de la Comp. de Jesus de Granada. B.*

*9/78*

DE  
R E P V B L I C A  
T O M V S A L T E R  
X I I I . A L I O S L I B R O S  
C O N T I N E N S .

AUTHORE D. PETRO GREGORIO  
*Tholozano, Iuris utriusq; Doctore & publico Professore, prius in  
Academia Cadurcensi, deinceps Tholozana, nunc Pontimus-  
sana Lotharingica, earumdemve facultatum Iu-  
ris utriusque ibidem Decano.*



HORVM MATERIAM SIVE ARGV-  
MENTVM SEQVENS PAGINA  
INDICABIT.

ADDITIS INDICIBVS.



PONTIMVSSANI,  
APVD NICOLAVM CLAVDET  
clō. lo. xcvi.





PERIOCHA LIBRORVM  
ET CAPITVM TOMI I I.  
De Republica.

**P**OST causam religionis tractatam, & à mo- Liber 14.  
deratore principatus spiritualis vel secularis  
perpensam: succedit actio quæ ad curam v-  
triusque pertinere videtur: nempe sollicitudo  
totius hominis, qui anima & corpore consti-  
tuitur, quæ ad generationem & conseruationem  
eius extenditur.

Proinde in hoc libro 14. monebimus in 1. cap. quæ in republica  
circa coniunctiones generationis causa, ante, & in ipsa copula obser-  
uanda sint, vt certi & legitimi partus edantur.

Deinc de cura dum eduntur, vt inuentur & conseruentur.

Ideo c. 2. de obstetricibus agimus: & ibi quæ in illis magistratus  
reipublicæ desiderare & punire debeant.

Post editos partus, prouidendum esse de educatione eorum in-  
fantium docemus c. 3. quando maximè controuersia est de patre in-  
certo, de alimentis præstandis, de expositis.

Et proinde huic consideratio proxima est in c. 4. de nutricibus.

In lib. 15. post curam expositam requisitam in republica circa cor- Liber 15.  
pora edendorum & editorum infantium, adiungere placuit eam  
partem, quæ animam respicit, & de institutione iuuentutis agit: vt  
melius per institutos reipublica cõseruetur. Et eam institutionem in  
c. 1. necessariam & vtilem reipublicæ, eius autem contemptum no-  
xium offendimus, & qua via ad illam procedendum sit.

Et in 2. qualis etiam puellarum cura sit habenda. Subinde ne quid  
omittatur quod desideretur circa hanc partem: à minimis & elemē-  
tis institutionem ordimur, & in perfectionem gradatim eam eue-  
himus. atque ita in c. 3. de instituendo & formando primo sermone  
agimus, & quomodo, quibusque concurrentibus formetur, de ser-  
monis & verborum inuentione, & cur aliqui peregrinas linguas re-  
pudiarunt: curue vulgaris sermo, magis idoneus quotidianis cen-

seatur negotiis.

Et in 4. c. de generib. approbatione, reprobatione utilitate, professoribus linguarum: & num tales professores utiles sint reipub.

Et in 5. cap. de loquendi modo multiplici, Dei, angelorum, hominum, animalium, demonum extraordinario: de vocibus confictis, & imposturis earum: de vocibus de caelo delatis, de miraculosis locutionibus infantium, mortuorum & lingua carentium.

Discuiimus porro in 6. c. quo pacto voces miraculose vel extraordinarie edita, sint examinanda priusquam illis fidem adhibeamus, aut illis perturbemur.

Lib. 16.

Et quia formatio sermonis & scriptura, quae perinde ferè ac sermo necessaria est reipublica ex literarum consideratione & determinata prolatione pendet: hanc curam & partem utilissimam de literis & scriptura nolui praetermittere.

Quocirca in lib. 16. & in c. 1. de literis ipsis & elementis pronuntiationis & scripturae: de earum cognitione, pronuntiatione seu sono legitimo, agimus.

Atque in 2. de usu, misteriiisque literarum, quae analphabetis omnino latent: de damno & commodo epistolarum: de characteribus magicis & Ephesinis: aliisque, quae ex literarum sequuntur cognitione.

De materia diuersa in 3. in qua antiqui & posterius literas scripserunt, impresserunt, exculperunt, vel pinxerunt.

Et quia expedit interdum reipublica consilia per literas cognitatas aperire, & saepe aliunde proditores per occultos characteres coniurationes communicant, docemus in 4. c. modos occultandi & detegendi occultationem: ut consulatur ea cognitione occurrentibus ob eam negotiis. Qui autem plures euulgarunt libros, & plura scripserunt, veluti occasione sumpta ab usu literarum, indico in c. 5.

Et rursus in 6. num multos libros habere aut legere expediat, aut utile sit.

Et in 7. de thesauro bibliothecarum, quae multitudine & varietate librorum diuersorum fit.

Atque in 8. ingenia aperimus in iudicando & reprehendendo scripta aliorum, interdum ex ratione, sed saepius ex praesumptione & malitia aut odio authorum. Praeueniendum tamen à prauorum librorum lectione & ex utilitate publica id esse.

Et in 9. c. de scribis ut ministris utilitatis literarum. In 10. verò de affectione singulari quorundam erga scripta & libros aliquorum.

Lib. 17.

Ordo postea nos admonet, ut post considerationem literarum & librorum qui literis componuntur, agamus de scientiis & disciplinis liberalibus

liberalibus: quae literis & libris tradita & conseruata sunt: illa enim sunt ingenuae & liberales dictae, tanquam quae in societate ciuili, mereantur inter ingenuos & liberales homines locum habere quod praestamus libro 17. in cuius c. 1. fundamentum earum omnium tradimus: nempe Grammaticam, per quam veluti primum instrumentum, posui dari aditus ad scriptas reliquas disciplinas intelligendas & explanandas, quae sermone scripto conceptae sunt.

In 2. c. de eloquentia viribus, utilitate & pernitie in republica per abusum Rhetorum: conamurque adferre aliqua remedia, quibus abutentium malum, conseruata utilitate, emendetur vel caueatur.

Mox verò in 3. de Dialectica & eius inutilibus sophismatibus, & quatenus recipienda & retinenda sit ad usum reipublica, traditur.

Et quia ex duobus proximè positus capitulis apparuit, non esse constituendam utilitatem publicam in solo volubili & emendato sermone. Subnectimus c. 4. quae sint praecepta bene & honestè loquendi: unde fructum ex ornato sermone publicam societatem capere possit, & quando loquendum aut silendum sit.

Subinde c. 5. num poësis admittenda sit in reipub. & eius censura adfertur.

Et in 6. quatenus philosophia, & quae, quae uel philosophi recipi debeant.

Et in 7. c. qui sunt abusus philosophorum, & qui, & quorsum ciuitatibus pulsauerint: & ibidem, de quibusdam remediis contra abusum philosophorum.

Habet autem c. 8. philosophiam naturalem, quae & medicina dicitur, & ostendimus qualis illius usus fuerit apud antiquos, et de necessitate eius.

Quia verò quidam et illa abutuntur. In 9. admonemus abusus et remedia.

Adiungo in 10. c. diuinam theologiae utilitatem et necessitatem in societate ciuili, et de institutione academiarum, et tractatione iuris utriusque.

Seorsum verò c. 11. agimus de legum schola et scientia, tanquam cognitu necessaria in politica gubernatione.

Ancillares porro scientiae minores, quae liberales dicuntur, non ideo reiiciendas ostendimus in 12. c. imò potius retinendas: quòd per illas ad Theologiam et ciuilem facilius perueniatur cognitionem. Et ideo earum gymnasia et scholas reipub. conducere, et scholarum subuersionem ad damnum eiusdem reipub. pertinere.

Quum autem pleraeque saepe specie virtutis vitia inter docendum Lib. 18.

et discendum subrepant, et multi literis non minus quam aliis optimis abutantur rebus.

Lib. 18. In 18. libro politiam generalem et particularem studiorum generalium tractamus, quae uidebeat rector et publicus magistratus curare circa scholas ubi docentur scientiae, circa collegia discipulorum et docentium.

Atque in 1. c. generaliter agitur de studio generali, cur ita dicatur, aut uniuersitas, de scientiis quae possint doceri et disci.

In 2. de praeceptoribus et doctoribus eligendis, quibus recte inuenies et ciues instituendi committi possint.

In 3. de illis ut bene meritis de republica, honorandis, et dignitatibus ornandis, exemplo maiorum, quorum officium in eo cum datis priuilegiis referimus.

In 4. de stipendiis seu salariis illis soluendis.

Deque in 5. c. fundatione academiarum, et quomodo illae, quibusque conditionibus maximè legum Romanorum, receptae fuerint à regibus.

In 6. de locis publicis, designatis ad publice docendum, et de eorum priuilegiis, deque electione loci particulari, in quo conuenientius scholae edificandae sint.

De priuilegiis uero scholasticis doctoribus et officariis studiorum gratia concessis, latius in c. 7.

Et de legibus quibusdam statutis in academiis pro moderatione studiorum in c. 8.

Quia uero studiorum labor in academiis non debet esse sine fructu et honore laborantium: de gradibus premiorum et honorum agimus in 9. c. et de modo probationis promouendorum ad eos gradus, et de cauendis et reformandis abusibus, qui possunt interuenire.

Accedunt in 10. conseruatores et iudices priuilegiorum scholasticorum, reliquorumque priuilegiatorum, et quae in illis obseruanda sunt.

Lib. 19. Sic expositis pro uirili omnibus quae ad fundationem, distinctionem, curam & sollicitudinem generalem & specialem Rerum publicarum pertinere uidebantur.

In libro 19. de principatuum quorundam origine, causisque eos introducendi, per unum caput tractamus.

Lib. 20. Et subsequente 20. per aliud caput, quantum durauerint quidam principatus, respublicae & monarchiae quaedam.

Lib. 21. Libro uero 21. proposita est tractatio causarum mutationis & alterationis rerum publicarum, regnorum & principatuum.

Et in c. 1. ostendimus nihil perpetuum perscuerare posse sub caelo, & proinde

& proinde mutationes principatuum esse plerumque naturales:

Et ita in 2. esse vicissitudines potestatum & regnorum ut aliarum rerum.

Subiicitque, in 3. & respublicas fato quod euitari non potest aut impediri quibus accidat.

At in hoc inquirimus, c. 4. si possit esse remedium quod iram Dei placare possit, ad fatum interitus uel auertendum, uel leniendum.

Et in 5. Num ex constellationibus quae fuerint tempore institutionis uel fundationis ciuitatum uel Rerum publicarum, uel ex innoatione anni centesimi, contingere possint certo modo interitus.

Atque in 6. examinantur ea quae dicuntur de regnorum principatuum rerumque publicarum fato seu sorte, de mutationibus & interitu, de signis Solis & Luna aut planetarum.

Latius rursus in 7. de eclipsibus Solis & Luna, & earum uiribus circa mutationes, & interitus regnorum.

Atque ne decipiantur homines qui fatum & necessitatem, aliud quam Dei uoluntatem esse existimant, in c. 8. de illa necessitate fatali non tantum regnorum sed aliarum rerum, quae & qualis sit explicamus.

Deinceps in 9. refutamur uanitatem coniectantium quippiam de reipublica mutatione, alteratione, uel interitu, ex caelestibus & cometis, & docemus quantum ex naturali uel supernaturali uirtute, illis sit tribuendum, item de incertitudine scientiae Astrologiae, de causis cometarum & eclipsium: ne in posterum, ob ignorantiam causarum metus panici, & scrupuli pestilentes in republica, per praesagia incerta ciuibus iniiciantur.

Aduersus etiam signa & prodigia quae malum aliquod portendere uidentur reipublicae, in c. 10. remedia aut praecautiones adferre conamur.

Sed & c. 11. aliunde extrinsecus accidere posse mutationem societatis, & reipublicae & ciuitatum fieri posse desertionem, & ueluti in locis interitum, ex causa minorum animalium etiam & ferarum, uel ex spontanea congregatarum secessione indicamus.

At in 12. c. quaedam remedia aduersus ista extrinseca, adiecimus.

Contingunt superiores mutationes aliunde quam ex facto personarum, sunt autem aliae quae causas habent ab ipsis personis, maxime dominantium & potestate gerentium, de quibus in lib. 22. dicitur.

Et proinde in c. 1. patet, quomodo forma reipublicae optimatum & paucorum, in alteram speciem gubernationis transformetur.

Et 2. quomodo popularis, in aliam in c. 3. de contaminatione, alteratione, mutatione & interitu reipublicae seu principatus, per luxuriam imperantium, uel, in 4. per luxum & intemperantiam eo-

randem: deque emendatione eius causa.

In 5. Et de alia causa eiusdem mutationis aut interitus, qua superbia dominantium est.

In 6. c. cui causa adiecitur ibi remedium.

Alia additur causa 7. c. crudelitas rectorum, trux dominatio, qua non potest diu subsistere.

In 8. verò aperimus aliam causam: odio & contemptu principis plerumq; respublicas turbari & discessionem fieri. Et proinde quomodo cum populo conuersari debeat rector reipublica vel princeps, ut ei causa occurrat, tradimus.

Et quod maximè nocet principibus, indicamus c. 9. dandi ferè semper occasionem usurpandi principatum, potestatem nimiam ante temere cuiuspiam concessam.

Verum in 10. exponimus quedam precautiones & remedia, quibus obuiam ire princeps possit.

Item aliud c. 11. ut nemini omnino confidat, & coniurationes comprimat.

Auariatam insuper fuisse causam aliquando mutationis & subuersionis status & conditionis reipublica, docetur in c. 12.

At in c. 13. liberalitatem ei mederi docemus, qualisque ea esse debeat.

Ceterum c. 14. probat aliam causam eamque perniciosissimam mutationis vel interitus reipublica & principatus, religionis vera & sincera contemptum, & cultus diuini negligentiam.

Lib. 23.

In libro 23. alias causas frequentiores notamus mutationis vel perditionis status reipubl. aut principatus: qua ex seditionibus oriuntur.

Et in 1. c. seditionum causas prout differunt à bello generaliter ostendimus, postea in specie c. 2. causam earum luxuriam. Factiones & coniurationes in 3. c. & in 4. de remediis factionum. Possunt esse & seditiones ex aliquibus causis mota, qua per directum non sunt facta commouendi statum reipubl. gratia: sed ex alia occasione, qua nihilominus ad seditionem letalem reipublica postea peruenit, de quibus & de remediis agitur in c. 5.

Possunt & extranei admissi ob morum diuersitatem, in ciuitate concitare seditionem, ut habetur in c. 6.

Potest & nimium otium, desidia ciuium & militum animos ad dissidia & seditiones commouere, ut dicitur in c. 7. & ibi remedia.

Sunt & oratores seu declamatores in c. 8. positi inter commouentes plerumque tumultus. Possunt & propemodum alia esse causa que

que dissidiorum & tumultuum sint origines.

Verum in c. 9. omnibus motibus & seditionibus pacandis, traduntur precautiones & remedia.

Inter ea que maximè profunt ad precauendas & corrigendas seditiones, & ad conseruandam rempublicam, bonum est consilium: ideo de eo sequitur liber 24. Lib. 24.

Et primo c. quid consilium, quamque sit necessarium in republica tractanda, ostenditur in 2. c. quod duplex sit bonum et malum.

Quod bonum ad utilitatem, malum ad damnum publicum, pertineat in c. 3.

Et in c. 4. praclaras respublicas bono consilio institutas et conseruatas esse, et comitia habuisse subindicamus.

Et rursus in c. 5. specialius usum comitiarum qualis fuerit in Gallia, ostenditur.

Ad haec in 6. quales, & cuius conditionis, & quomodo eligi debeant adhibendi in consilium publicum, seu consiliarij, ponitur. Et quamuis imperet solus monarcha, & sit sui iuris, possitque suo arbitrio sine consilio in regno statuere: tamen eum sapientius & tutius facturum ostendimus.

In 7. c. si consiliarius bonus, eorumve consilio utatur.

Utque possit bona consilia à malis, & probos & utiles consiliarios à nocentibus & prauis distinguere in c. 8. bonorum consiliariorum, & consiliariorum notas apposimus.

Non poterit autem bonum esse consilium aut uile, dignitatis uel maiestatis reipublica & principis, quod ad eneruationem, diuisionem & dissipationem imperij pertinet.

Quare in libro 25. adferimus aliam insignem causam mutationis, alterationis, & subuersionis principatus & potestatis, diuisionem imperij, atque per unum solum caput, pluribus exemplis liquido docemus, hanc diuisionem regnandi uel in solidum, uel pro parte, uel ad tempus alternatim, nunquam fuisse sine detrimento & mutatione saltem potestatis & auctoritatis, & plerumque habuisse subuersionem status & interitum principum. Lib. 25.

Quia uerò per diuisionem, qui eam patitur princeps, uidetur partem eam quam alteri concedit uel sponte uel vi deponere & à se abdicare sumpta hinc occasione adiungimus per hunc postremum 26. librum exempla & causas quibus plures non partem, sed totum reliquerunt principatum. Lib. 26.]

Et in 1. capite. recensemus quosdam viros praestantissimos magno animo recusasse potestates et imperia sibi delata: alios iam quaesita et possessa sponte deposuisse.

*Alios in 2. c. oneribus imperij & inconstantia rerum humanarum perterritos.*

*Alios in c. 3. ob metum populi & insidiarum, & odium ambitionis fororum.*

*Fuisse autem & alios tradimus in 4. c. depositos inuitos, ut inuitiles & inhabiles ad exercendam principatus vel gubernationis potestatem:*

*Verum tamen in c. 5. disputatur num iure fieri possit quod facto ipso contigisse legitur, principes deponi posse à potestate vel principatu, ob negligentiam, furorem, vel aliam (ut dicunt) inhabilitatem: & à quibus, dum fieri potest, illud faciendum sit. Deponit & principatum ut cetera omnia princeps, morte, siue naturali siue violenta:*

*Ideo c. 6. agitur de morte principis.*

*Et in c. 7. quaestio agitur, num rex tyrannus, qui male imperat, dici debeat: & num tyrannus à quolibet necari possit, indifferenter & impunè.*

INDEX LIBRORVM ET CAPITVM  
SECYNDI TOMI DE  
Republica.

*Lib. 14. seu de cura & educatione infantium.*  
Cap. 1.

**D**E generali cura Reipub. circa liberos procreandos.

2. De obstetricibus.
3. De educatione infantium procuranda, & de expositione eorum castiganda.
4. De nutricibus.

*Lib. 15. seu de prima institutione puerorum & iuuenum in societate civili.*

Cap. 1. De necessitate institutionis puerorum, & in quibus debeant institui.

2. De puellis.
3. De verbis & sermone formando infantium.

4. De linguarum varietate & multitudine, & num earum cognitio utilis sit reipublicæ.

5. De loquela & sermone seu de articulata voce, aliunde quam ex hominibus procedente.

6. De discretione & iudicio sermonum miraculose seu præter naturalem ordinem editorum.

*Lib. 16. seu de literis.*

Cap. 1. De figuris seu characteribus literarum, cognitione & pronuntiatione, seu de sono earum.

2. De literarum vsu & mysteriis.
3. De diuersa materia in qua literæ scriptæ, aut impressæ dicuntur.
4. De literarum occultatione.
5. Qui multos scripsere libros.
6. De librorum multitudine.
7. De Bibliothecis.
8. Librorum & authorum reprehensiones.
9. De scribis.
10. De affectione librorum.

*Lib. 17. seu de liberalibus disciplinis.*

Cap. 1. De arte loquendi, siue de Grammatica.

2. De eloquentia eiusque vtilitate, reprobatione, abusu, & remediis contra abusum.
3. De Dialectica.
4. De quibusdam præceptis bene & honestè loquendi.
5. De poetica scientia.
6. De philosophia & philosophis in reipublica.
7. De abusu philosophantium & eius remedio.
8. De medicina.
9. De medicinarum abusu, & remediis.

10. De vera philosophia, & salutari reipublicæ, iuris vtriusque diuini & humani sapientia.

11. De legum scientia seu earum schola.

12. De artibus liberalibus dictis, in genere

*Lib. 18. siue de politia circa studia, scholas, & collegia.*

Cap. 1. De studiis, artibus seu scientiis in genere, in scholis literariis tractandis vel non docendis, publicè vel priuatim.

2. De præceptoribus seu pædagogis iuuentutis in reipub. eligendis.

3. De honore seu reuerentia præceptorum, seu instituentium iuuentutis.

4. De honorariis seu stipendiis publicis professorum publicorum.

5. De fundatoribus studiorum generalium.

6. De loco ubi docendum sit, vel scholæ ædificandæ sint.

7. De priuilegiis studiorum.

8. De disciplinis & legibus quibusdam scholarum seu academiarum.

9. De collatione graduum in academia, abusu & reformatione.

10. De cõseruatore & iudice priuilegiorum studiorum, & personarum eorundem.

*Lib. 19. de origine & causis principatus.*  
Caput vnicum habet.

*Lib. 20. de duratione principatum per diuersas orbis partes.*  
Caput etiam habet vnicum.

*Lib. 21. siue de mutatione, alteratione, & interitu rerum publicarum & principatum, & de remediis quibusdam & præcautionibus eorundem.*

Cap. 1. Generalis consideratio mutationis cõseruationis & interitus reipub & principatum.

2. Mutationes formarum reip. veluti quodam ex morbo naturali & innato.

3. Epitome causarum mutationis & interitus rerum publicarum primùm, que ex decreto & voluntate Dei.

4. De remediis cõtra hanc mutationem vel interitum principatus vel reipublicæ, ex Dei decreto imminetum.

5. De fato regnorum, ex contingentibus in initiis, & de cõtenarij mutatione.

6. De fato regnorum, de que mathematicis & cõlestibus causis, & cometis.

7. De fatis regnorum & principatum, ex Solis & Lunæ eclipsibus.

8. De necessitate & fato rerum omnium.

9. Declaratio & intelligentia eorum qua-

tribuenda sunt vel non caelestibus torporebus, comētis, astris, stellis, eclipsibus, prodigijs naturali vel supernaturali via.

10 De remedijs quibusdam aduersus ea quae praesagere videntur signa celestia, & prodigia alia.

11 De fato seu interitu rerum publicarum exterius illato.

12 Remedia aduersus praedicta extrinseca nocentia.

*Lib. 22. seu de alijs mutationibus imonationibus, transformationibus, rerum publicarum principatum & regnorum.*

Ca. 1. de mutatione rerum publicarum vnius formae in alia paucorum vel optimatum in genere, & de causis eius spontaneis, vel violentis quibusdam.

2 De mutatione democratiae seu status popularis in aliam formam.

3 De mutatione principatum & interitu ex causa luxuriae imperantium.

4 De causis mutationis, alterationis, vel interitus reipublicae ex intemperantia & luxu dominantium.

5 De emendatione luxus, & ita de remedio contra hunc casum reipublicae.

6 De causa mutationis aut subuersionis aut interitus reipub. per superbiam imperantium, & de quibusdam remedijs seu praecautioibus aduersus eam.

7 De crudelitate quae plerumque est causa mutationis seu interitus reipublicae vel imperantium.

8 De odio vel contemptu principis vel rectoris reipub. & pro remedio, de conuersatione principis cum populo ne odium aut contemptum timeat.

9 De alia causa mutationis reipub. vel principatus, vel principum interitus, ex nimia licentia potestate & indulgentia quibusdam prius concessa.

10 De remedijs aduersus usurpationes & insidias eorum qui nimia potestate sibi concessa abutuntur.

11 De alio remedio contra periculum proditorum ambitiosorum seruando: vt omnino omnibus non confidat princeps, vel rector reipublicae.

12 De auaritia principum & rerum publicarum, ex qua mutationes & interitus eis adueniunt.

13 De liberalitate, pro vt remedium est conseruandae reip. contra auaritiam.

14 De contemptu cultus diuini & mandatorum Dei, vt de causa mutationis & interitus reipub. & principatum.

*Lib. 23. seu de seditionibus reipublicam turbantibus, & de remedijs earum.*

Cap. 1. De causis seditionum in reipublica & principatu generaliter.

2 De seditionibus & mutationibus status ex causa luxuriae.

3 De factione & coniuratione causa seditionis.

4 Quaedam remedia contra factiones.

5 De alia causa rebellionis & seditionum ob iustum vel iniustum, vel inconsideratum dolorem tumultuantium.

6 De alia causa seditionum propter admissionem extraneorum.

7 De odio, tanquam de alia causa corruptionis reipub. & seditionum, & de remedijs quibusdam aduersus eadem.

8 De oratoribus tanquam de alia causa seditionum & tumultuum.

9 De remedijs quibusdam generalibus contra seditiones & perturbationes reipublicae.

*Lib. 24. seu de consilio.*

Cap. 1. De consilij necessitate.

2 De diuisione aut distinctione consilij.

3 De utilitate boni consilij.

4 De principibus & rebus publicis quibusdam quae consilio vsae sunt.

5 De quibusdam causis singularibus ob quas status tres seu comitia vocata fuerunt in Gallia.

6 De bonis consiliariis eligendis, & qualitatibus eorum.

7 Num monarcha possit de rebus grauioribus regni sine consilio statuere.

8 De discretione boni & mali consilij.

*Lib. 25. de interitu regnorum per diuisionem.*

Capitulum eius est vnicum.

*Lib. 26. seu de modis quibus quis desinit principatum gerere.*

Cap. 1. De iis qui se sponte abdicarunt principatu, & de causis quae illos ad id impulerint.

1 De iis qui propter onera & propter inconstanciam rerum humanarum, noluerunt vel recusarunt imperare.

2 De renunciantibus principatu ob quendam metum.

3 De submotis a regno & principatu, tanquam inutilibus & inhabilibus ad imperandum.

4 De priuatione principatus ob negligentiam vel inhabilitatem, quaestio.

5 De morte principis.

6 De quaestione, num licite tyrannus a quolibet impune necari possit.



# DE REPUBLICA

## LIBER XIII.

seu

### DE CURA ET EDUCATIONE

puerorum vel infantium.

De generali cura reipublicae circa liberos procreandos.

#### CAPVT I.



AGRICOLAE; qui arbores rectas, fructuosas & dispositas ad culturam habere desiderant, curam principalem esse putant in ipsa satione prima, & pro ea terram conuenientem eligere, semina vel plantas eo ordine disponere, vt & se mutuo non impediunt, & iucunda quadam positione utilitatem simul & commoditatem producant. Qualem enim ordinem, qualemve cultum primitus impenderint, talem in posterum fructum & utilitatem maiorem vel minorem consequentur. Ad eum modum Reipublicae moderator, qui in societate humana sibi commissa colenda, desiderat fructum communem ex populo percipere, non minus sollicitus esse debet in eligendis, plantandis & dirigendis primis plantis humanis. Est enim homo planta inuersa habens sursum radices, in caelum extollens caput, vt hauriat a caelo tanquam a proprio solo necessaria corpori & animae, Deus agricola, princeps, vicarius eius summi agricolae. Et proinde, statim ab ortu, imo ante conceptionem & in gestando utero, & post editionem partus, de infantibus vt nouis plantis quae in orbem veniunt, sollicitus esse debet. Sicuti & Lycurgus in sua reipublica, non omisit etiam statuere, quoties in hebdomada conuenire debent mariti uxores, quae aetate nubere deberent, quae uxores ducendae essent, quod & curae fuit alijs legislatoribus, & his qui publicam rem curarunt ad generationem promouendam & firmandam, vt essent filij editi aliquando vsui meliori reipublicae.

2 Siquidem filij non tantum parentibus, sed etiam reipublicae nasci dicuntur. Nempe, quod ex illis confletur, & quotidie deficiens populus reficiatur, & quodammodo remaneat immortalis. De propagatione ita reipublica quoque fuit studium his qui prepositi fuerunt, vt pennis etiam coacerent qui non ducerent uxores, praemijs afficerent ducentes, & liberos procreantes, eoque magis quo plures ederent. Lycurgus eos qui nolent ducere pellebat ab spectaculis; senibus caelestibus, haberi honorem quem alijs deferri lex iubebat, noluit. Censoria quoque nota apud Romanos qui matrimonium non contraherent, fig. P.

a l. 1. §. & generaliter, de ventre in possessione. mitt. lib. 37. P. tit. 9. l.

2. de instit. & iur. P. l. 14. ad senatus. Treb. P. l. j. in fine, ad le. iul. ma-

gest. P. l. 19. §. 7. de captiuis & post. reuer. P. l. 14. §. 4 de mun. & hono. P.

b l. proponebatur, de indi. P. l. liberorum. 220. de verb. sig. P.



adigebantur: lata lex Papia, de frequentandis matrimoniis: poenę adie-  
 ctę aliquando cęlibibus, & non generantibus, quę tamę postea abo-  
 lita. Lex eadem pęmia procreantibus liberos proposuit. Fuerunt  
 & immunitates & vacationes suscipientibus plures liberos a Roma-  
 norum legibus concessę, priuilegia varia, vnius, duorum, trium, plu-  
 riumue liberorum. Rex Persarũ, munera etiã ei mittebat singulis an-  
 nis, qui plures sustulisset liberos. Spartiate, vel ei qui tres sustulisset li-  
 beros priuilegiũ cõcedebat excubiarum: qui plures aliorũ munerum.  
 3 Fuit aliquando mos Genti Fapyrorum, qui adiacent Hircanis, vt  
 susceptis liberis aliquot vxores aliis item habendas, quarendę prolis  
 gratia transferrent: sicuti Catonem Portium, Hortentio indigenti,  
 Martiam vxorem esse impertitũ veteri vr̄bis more, post alios cecinit  
 etiam Lucanus, verum ille mos non a nobis refertur vt probetur, sed  
 vt indicare possimus propagationis, quantũ fuit aliquando multis de-  
 siderium; vt etiam obliuiscerentur honestatis potioris & dignitatis  
 matrimonij.  
 4 Non sufficit enim procurare prolem reipublicę multiplicem,  
 nisi quoque & ea talis sit quę vsui & vtilitati sit atque honesta & non  
 damnosa. Et proinde additę sunt leges, quę huic parti quoque pro-  
 spicerent: fueruntque vel lege diuina, in populo Dei, & alibi ratione  
 naturali, emēdata plura, quę visa sunt interdum hominibus societatem  
 bonam non curantibus, iocunda & probanda, in quę inciderat vel  
 nimia multiplicandi cupiditate, vel voluptate inordinata. Sic respubli-  
 ca improbata Socratica, quę vxores & liberos communes esse volebat:  
 qualis & Anabaptistarum, Nicolaitarũ & Gindanorũ, qui erant fini-  
 timi Macaris in Africa, Tyrrenorum, Nomadũ, Scytharum, Eymur-  
 niorum, Dapsolybium, & aliorum quorundam. Docuit enim vsus, va-  
 gos & promiscuos concubitus forsã multiplicare posse sobolem, sed  
 non esse eam idoneam ad educationem, & vtilitatem reipublicę. Nam  
 pręter contemptum Dei, ex quo subuertuntur reipublicę, difficilis in-  
 uenitur educatio & sustētatio plurium, vt vix liberi possint perducı ad  
 vsũ ad societate necessariũ. Ita in Gallia in septētrionalib. gentib. mu-  
 lieres cũ sint fecūdissimę, & vltra nutriendos partus diligētes, abundat  
 cũ maiori solitudine, homines, certa sunt matrimonia, & singuli suos  
 partus educant potius tãquam suos, quã si cõmunes cęserentur. quod  
 in cõmune pluriũ est; solet a pluribus cõtēni: vbi etiam multitudo per-  
 mittitur mulierum seu vxorum, minor est amor viri in omnes: quã si  
 erga vnam coniungeretur: inuidia inter vxores, altera alteri partum  
 furripere satagit, & zelotypia commota vt fera rabida insidiatur, vt li-  
 quet ex Rachele & Lea, vxoribus Iacobi patriarchę: ex Sara & Agar A-  
 brahami. Qui plures itē ex pluribus liberos habet, minus omnes insti-  
 tuit, cõmunicare vxores etiã sibi arguit irrationalia animalia, imo eos  
 peiores illis facit quia nec videbis arietes aut Gallos gallinaceos, aut  
 alias feras suas fœminas sine certamine aliis concedere. quamuis homi-  
 nes agnoscere aliunde debeãt, matrimoniu esse viri & fœminę, & non  
 virorum & fœminę, aut viri & fœminarum, coniunctionem: & esse  
 duos non plures, in carne vna. Censoria etiã nota in cęlibes ma-  
 xime olim introducta, vt compulsi ad matrimonium honesta ratione,  
 eu itarent

2  
 a Valer. Ma-  
 ximus lib. 2. c.  
 9. Plutarch. in  
 Camillo.  
 b l. 2. de infir-  
 mād. poenę ca-  
 liba. & orbi-  
 tat. lib. 8. tit.  
 58. cap. que-  
 dam leges, 2.  
 c l. f. de hie qui  
 numero libero-  
 rum se excu-  
 sant lib. 10. c.  
 d. 51. §. 1. de ex-  
 cusa. tutor. a-  
 pud Iustinia. l.  
 2. de vacat.  
 munerũ P. l. 2.  
 de minori 25.  
 annis P. L. in  
 in albo. de de-  
 curioni. P. cum  
 finit. de quibus  
 tractat ex pro-  
 fesso. Vertra-  
 nius Maurus.  
 lib. de iure li-  
 berorum. vide  
 qua diximus  
 lib. 9. syntag-  
 mat. c. 6.  
 e Herod. in 1.  
 d Oros. lib. 4. c.  
 1. Aelia. l. 6.  
 f. 5. Aristotel.  
 li. 2. politico. c.  
 7.  
 g Caelius Rho-  
 digin. lib. 18. c.  
 28.  
 h Herod. in 4.  
 i Caelius Rho-  
 diginus, libro  
 14. antiquitat.  
 8.  
 i Stob. sermon.  
 42.

vide qua co-  
 piose disserui l.  
 9. syntagmati

eu itaret iuuenes illicitos amplexus & vagos. Declarantur autem om-  
 nes concubitus illiciti & prohibiti, qui extra legitimum matrimo-  
 nium fiunt, vt fornicationes cum virginibus viduis, adulteria, cum con-  
 iugatis, & incestus cum proximis, & quicquid dici possit vltra matrimo-  
 nium, & ita merito prohibiti Lege diuina, canonica, & ciuili.  
 5 Christianum est, concubinas & maxime meretrices, lupanaria,  
 lenones & lenas a republica explodere, & punire adulteria multo ma-  
 gis: verum si quis inquirat num satius sit permittere lupanaria quã  
 omnino prohibere. Responderem nunquam approbationem placuisse  
 bonis viris etiam Ethnicis, multo minus qui leges Dei colunt. At a-  
 liquando tolerasse bonos, ad euitandum maius malum: non secus quã  
 videmus principes non probare quidem vsuras, sed tamen aliquo mo-  
 do permittere, fr̄no ad certam summam vsque iniecto, ne crudeliter  
 ex arbitrio sceneratores in pauperes grassarentur, & ne, si omnino in-  
 hiberentur, auaritia crudelius illis mutuum denegaret. Sunt loca, in  
 quibus tam corrupta est iuuentus, & mores ita impij, vt si meretrices  
 publicę omnino tollantur, futurum sit matronarum & nuptarum &  
 virginum periclitari pudicitiam, libidine procacium, & quod infan-  
 dum est, etiam attendendum puerorum concubitum. Et proinde per-  
 mittuntur sordes fordescensibus, & vt qui in sordibus sunt fordescant  
 adhuc, ne aliorum aut aliarum honestatem incendio libidinis violare  
 attemptent. Tentabit omnibus tamen modis reipublicę moderator, ad  
 frugem meliorem huiusmodi cupiditates, poenis etiam appõsitis, re-  
 uocare: hoc enim, est contra legem Dei committere, at si nequeat  
 quod intendit bonum consequi, conabitur peiora euitare. Atque in  
 permissione illa lupanaris sic perscribet habenas, vt nõ omnino quod  
 quis vellet cuique liceat, sed vt cum ipsa permissione, turpidinis infam-  
 ia, aliquando possit resipiscendi dare argumentum, segregatione  
 harum meretricum, in loca separata ab honestis habitationibus, ad-  
 hibitis insignibus & notis quibus distingui & infamari possint a sin-  
 gularibus, ademptis priuilegijs testandi & disponendi, de quęstis a  
 tali arte prostitutionis: imò adempta succedendi ab intestato & ex te-  
 stamento facultate, & ad terrorem quoque probarum matronarum  
 facta lege, vt si qua inueniatur in stupro vel illicita coniunctione per-  
 ciuitatem, quod licentia dabitur aliis meretricibus eam euocandi &  
 ducendi in lupanar, vt quas Dei timor a turpitudine reuocare non va-  
 let, saltem infamię publicę metus contineat.  
 6 Non contemnendum etiam quod prouidi legislatores & prin-  
 cipes statuerunt, nothos & spurios repellere a successione parentum  
 maxime illustrium, & habendos tanquam sine patre, & indignos omni  
 honore & dignitate, non quidem quod ipsi filij spurij peccauerint,  
 quia nasci de iniusto concubitu non est culpa nascentis, sed generan-  
 tis: verum, vt tali repulsa ignominiosa, euitentur tales concubitus, &  
 ex contemptu filiorum patres puniantur, & deterreantur ab illegitima  
 generatione. neque ideo, sine gratia etiam benemeriti spurij, ad ho-  
 nores & munera dignitatum admittendi sunt. Turpisque semper erit  
 habenda, inter nobiles pręsertim, qui ex professo virtutem colere de-  
 bent vt veri sint nobiles, assertio bastardorum, & turpe certe dicere se

Juris c. 2. lib. 1.  
 §. pen. ibi viri  
 et fœmina cõ-  
 iunctio quid  
 nos scilicet ha-  
 mines matri-  
 monium ap-  
 pellamus de  
 Inst. et tur.  
 a Nõ mecha-  
 beris. Exod.  
 20. Marc. 10.  
 ad Hebraeos  
 cap. 13.  
 b cap. 20. nu-  
 bendi 27. q. 1.  
 cap. fornicari,  
 88. distinct.  
 cap. sicut sa-  
 riu, 8. cum se-  
 quentibus. 32.  
 c Titulis de a-  
 dultarijs in  
 Pandect. &  
 Codic. Iustin.  
 d l. si qua illu-  
 striu, C. ad se-  
 natu. cons. Or-  
 ficia. quomodo  
 verũ & quare  
 a successioib.  
 spurij de iur. iur.  
 tur docuimus.  
 lib. 45. Syn-  
 tagm. cap. 6.  
 e l. vulgo con-  
 cepti, de statu  
 hominis P.  
 f cap. nasci de  
 adulterio, 5. cõ  
 sequent. 56. di.  
 g cap. 1. inf. de  
 filijs presbyte-  
 rorũ. l. legem,  
 & l. f. de na-  
 tur. lib. lib. c. 1.  
 per venerabi-  
 lem. 13. §. fin.  
 qui filij sint le-  
 giti. lib. 4. tit.  
 17. D. iur. iur.  
 cap. 23.

spurios admittere pro suis, vocant, *bastards auquez*. Multa de meretricum contemptu, & lupanaris turpitudine, et lenonibus alibi disputauimus, quæ non inutilia erunt moderatoribus reipubl. si considerent. Probarem & vt meretrices & scortatores quopiam vulgari opprobrio infamarentur cum castigatione, nempe catrimidiarentur, vocant *mitrer*. & alicubi audiui Burgundia morem esse ex lege pontificis, concubinas clericorum fistula concomitatas in exilium mitti & expelli à ciuitate, si addatur carnifex eius rei comes, augebit infamiam & metum, cum admonitione vt si quando redierint vnde pelluntur, futurum sit pœnas inferendas.

7 Non conueniunt certe isti vagi & illiciti concubitus ad formandam rempublicam, sed contra maximè noxij sunt, & auertunt generationem. Siquidem vt dicunt medici, & Physici, ex frequenti coitu fit lubrica vulua & conceptio impeditur. Et si quando nascantur ex istis concubitus illicitis quidam, existimandum est de tali cõmixtione meretricum degeneres populos & ignobiles, & furentes libidine, fere procreandos, & ad extremum vniuersam plebem ad deteriora & ignobiliora vergentem: & nouissime, nec in bello seculari fortem, nec in fide stabilem, & nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem esse venturam. Sicut Bonifacius Martyr, scribit Echel do bater regi Anglorum de Anglis eo vitio infamibus tunc. Et addit postea: sicut aliis gentibus prouincia & Hispania, & Burgundiorum populis contigit, quæ sic à Deo recedentes fornicatæ sunt, donec Iudex omnipotens talium criminum vltrices pœnas, per ignorantes leges Dei, id est per Sarracenos, venire & sauire permisit.

8 Duo sunt etiam quæ ordines seu status reipublicæ possunt turbare, per suppositionem liberorum, quæ euitanda est. Primū quod ex illa incerta coniunctione per quam mater quidem certa est, sed pater incertus per opinionem stolidam parentum putatiuorum, se familiis illorum spurij, inserunt. Aliud est, quod ex suppositione alternis partus, mulier & vir coniuncti matrimonio efficiuntur parentes, vel pro talibus habentur: vnde multa mala sequuntur. Et primum illud, quod alienæ forte sordidæ stirpes, splendidis & ingenuis natalibus audeant subrogari: vt super statu ideo, omni inquisitione & tortura ad veritatem eruendam procedendum sit. <sup>d</sup> Quantum verò turbata fuerit sæpe res publica ab his qui infimo loco nati, clarissimis familiis mendaciis se inferere conati sunt, longum esset recensere, cum etiam sufficere possint exempla quæ retulit Valerius Maximus lib. 9. cap. 16. Cum hoc aliud malum, vt per suppositionem partus, siue per adulterij generationem siue per suppositionem infantis alieni, adimantur filiis naturalibus & legitimis, vel aliis proximis defunctorum, per supposititios hæreditates & bona, imo & aliquando regna & imperia. Quem admodū ferunt, vxorem Philippi Macedoniae regis, Perseum qui à L. Paulo victus est, post partum sustulisse à matre sartrice quadam Argolica nomine Gnatenia, & clam sibi subieçisse. Et Eutropiam Syram, vxorem Maximiani Herculij imperatoris, cum mariti animum cuperet sibi retinere deuinctum, subieçisse sibi dicunt Maxentium <sup>f</sup>.

9 Remedia

9 Remedia his & similibus malis adhiberi posse, nos admonet leges eorum qui rempublicam tractarunt, nempe pœnas statuentes in huiusmodi scortatores & adulteros, qui subiiciunt parentibus alienum semen, & in eos qui subiiciunt partus, vt in falsarios, adhibitis quoque præcautionibus, vt videatur & inquiretur an verè antè prægnantes fuerint quæ se peperisse mentiuntur <sup>a</sup>.

10 Ad curam rectoris reipub. pertinebit & aliud caput circa generationem, non omittendum: nempe vt personæ quæ coniungendæ matrimonio sint, tales tantum admittantur quæ ætatem legitimam habeant, considerata locorum qualitate, ad generandâ corpora firma & vtilia reipublicæ. Sicque Lycurgus, cum viris & sceminis nuptiarum præstitisset tempus, interrogati cur id fecisset respondit, vt foetus ex adultis validi procrearentur <sup>b</sup>. Quod & obseruasse olim Germanos indicat Cornelius Tacitus, de moribus eorum agens, eosque in turpissimis posuisse, notitiam sceminæ ante vigesimum annum habuisse <sup>c</sup>. Circa hanc ætatis causam consideranda erunt, quæ docuimus alibi. Et cum illis qui præest princeps aut alius serio consultabit, num subditis cum extraneis, seu alienigenis, aut vicinis permittere debeat matrimonium, aut interdicerè in quantum sua interest <sup>e</sup>. Siquidem in quantum sacramentum est institutum ab ecclesia, libera esse matrimonia debere, non ambigitur, vt sui iuris principalis non censeatur laici, vt & admoneatur inde ad legitimū imperium, eiusque potestatem nõ pertinere, velle cogere subditos ad tradendas filias vel filios coniugio, præter ipsorum voluntatem: <sup>f</sup> in quo peccatur plerūque hodie, non tantum à regibus, sed etiam à regulis, & dominis territoriorum, qui ita diuites subditas suis seruis & infimis hominibus & inopibus, minis, vi & crudeli modo seu tyrannico coniungere cogunt: vnde ex inuitis nuptiis sequi solent tot adulteria, dissidia inter coniunctos, homicidia, diuortia & pleraque alia mala. Vbi enim matrimonij vinculum volūtatis & amicitie deest, ibi nihil potest esse iucundi, nihil quod possit iuuare vel ornare Rempublicam.

11 Cum his, non debet prætermittere rector reipublicæ curam inquirendi de prægnantium mulierum vtero, ne incuria hac tuti, illegitimè concumbentes, metu infamie partus intercipient, suffocent aut perdant. Et si quas ad hanc impietatem peruenisse detexerit, exemplari pœna debet punire, vt & aliæ abstineant, & ne piacula homicidiorum infantium committantur, ex quibus non tantum subtrahitur persona reipubl. sed sæpe anima ipsa celo, dum sine baptismo animati partus suffocantur, & ita vita æterna eis cum vita temporali adimitur. Præludia istius audaciæ deteguntur in poculis abortus, quæ solent misceri, vel à medicis vel pharmacopolis, vel obstetricibus, vel aliis perditis hominibus, quæ propinantur ad secure scortandum sine proli spe, vel ad tollendos iam conceptos partus, quod grauius scelus est dum animati sunt: nã verè ibi homicidiū: non itè si animatus partus nõ fuerit, sed sit embryo, vel si impediatur ne cõceptio vlla fiat, quæ omnia etsi nõ sint æque grauia vt homicidiū animati partus, tamen nõ longe absunt ab eodè scelere, & ideo puniuntur, tū quia mali exempli, tum & quia habent intentionē inhibendę generationis quæ vtilis est <sup>h</sup>.

<sup>a</sup> titul. de ventre inspiciendo custodiendoque partu. lib. 25. P. tit. 4. <sup>b</sup> ut, si ventru nomine muliere in possessione missa &c. <sup>c</sup> Plutarch. in Apop' theg. <sup>d</sup> Cor. Tacitus, de morib. Germanor. <sup>e</sup> lib. 9. Syntagm. cap. 7. <sup>f</sup> vide quid de his diximus li. 9. Syntag. c. 13.

<sup>f</sup> docuimus supra in potestate regia.

<sup>g</sup> Exod. ca. 21. cap. Moses 32. q. 2. l. Cicero, de pœn. 20. <sup>h</sup> L. si quis aliquid, §. qui abortionis, de pœnis in P. rum simili ibi nota. & c. si aliquis §. de homicid.

<sup>a</sup> lib. 10. Syntagm. lur. c. 2.

<sup>b</sup> cap. 10. siges Anglorum 56. Dist.

<sup>c</sup> l. vulga concepti de statu hominum.

<sup>d</sup> l. 1. §. quantus, de ventre inspiciend. P. l. super statu 9. de questio. lib. 9. C. tit. 41. l. extraneo. §. de questio. & l. vnus. §. Index. eo. tit. P. e Plutarch. in Aemilio. <sup>f</sup> Sextus Aurelius, & C. spinianus in imperatorib.

**N**on sufficit moderatori reipublicæ, circa generationem procurandam animum intendisse, nisi quoque de conseruatione conceptarum partium sollicitus sit. cuius sollicitudinis maior pars & præcipua, circa parturientes & grauidas versatur. vt eis subueniatur, & ne partus in ipso primo ortu intercipientur aut lædantur. Videretur aliquibus sollicitudo quæ ab obstetricibus desideratur, forsan in republica inanis, nisi res ipsa nos inuitos cogat fateri, nihil magis conuenire societati hæc diligentia, quæ in iuuandis parturientibus, & in conseruandis infantibus, negotium periculofum habet. cum enim emittitur claustro vteri puer, etsi natus sit homo omnium animalium princeps, tamen tantæ est imbecillitatis in ipso egressu, vt nisi serio curetur, interitus & ortus vnâ habeant periodum.

2 Scimus & testantur quoque sacræ inquisitionis testimonia, tantæ impietatis reperiri obstetrices, quæ sub officio pietatis & auxiliij, moliantur, persuasione hostis humanæ naturæ, edendis in lucem interitum, aut animæ & corporis, demonibus faciant natorum abominandam deuotionem. Sunt plures quæ pretio vel odio impulsæ, foetus suffocant, & pressuris & artibus enecent, vel vt priuent sobole legitima parentes, vel vt tenellos ita tractent vt potius môstra & dedecori parturientibus, quàm filij humanæ figuræ videantur. Sunt & quædam obstetrices, quæ partium suppositione vti soleant, vt inserant familiis splendidis, cum maxima iactura proximorum alioquin successurorum, alienas soboles. Possunt & alia infinita propemodum mala ex prauis & impiis obstetricibus, vel circa decumbentes vel circa partus inferri,

a vide Iacobum Sprengierum, in malleo Medicarum, parte 2. q. 1. c. 13. pag. 344.

quæ potius silenda quàm detegenda sunt, verum administratoribus politicis sic studiosè præcauenda, vt electione bonarum & fidelium atque peritarum obstetricum, anteuertantur. Quemadmodum enim Agricola, non minori diligentia imo maiori, semina iactata & sata nuperrime & teneras plantas curant, quàm iam adulta & segetes, aut annosas arbores: sic expedit rectorem reipublicæ diligentiori sollicitudine teneras istas hominum plantulas, cum sibi auxilio esse nequeunt, quam iam adultos homines qui sibi subuenire possunt, procurare: vt etiam obstetrices, quæ insidiantur humano generi suis artibus, morte crudelissima, vt inuadentes innocentissimos pueros affici merentur: & contra maximis muneribus remunerandæ, quæ studium fidelissimè adhibent ad partus conseruandos matrèsq; eorum curandas. Pharao sublaturus genus Israel, nulla magis arte se posse assequi quod decreuerat certo arbitrabatur, quàm si obstetrices ad eam rem corrumpere edicens vt Hebreorum mares in ipso partu necarent, adiurauitque Siphram seu Sephoram & Phuam huic auxilio designatas, vt ita facerent, quod tamen illæ à tanta crudelitate alienæ noluerunt exequi, & proinde etiam dignæ habitæ à Deo muneratione, qui edificauit eis domos b.

b Exodi c. 1. c Aristotele. lib. 7. de historia animal. c. 10.

3 Pars ingenij perspicacisque intelligentiæ, obstetricis officium est, vt ait Aristoteles: c non solum enim difficultati partus opportune expe-

expeditèque succurrendum est: sed etiam contra ea, quæ accidunt protinus agendum ingeniosè, & in secando deligandoque vmbilico infantis, prudentia requiritur ac peritia, propter pericula quæ inde facile oriuntur, & circa secundas vel secundinas parientium. Antiqui Athenienses & alij quidam obstetrices non habebant, sed mulieres verecundia ductæ sæpe interibant. Athenienses quippe cauerant, nequis feruus aut fœmina, artem medicinæ discerent: donec Agnodice virgo concupiscens medicinam, eam viri habitu didicit, & subuenit mulieribus: cuius exemplo Athenienses legem emendarunt a: Inter medicinam exercentes ponuntur etiam obstetrices, ab Vlpiano b. Et Plinius morborum aliorum remedia citat, ex placitis quarundam obstetricum, Sotyra & Salpes. c

a narrat Iulius Frontinus in fabulis, c. 274. b l. 1. §. sed & obstetricem, de extraordinaria cognitioni. lib. 50. P. 11. 13. & in litem si obstetricis. 9. ad legem Acqui. l. 9. P. 11. 2. c l. 28. c. 7. & lib. 32. c. 6. d Amm. Marcellinus lib. 16. historia. e Plato in Theæteto, siue de scientia, dialogo 13.

4 Refert Ammianus Marcellinus, Eusebiæ vxoris Constantij fraude, cum pridem in Gallis Helena vxor Iuliani & soror Constantij, matrem genuisset infantem, hoc perdidisse dolo, quod obstetrix corrupta mercede mox natum, præfecto plusquam conuenerat vmbilico, necauit: tanta tamque diligens opera inquit, nauabatur, ne fortissimi viri soboles nasceretur.

5 Plato variis in rebus vsu obstetricum, considerat, & vt possint incantationibus & medelis, excitare molliræe partus vexationes, & agrè parturientibus opitulari, foetusque educere: & si intempesium fore videatur, obtundere atque retrudere. vt non nouus mos censeretur anilium excantationum, quibus vtuntur etiamnum istæ obstetrices contra fidei tamen præcepta, hærentes gentilibus, atque indololatrarum cantionibus, quod emendandum in republica est, & cauendum ne retrudendo partus, homicidia data opera in fraudem parentum moliantur.

Addit Plato aliud officium, vt acutius animaduertant quæ prægnantes sunt, & quæ non sunt: quod & munus admittunt Iurifconsulti. f Et propterea idem Plato admonet ne admittantur ad hoc munus steriles, aut virgines: sed tantum quæ diu virum expertæ, & nunc parere possederunt. Causam inquit huius Dianam ferunt, quæ cum thori exorsisset, partuum tutelam suscepit: steriles verò fieri obstetrices vetuit. Quoniam humana natura imbecillior est, ad artes earum rerum quas nunquam experta est. Addit & illas tanquam pronubas, in conficiendis coniugijs aptissimas, quippe quæ optimè callent, quam cui iugare, ad generosè prolis procreationem oporteat, & in hoc non minus gloriantur, quàm in vmbilici ipsius præcisione: cui certè arti cauendum est reipublicæ, ne lenocinium misceatur.

f de ventre inspiciendo, l. 1. lib. 25. P. 11. 4. ubi adhibentur solennitates inspiciendi ob hanc causam uterij: & conditiones vt sint probata artis, & fidei, &c.

Vsu illarum in republica quoque adhibetur ad dirimendas lites, num aliqua dicatur virgo, an corrupta, vel mulier: & earum iudicio vt plerunque, res terminatur: vt sicut agitur de matrimonij dissoluendis ob frigiditatem vel maleficium: Non tamen semper & proinde contra relationem obstetricum, de virginitate, vel corruptione, admitti debent in contrarium probationes, & aliæ mulieres matronæ probæ & peritæ, adhiberi, quia sæpe manus fallitur & oculus obstetricum. h

g c. proposuisti 4. de probatio. li. 2. ti. 19. c. litem vestra, 7. & c. fraternitatu. 6. de frigid. & maleficis. li. 4. ti. 15. h cap. causam matrimonij, 14. eo. tit. de probationi. ca. nec aliqua 27. q. 1.

Sed & ex malitia obstetricis, claustra virginitatis & hymem rumpi possunt, vt quæ virgo & ab intactu viri est libera, videatur esse corrupta.

a Augustinus lib. 1. de ciuita. dei. c. 18.

b l. filium 6. de his qui sunt sui vel alie. iur. P. l. 5. de in iur. vocan.

c l. si quis à liberis. §. §. si uel parens de liber. agnosce.

d. Lucius Titius, 83. & cōditio. & de monstratio lib. 31. 20. 11. 1.

e ideo permittebatur his qui non erant con-

ingati, De concubinis in P. c. l. 13. de adulter. P. m.

nime autem cōingatis, nouella 18. c. 5. nouella 89. c. 12. §. 5.

dicebant autem concubinam qua cum uno tantum

peccat, meretricē uero quā multas: Balsamon ad ca. 26. epistol. Basilij ad Amphilochium uide dēda l. palam, 43. de rit. nuptiarum lib. 23. tit. 2.

f in nouella Leonis imper. 91. ut concubinam habere non liceat. ca. nubendi, 27. q. 1. ca. fornicari, 88. distict. cum siml. non Machaberis Exo. 20. Mar. 6. 10.

g titulo, de naturalib. liberis. C. cum haberet, & ibi gloss. de eo qui duxit in matre. quam prius polluerat pe adulter. h l. 1. de ventre inspicien. lib. 25. 20. 11. 4. i. de l. 1. §. idem Iulianus. k de l. 1. §. pœna, & ibi glossa. facit l. 2. de infanti ex. pos. l. nec filium, C. de patr. potesta.

pta. Sicut apud diuum Augustinum. Si obstetrix virginis cuiusdam integritatem, manu uelut explorans, siue maluolentia, siue inscitia, siue casu, dum inspicit, perdidit: Non opinor, inquit, tam stultē quenquam sapere, ut huic periisse aliquid existimet de ipsius corporis sanctitate, quamuis membri illius integritate iam perdata.

De educatione liberorum infantium procuranda, & de eorum expositione castiganda.

CAPUT III.

Quemadmodum iuris naturalis est procreatio liberorum, sic & procreatorum cura, & proinde, ut ea à parentibus certis præstetur, officium moderatoris rei publicæ procurare debet. Et primū pro dicio, & de monstratio lib. 31. 20. 11. 1. e ideo permittebatur his qui non erant con-

2 Quare statuendum est, ut, summarie & de plano, si constiterit filium uel parentem esse, alere partum iubeatur: ut contra si non constiterit, non erit negans cogendus præstare alimenta. Extra matrimonium difficiles sunt probationes asserentis aliquem genitum ab aliquo non coniuge: quin & tanquam impossibilis conditio, illa remittitur si docuerit se esse filium alicuius: cum nemo certo patrem demonstrare possit: mater enim scit sibi filium esse, pater credit. Atque tutum non est, meretrici dicenti partum esse alicuius non mariti credere, eadem enim perfidia qua illicito cōcubitu se polluit cū vno, & cum aliis quoque participasse præsumitur, & mentiri in eligendo patre, quem forsitan ditiores cæteris concubinis esse scit. neque vnus testimonium, sufficiens est. quum etiam hodie concubinatus, qui olim habebat præsumptionem affectionis indubitata, & non permittatur, & proinde non amplius quæritur de liberis natis ex illo concubinato, qui dicebantur naturales tantum, & filiationis faciebant argumentum, & successione, saltem ratione alimentorum habebant quendam locum.

3 Fuit & est remedium, ut & mulier quæ uult filium alicuius asserere, & ex eo se prægnantem dicere, ei denunciet, vel his quorum interest, qui alioquin successuri essent. Si de marito agatur qui diuerterit, vel mortuus fuerit, debet denunciatio fieri intra 30. dies post diuortium uel post mortem. quamuis etiam postea causa tamen cognita audiri debeat. Is autem cui denunciatur maritus existens, si non negauerit, & contra non denunciauerit non esse eam ex se prægnantem, non quidem ideo censetur approbasse aut agnouisse partum, si aliter probare potest: uerum tamen cogendus est pendente controuersia illico eum alere, siue sit suus siue alienus. & si non agnouerit, extra ordinem est coercendus, id est arbitrio iudicis. præsumptio enim matri-

g titulo, de naturalib. liberis. C. cum haberet, & ibi gloss. de eo qui duxit in matre. quam prius polluerat pe adulter. h l. 1. de ventre inspicien. lib. 25. 20. 11. 4. i. de l. 1. §. idem Iulianus. k de l. 1. §. pœna, & ibi glossa. facit l. 2. de infanti ex. pos. l. nec filium, C. de patr. potesta.

monij facit interim filium. Sed hoc quando quæritur de editis uel conceptis tempore coniugij quod dein morte uel diffidio separatum est, uel ex causa aliqua affinitatis detecta: uerum dubitatio maior in muliere prægnante, quæ se dicit ab aliquo concepisse. in quo cessat præsumptio matrimonij & ille neget, dicatque se partum alere non debere: & proinde difficiles omnino sunt probationes, ut ad coniecturas perueniendum sit: quæ erunt arbitrio iudicis perpendendæ, num concludere possint præsumptionem uigentem ad decernenda interim alimentum partui.

4 Maxima autem dicitur, si deferente iuramentum reo mulieri agenti illa iurauerit esse, uel defuncti, deferente hærede iuramento. nam tunc sine præiudicio status partus, decernenda sunt alimenta partui & matri, & postea de ueritate quæri poterit: Non tamen sponte & reo non deferente. Iuranti mulieri, alicuius esse partum, credendum est quia iurans nemine deferente, sibi tantum iurat. Neque etiam iudex potest deferre iuramentum in supplementum probationis mulieri, quia in criminalibus tale iuramentum supplendæ probationis causa, non recipitur. deoque in illis causis, probationes debeant esse lucida meridiana clariore. iurare uero non tenebitur conuentus ut partum agnoscat, si neget & probatio nulla sit, quia actore non probante reus absoluitur. Et qui iudicium accipere non compellitur, nec iurare cogendus est. Et in hac quæstione, Scæuolæ iurisconsulti responsum notandum est: Imperatores, inquit, Antoninus & Verus Augusti, Claudio Apollinari rescripserunt. In hæc uerba: Probationes quæ de filiis dantur, non in sola adfirmatione testium consistunt. Sed & epistolas quæ uxoribus missæ allegantur, si de fide earum constat, nonnullam uicem instrumentorum obtinere, decretum est. Mulier grauida repudiata, filium enixa, absente marito ut spurium in actis professæ est: quæsitum est, an is in potestate patris sit: & matre intestata mortua, iussu eius hæreditatem matris adire possit, nec obsit professio à matre irata facta, respondit, ueritati locum superfore. Erit & species probationis, si quis dixerit ante partum ex concubina esse suum, nam postea negatio illi non proficit. accedent & alia fornicationis uolentæ præsumptiones, ut uidisse nudum cum nuda in eodem lecto iacentes, in secretis locis & latebris, electis horis, solum cum sola.

5 Non debet iudex tamen in hac causa deferre tantum pietati & misericordiæ, ut ueritatis & iustitiæ obliuiscatur, sunt enim meretricum doli & fraudes quibus decipere nituntur, maxime simplicium iuuenum mentes, & conantur illis persuadere, à quibus plura sperant ex concubitu illorum peperisse uel se concepisse. Et quamuis alimentorum causa sit tractanda summarie & de plano, tamen non ita summarie, ut iniuria cuiuspiam irrogetur, consequentiam enim habet compulsio, ut quis cogatur alere partum tanquam suum. Si quidem qui agnitus est ut suus, potest & ignominiam adferre ei cui assignatur, quod scortatus fuerit, quod nothum habeat, & quod nothum illum in posterum agnoscere ut filium naturalem cogatur, quæ probis uiris, de bona fama inter bonos & graues, demere uidentur. Et proinde non existente probatione clara contra negantem partum suum esse, uel pro-

a l. 1. si mulier uentris nomine. in possessione calumnie causa esse dicitur. lib. 25. P. 11. 5.

b Argumento à simili in c. mulieri, 34. de iur. iurura. l. 2. tit. 24.

c l. 3. de iur. iuran. lib. 12. P. tit. 2.

d c. fin. de iur. iurura. gloss. adde c. mulieri c. l. f. c. de probat. ca. sciant cuncti. 2. qua

fin. ca. epi phan. ni, 2. quest. 6. fl. qui accusa re de eden. c. l. actor. c. de probat. iuribus. l. f. c. de rei vind. g. l. tutor. 35. §. f. de iur. iur. P. h in l. Imperatores, 29. iunge

& l. etiam matris, 16. de probatio. lib. 22. P. 11. 3.

i c. per tuas, 10. de probatio. c. per tuas. c. tras mississe. qui filij sunt legit. l. etiam 16. de probatio P.

k de quibus in c. litera, 12. de præsumptio. l. c. ex tenore, xi. de foro com pet. c. nuper. de donatio. inter uirum & uxor. m l. 2. de feris P. cum simili. n. l. si qua mulier. ad senatus. orphycia. o l. 3. de alid. liber. l. 5. C. tit. 25.

bato, quod ea quæ afferit meretrix est, & multis prostituta, certus pater definiendus non erit temere: attamen talis partus editus, matri erit restituendus, ut officio suo fungatur in eo lactando & nutriendo: & si inops sit, ad misericordiam publicam remittenda causa. Sic etiam probationem exigi ad definitionem filiationis, priusquam iudex cogat aliquem tanquam patrem alere partum, ex verbis Cæsaris fratrum liquet, qui in hunc modum rescripserunt, matri cuiquam agenti, *Si competenti iudice, eum quem te ex Claudio enixam esse dicis, filium esse probaueris, alimenta ei pro modo facultatum præbere iubebit.* non poterit autem dubitare iudex, statuere filium natum à matre ali debere<sup>b</sup>. Et si pater liquidis probationibus appareat, nec filium negare cuiquam liberum esse senatusconsulta de partu agnoscendo, ac denunciata pœna, item præiudicium edicto perpetuo propositum & remedium alimentorum, apud præsidem maiori trimo petenti, nomine eius monstratum iure manifestè declarant<sup>c</sup>.

6 Ad hæc curabit per magistratus princeps, ne expositio liberorum impune fiat, nisi saltem mater cognita fuerit: ut intelligatur cuius partus sit. Si fieri quidè tuto posset, omnis expositio inhibèda esset: sed verendum est, si seuerius inhibeatur, ne partus potius suffocètur, quam patiantur venire in publicum metu pœnæ. Et ideo ne id accidat detrahèdum est seueritati pœnarum, & quomodo cunq; inueniatur expositi infantes, procuradi erunt, relicta pœna in exponentes, arbitrio iudicis, iuxta ea quæ Cæsares Valètinianus Valens & Gratianus, rescripserunt. *Vnusquisque, inquit, sobolem suam nutriat: quod si exponendam eam putauerit animaduersioni quæ constituta est subiacebit.*

7 Nimiùm que grauis & inhumana visa est abdicatio liberorum, quæ fiebat à Græcis, ex qua negabatur, filius esse filius, & pater pater, & fiebat vis nature, cum tamen ius agnationis & sanguinis, nullo iure ciuili tolli possit<sup>f</sup>. & Romani aliquando potius maluerunt vitæ & necis potestatem in filios permittere, quam illam abdicacionem in cuius locum subrogauerunt exhæredationem. Acerba etiam præter modum visa est abdicatio, per quam abdicatus exutus vestibus seu spoliatus, dimittebatur, ut nullus eum recipere auderet, nisi læsæ reipublice reus dici vellet, quamuis pater eum posset sibi recõciliare<sup>h</sup>. Sed crudelior visa est abdicatio seu expositio infantium. Siquidè nõ erat abdicatio filiorum permiffa etiam inter Græcos præterquam in causis, quibus existimabatur filius præter modum patrem offendisse: ut si filius noctu foris cubuisset, si comessaretur, si lenones pulsasset, si libidini incumberet, si paternam voluntati repugnasset<sup>k</sup> vel aliam ingratitude causam in eum commisisset, quemadmodum nec licet exhæredare filios parentibus, nisi ob iustas causas iure ad id expressas<sup>l</sup>. At dum infantes exponuntur & abdicantur ita, & pro derelicto habentur, crudelitas est parentum in eos quos Deus curandos illis concessit, qui nullum specimen ingratitude adhuc edere possunt, ex quo mereantur ita à parentibus deferri, ut nec quoque hodie iuste exheredari à parentibus possint. quia ingratitude nis causam nullam committere possint.

8 Thebanorum lex erat sanctissime posita, ne ciui Thebano liceret infantem exponere, neq; in solitudinem abiicere, capitis supplicio: verum si in extrema mendicitate esset constitutus pater, cogebatur

a l. 3. de alend. liber lib. 5. C. 25.

b auth. si pater causam diuortio facta, apud que liberi morari vel educari debeant, lib. 5. C. 24. l. 1. alimentum, xi. de negot. gestis lib. 2. C. 19.

c l. nec filium, 9. de patria potestate, lib. 8. tit. 47.

d l. 2. de infantibus expositis, lib. 8. C. 52.

e Diony. Halicarn. in 2. l. abdicatio 6. de patria potestate, lib. 8. C. 11. 47.

f l. ius autem agnationis, de pact. P. tit. 1. iura sanguinis, de regul. iur. P.

g Diony. Halicarn. in 2. l. de patria potestate, C.

h Senec. controuersiarum 5. vi de Alcibi. 2. distinctio c. 28. Arist. 8. Ethicorum c. 14.

i Lucian. in abdicato.

k viden Fabius Quintil. l. 3. c. 6. & l. 7. c. 4. Plinius l. 7. c. 45. Plauto 12. de legib. I nouella 115.

m Aelianus, lib. 2. de var. historia.

statim ipsum infantem ad magistratum cum ipsis fasciis adferre, qui acceptum alicui tradebat leui pretio, cum quo pactum & conditiones accedebant, ut per suam fidem infantem aleret, & adultum serui vel seruæ loco haberet, sic ut alimentum & educatio seruitutem componeretur. Inter Christianos in politicis administrationibus, consilium rectè paulo aliter est, ut infantes expositi quorum etiam parentes ignorarentur, vel cogniti mendicitate compulsi eos non possent nutrire, in certo loco seu hospitali ex publico aleretur, & postea institutioni vel artificio cuiquam locaretur: locus *ερεφοτροφειον* nominatur<sup>a</sup>, de quo nos alibi diximus<sup>b</sup>: atque mitius actum in expositos inuètos, qui non deliquerunt sed parentes, ne seruitutis labe notarentur<sup>c</sup>. Quod Gregorij 9. constitutione declaratum post Cæsares, adempta parentibus patria potestate, qua indigni sunt, qui sanguinolenti filios audent aliorum misericordiam quam ipsi non habent, exponere dicti parricidæ & ut tales puniendi<sup>d</sup>. Si à patre vel ab alio, sciente ipso, vel ratum habente, ut ait Gregorius<sup>e</sup> relegato pietatis officio, infans expositus extitit, hoc ipso à potestate fuit patria liberatus. Nam & hoc casu in ingenuitatem libertus, & seruus in libertatem eripitur: quod & de prædictis cuiuscunque ætatis lægudis, si expositi fuerint, vel si alicui eorum impiè alimenta denegari contigerit, est dicendum. Sane qui hos suscipiunt, non possunt propter hoc in eorum personis ius aliquod vindicare. Expositi, ad mortem quodammodo expositi videtur<sup>f</sup>. Et eo magis, quo in loca hominibus infrequentata exponuntur, ut dū in syluis in desertisve aliis locis relinquuntur, in quibus aliquando expositi, deuorandi receperunt à feris animalibus misericordiam, quam parentes denegauerant, & nutriti ab illis feruntur.

9 Neque tamen me præterit lex Romuli, qua populo necessitate tantum conseruandi masculinam prolem, & ex filiabus primogenitas impofuit, reliquã vero prolem exponi permisit, maxime si quid mutilum aut monstruosum natum fuisset, sed post triennium, habito iudicio quoque vicinorum<sup>g</sup>. Verum Romulus & reliqui, qui tales expositiones permiserunt, plus rationem habuerunt corporum ad arma idoneorum, quam animam: tanquam adhuc rudes, & mandata Dei veri ignorantes, quorum vnoscipitum est, non occides. Ob quod præceptum principi, qui vices Dei in imperio agit, prospiciendum est, ne in sua republica & principatu, directo vel per obliquum homicidia committantur, maxime infantium, qui per illam expositionem subiicerentur morti, nõ dicam immeritè tantum, sed crudelissimè, nempe famis, quæ maxima & atrocissima est. Et adhuc esset cædes detestabilior quo à parētibus authoribus vitæ, infertur. A parētibus inquam, quos natura præfecit, non solùm generationi filiorum, sed etiam conseruationi & defensionem vitæ illorum ut certè responsum sit plus terreri natura parētis in liberorum contumelia, quam in propria<sup>h</sup>. Et ideo etiã alibi responsum, oblatum à patre filium magistratibus puniendum dignum morte, à pœna mortis liberandum. Ne illa nota inuratur patri, quod voluerit ad carnificinam offerre filium<sup>i</sup>. Omitto grauissimas pœnas impofitas parricidis, & his qui liberos occiderunt, veluti in mōstra, quia nec bellug. ferociore, partus suos lacerare aut exponere feratur: imo contra pro illorum salute omni studio lædere conantibus intrepide se obii-

a l. sancimus, 18. l. illud, 16. de sacros. eccl. C.

b lib. 15. Synagm. c. 28. num. 4. & sequentibus.

c ut plene docuimus lib. xl. synagm. iuris c. 10.

d doceo pluribus, lib. 15. synagm. cap. 28. num. 6.

e c. vni. de infanti. exposit. lib. 5. tit. xj. vide titulum similem, & l. 2. in Codice Justinian. de infanti. exposit. lib. 8. tit. 52.

f di. l. 2. & 3. de infantibus exposit. C.

g Dionysius Halicarnas. In 2.

h l. isti quidem, quod met. causa, in P.

i l. milites agrum, 13. §. fin. de re militar. lib. 49. P. tit. 16. vide Iul. clar. lib. 5. sententiar. §. fin. quest. 60. Alciat. l. præsum. cap. 4.

k in l. penult. ad leg. Pomp. de parric. lib. 48. P. tit. 9. l. 1. de his qui parentes aut liberos occiderunt, lib. 9. c. 11. 17.

cere. Et Adrian. Imp. fertur, cū in venatione filiū suū quidā necauerat, qui nouercā adulterabat, in ipsulā eū deportasse: quod latronis magis quā patris iure, eum interfecisset: & patria potestas, in pietate debeat non in atrocitate consistere, vt respondit Iuricons. Marcianus<sup>a</sup>.  
 Sed & imperatores Valentinianus, Valēs, & Gratianus, attentasse necare infantem etiam alienum, existimarunt crimen capitale, *Si quis*, inquit, *b necandi infantis piaculum aggressus aggressus sit, sciat se capitali supplicio esse puniendum*. Educatio liberorum, est naturalis: quia & feræ huius habet sollicitudinem, & ideo crudeles merito habitū qui abiciunt ita partus, <sup>d</sup> & eis alimenta denegant: cum non minus necare videtur prolem, qui alere nōlunt, quā qui partum suffocant. Maxime quando adhuc teneri & recenter nati sunt infantes, qui ex modico nutriri possunt. Sicut & docuerunt Ægyptij, qui parua adeo natos educant impensa, vt omnis sumptus in pueros quousque ad ætatem perueniant a parentibus impensus, non excederet drachmas viginti: si credamus Diodoro Siculo<sup>f</sup>. Sed & mater lacte proprio saltem per triennium nutrire infantem potest, sine vilo aut cum modico sumptu.

## De nutricibus.

## CAPVT IIII.

**I**Nter personas quas viles & necessarias ducimus in reipublicæ cura, seu in partibus eius curandis, sunt nutrices, cum quarum lacte & pueri puellæve, sugunt & naturam & mores earum, & consuetudine continua etiam discunt cum verbis etiam virtutes, aut vitia, aut saltem propensiones ad eadem. vnde vetat Plato, nutrices inanes aut aniles fabulas pueris narrare, vt & Plutar. de Institut. puer. Ante omnia ne sit vitiosus sermo nutricibus, sapiēter Chrysippus optauit: quātumque res pateretur optimas eligi voluit. Et morū quidē in his haud dubiē prior ratio est: rectē tamen etiā loquantur. & has primum audiet puer: harum verba effingere imitando conabitur. & natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percipimus: vt sapor quo noua imbuas, durat: nec lanarum colores quibus simplex ille candor mutatus est elui possunt, & hæc ipsa magis pertinaciter hærent quæ deteriora sunt. Nam bona facile mutantur in peius: vt neque debeat affuescere infans sermoni qui dediscendus sit. Multis apud Gellium<sup>h</sup> docetur: scilicet esse nutritionem infantis ex lacte & consuetudine propriæ matris, quā alterius mulieris, de qua quod cum alimento lactis infantes sugunt naturam & mores quodammodo nutricis. nec frustra creditum esse, sicut valeat ad fingendas animi atque corporis similitudines, vis & natura similis: non secus ad eandem rem, lactis quoque ingenia & proprietates valere. Neque in hominibus id solum, sed in pecudibus quoque animaduersum. Nam si ouium lacte hædi, aut caprarum agni alerentur, constat fermē in his lanam duriorē, in illis capillum gigni teneriorē. In arboribus etiā & frugibus, maior plerunque vis & potestas est, ad earum vim vel detrectandam, vel augendam, aquarum atque terrarum quæ alunt, quā ipsius quod iacitur seminis. Ac sæpe videas arborem lætam & nitentem, in locum alium

a in l. diuus.  
5. ad legem  
Pomp. de par-  
ric. c. p.

b l. si quis ne-  
candi. §. ad  
leg. Cornel. de  
sicarijs. lib. 9.  
C. iij. 16.

c l. i. & secum.  
de Instit. &  
Iur. 20.

d de infantib.  
expos.

e l. necare. de  
liberis agnos.

f lib. i. cap. 6.

g Quimilian.  
lib. i. institu-  
tio. cap. i.

h Gellius lib.  
i. cap. i.

transpositam, deterioris terræ succo deperisse. Sic & nati infantis modo animus & corpus. bene ingenitis primordiis inchoatum, infirmitate degenerique alimento lactis alieni corrumpitur: præsertim cum adhibetur nutrix serua, impudica, temulenta, barbara, aut eiusmodi malis moribus prædita, vt hodie fieri solet, malo cū Reipublicæ detrimento. Hocque argumento vtitur Homerus<sup>a</sup> ad arguendos mores ferinos quod videantur tales aliti a feris.

*Non eques ipse pater fuerat tibi me Hercule Peleus.*

*Non Thetis est genitrix: glaucum te protulit æquor  
Aeris & rupes, mens quod tibi dura, feroxque est.*

& apud Virgilium 4. Æneid. Dido in Æneam

*Nec tibi diua parens generis nec Dardanus auhor*

*Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens*

*Caucasus, Hircanæque admorunt vbera tygres.*

Remum & Romulum latrocinis addictos putant, quod expositi lacte lupæ a quibusdam nutriti aliquandiu ferantur. <sup>b</sup> dicitur & Hægis rex Curetum filius antiqui regis Gargundis expositus a cerua enutritus, & ex conuersatione nutricis, eximiam puero pernicitatem fuisse, haud inferiorem velocitati ceruorum inter quos degebat<sup>c</sup>.

M. Cato. cum vxor peperisset, & ita proprio lacte nutrire infantē, frequenter quoque seruorum pueros admouebat mammæ, quod beneuolos eos ex educationis consortio erga filium redderet<sup>d</sup>.

a Homerus  
refert &  
Macrobij Sa-  
turna. lib. 5.

b Iust. li. 43

c Iust. lib. 44

d Plutarch.  
in Catone.



## DE REPUBLICA

sive

## DE PRIMA INSTITVTIONE

puerorum &amp; iuuenum in societate civili.

## LIBER DECIMVSQVINTVS.

De necessitate institutionis puerorum, & in quibus debeant prius institui.

## CAP. I.



**Q**UIA, vt ait M. Tul. Cicero<sup>a</sup>, nullum munus reip. adferre maius meliusve possumus, quā si doceamus atque erudiamus iuuetutem, iis præsertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est, vt omnium opibus refrenanda atque coercenda sit: non minorem reipublicæ curam

e 3. de diu-  
nacione

in ea parte collocandā esse censebimus, quā in ceteris quæ ad administrationē eius qui præest ciuibus, impēdendā esse operæpretiū videtur. Atq; Plato, in omib. penē dialogis maximē in Lache 21. dia. parentes in primis ad recte educandos filios adhortatur, sciens non posse genus humanū absq; gubernatoribus optimis, vel honestē viuere, vel feliciter gubernari. præterea, nunquam fore bonos in rep. principes, nisi viri sint probatissimi, statim videlicet à tenera ætate diligenter excolti. Difficulus, & sæpe nimia ex indulgentia, pueritia sub domesticorum cura regitur: quæ nacta licentiam in adolescentiæ ætate, lasciuia cum superbia sequitur, & sine frenis ad solutorem vitam transit: in summo discrimine posita tunc cum à domesticis parum obseruetur, etsi à Regibus & magistratibus infeliciter negligatur: præfertim cum adolescentibus, tam se inuicem coinquinēt quam à grandioribus passim inficiantur.

<sup>a</sup> *Genes. 8. vers. 21.* Omnis ætas prona ab adolescentia ad malum vt Deus expressit. & facilius nouæ plantæ læduntur à tempestatibus & calamitatibus superuenientibus, quā iam grandiores arbores, nisi ab his teneræ conferuentur.

2 Anima hominum maximē iuuenum, aut puerorum, est tanquam tabula rasa, in qua quod volueris ab initio, facile est sculpere vel scribere vel pingere. at vbi primos colores, & vt loquar significantius primos characteres exceperit, vix efficitur vt ita mutari possit. quin saltem priorum non remaneant maculæ. vt vasa noua primū quem infunderis liquorem, odore retento referunt.

Mecenas admonens Octauium Augustum de republica instituenda, hoc quoque inquit, per te hortor instituas vt patritij equestrisque ordinis homines, dum adhuc pueritiam agunt ludos literarios frequentent: adolescentes autem facti, equos & arma tractare discant: ad vtrumque doctoribus certo stipendio conductis. ita eos ad omnia negotia aptiores habebis.<sup>b</sup>

<sup>b</sup> refert Dio Cassius li. 52. hist. Roma.

Diogenes Sinopenis, multis verbis in inertia & inscitiam Megarēsum inuehebatur: dicebatque se Megarensis alicuius esse malle arietē quā filium. Quo significabat Megarenses, pecoris diligentiorē curam gerere quā liberorum. <sup>c</sup> Quemadmodum enim prægnantibus & parturientibus mulieribus adhibentur prudentes & prouidæ obstetrices, quæ eis auxilio esse possint, & exitum facilem & commodum partui adferre: Sic animis iuuenum prægnantibus, & quibusdam naturalibus propensionibus in partum properantibus adhiberi debent diligentes ingenij directores & ductores, qui partus excipiant & informant. Siquidem, vt ait Plato in conuiuio de amore, Dialogo 25. omnium prægnans & grauidum est hominum corpus, prægnans & anima. Et cum ad certam ætatem peruenerimus, parere nostra natura cupit: parere vero in turpi nequit: in pulchro potest. Et Philo Iudæus libro de præmiis & pœnis, omnis inquit hominis ab ipsa natiuitate anima est grauida: quippe quæ bonum & malum concepit ex vtriusque imaginatione.

Itaque in legibus & republica, Plato magistratū inter ceteros adolescentiæ præfecit proprium, qui per exploratores tam die quā nocte missos

æte missos per urbem, singulos singulorum adolescentum mores, verba gestusque obseruarent, singulaque eorum tum dicta tum facta ad eum referrent, vt emendaret quæ correctione egerent.

Aristoteles tractans de republica instituenda & conseruanda, non omisit hanc partem quæ de cura & institutione puerorum est, & in li. 7. c. 17. & libro toto 8. politicorum, de ea agit, & in summa tradit multum referre susceptis filiis ad corporis vires, & salutem quali victu & exercitio vtantur, & ad mores quali institutione informantur per singulas ætates. in pueritia, lactis nutrimentum proprium esse tradit corporibus: à pueritia conferre salutē & ad bellicas res frigori assuescere: cauendum ne membra ob teneritudinem distorta fiant. postea vsque ad annos quinque, quia nondum ad disciplinam aliquam sunt admouendi, neque labores perferre cogendi, ne crescere impediuntur debere quosdam motus solum suscipere quos pigris corporibus euitent, qui motus illis sunt præparandi per alios actus, & per ludum. ludos autem ipsos neque illiberales, neque laboriosos esse debere, neque remissos. Curamque esse debere his qui pueris publicè præficiuntur, tales fabulas & narrationes eis proponere quæ ad conuersationes futuras accommodari possint, vt sint & Ludi imitationes eorum quæ postea serio erunt faciendæ, & qui habent educationem & curam publicè prospicere vt quāminimē cum seruis pueri versentur: hæc enim ætas vsque ad annos septem, necessarium est vt domi alatur, & ideo rationale est in hac ætate præcipuē, vt ab auditu & visu seruilium rerum absint. <sup>4</sup> Quare & obscœnitas verborum, vt quicquam aliud, per legislatorem exterminanda est de ciuitate. Sequitur enim ex turpiter loquendi licentia, turpe postea factum. puniendi & ita turpiter facientes auidicentes coram illis, maximē inter Christianos, blasphemiarum iuramenta, quibus pueritia, quæ conatur quæ audit & videt imitari, celerrimē inficitur. eodem modo ab illis submouendæ picturæ rerum turpium, aut deformium aut vitiosarum, aut comediarum aut tragediarum.

5 Transactis autem annis quinque in duobus vsque ad septem ait Aristoteles inspiciendum esse, disciplinas quas addiscere eos oportet. duæ autem sunt ætates in quas necessarium est disciplinas diuidere, vna est post septimum annum vsque ad pubertatem: altera, à pubertate ad annum vigesimum primum, atque in principio libri 8. Politic. tradit detrimentum esse reipublicæ, neglectum disciplinæ iuuentutis à legislatore. eamque disciplinam accommodandam mori proprio vniuscuiusque reipublicæ etsi popularis sit, popularē esse instituendā si paucorum, ei quoque accommodandam, & sic de militibus: meliorem autem sequendam, & publicè publicorum exercitationem fieri. In quo Lacedæmonij laudantur, quod plurimam circa pueros diligentiam agerent, eamque publicè. Tres fines exercitationum <sup>c</sup> quibus se accommodant homines, & pueri maximē ab initio consuecunt: vel enim fit ad ea quæ sunt vtilia ad vitam: vel ad ea quæ tendunt ad virtutem: vel ad ea quæ ad maiorem quendam superfluūque pertinent apparatus. Ex vtilibus necessaria sunt addiscenda, non autem omnia: sed liberalia opera illiberalibus præponenda: vile exercitium putan-

<sup>a</sup> *Arist. 8. Politic. ca. 2.*

dum, & ars & disciplina vilis, quæcunque corpus, aut animum, aut mentem liberi hominis, ad usum & opera virtutis inutilem reddunt. Quamobrem & artes illæ quæ deterius disponunt corpus, & cuncta mercenaria exercitia, sordida nuncupamus; mentem enim occupant & vilem reddunt, quæ porro ad virtutem tendunt, cum omnes non eandem virtutem honorent, non habent similem exercitationem. At ad virtutem, qualemcunque exercitatio præstat; & liberales artes propter virtutem, gratia sui vel amicorum laudanda, propter lucram & ad superflua paranda illiberalis. Artifices reipublicæ utiles, & mercenarij sed non eiusdem gradus, & ut alij aliis ingenio & professione præstant, sic alij aliis digniores, & inferiores quidam viles. Quatuor sunt disciplinæ quas iuvenes consueverunt discere, nempe literæ, gymnastica, musica, graphica seu ars pingendi. - 6 Literas discere conuenit quia viles sunt ad vitam, cuiuscunque ea futura sit professionis, nã scripta nos de omni re instruere & erudire hominẽ possunt, atq; sensa animi & dicta scribendi & consequandi habent inestimabilem thesaurũ: vt felix censeatur prima cura institutionis, docere iuvenes legere & scribere.

7 Gymnastica pertinet ad robur, sed si excedat & nimium exerceatur, athletas solos melius conuenit quàm ingenuos, & nobiles iuvenes qui exercitio Gymnastico, ad salutem corporis vtuntur, & ad robur corporis, pro republica se exponendo: non quidem solo ferino robore, sed adhibita sapientia, honestum periculum suscipiunt.

8 De musica verò, non planè omnes cõsentiant, nũ ingenuo iuvene digna sit scientia, cum hodie plurimi voluptatis gratia tantum eam addiscant, & tempus in quo negotium curandum est, non autem otium sectandum, in ea conferant. cum potissimum antiqui diuina quædam meditentur & comprehendere ex ea. Neque etiam antiqui musicã inter disciplinas collocare tãquam rẽ necessariam: nihil enim habet tale: neque tanquam utilem, vt literæ sunt ad lucrum & ad rem familiarem, & ad studia & ad ciuiles actiones complurimas, sed ad otium & iocum ita potius inuenta, quanquam nunc & laudes Dei honorificè efferat. Negandum non est tamen, musices & consonantiarum plures esse eosque diuinos effectus, quibus ad mores componendos & sedandos, impetus mentis, qui secundum disciplinam veram eam didicerunt: & ad alia diuina, vbi sunt, de quibus nos alibi, Lib. 12. Syntaxeos artis mirabilis c. 18. & Aristotel. Lib. 8. politi. c. 5. & 6. & 7.

9 Picturam verò liberalem artem, sed non valde necessariam dixerunt: & vt poetam picturam loquentem, ita dixerunt picturam esse poetam tacentem: in vtraque esse artem imitatricem, & bonarum & maliarum rerum: vtramque mouere imaginationem validè, eoque validius quò magis veritatem imitatur, in vtraque tamen fictio ex arbitrio lasciuir, verum quod conducet sequemur, noxia relinquemus quæmadmodum nec Platonis gibbum amplexamur, nec Aristotelis balbutiem<sup>a</sup>.

10 Omnis educatio & Institutio puerorum, vel ad animi, vel ad corporis, vel ad fortunæ bona refertur: vnus quisque liberos suos, & reipublica subditos quælibet, in eo quod optimum esse iudicat educare instituit, at quia iudicia sunt varia, varia quoque est ratio scopus, tamè debet

<sup>a</sup> vide de pictura Calium Rhodiginum lib. 29. ca. 24. & que diximus lib. 31. syntaxeos artis mirabilis. c. 1. 2. 3. & sequet.

debet esse vnus, utilitas publica, quanuis in parentibus, sit educationis quoque causa priuatum quoddam ad vitam transigendam. Qua in parte, & prima dicitur cura indolis indagandæ, nequid discant inuita vt dicitur Minerva: & sciatur num habeant naturalem ad ea studia quibus destinantur propensionem.

Horatius ita de arte poetica admonet, in ætate pueritiæ annotandos esse naturales cuiusque mores, simul atque possunt affectus promere, vt tunc dirigantur studio, dum ait

*Ætatis cuiusque notandi sunt tibi mores:  
Mobilibusque decor naturis dandus, & annis  
Reddere qui voces iam scit puer, & pede certo  
Signat humum, gestit paribus colludere, & iram  
Colligit, & ponit temerè, & mutatur in horas.*

II Sed præcipua cura qua vti debemus erga liberos & publicè & priuatim est, vt doceantur pueri quid sint: & ad quem finem facti. Nam finis primus est in intentione, vt actus commodi & apti ad illum consequendum, eligantur & fiant, quanuis in affectu sit vltimus. Diuus quoque Ambros. libro de viduis, *Boni doctoris est, inquit, materiam arcere peccati, prima enim pars disciplina culpam auertere: secunda virtutem induere.* Sciant ergo et doceantur, se esse creaturas Dei, Deũ esse omnium creatorem & cõseruatorem, omnia ex eius potestate habere essentiam, hominem ab illo, vt dominum orbis creatum, vt eum agnoscat, colat, & diligat, & ei omni studio & reuerentia inferuiat, tanquam creatori & domino. Sciat factum se mortalem ex parte hæc corporali: immortalẽ anima: & futurum post resurrectionem corporum immortalẽ corpore pariter ac anima, ad consequendam vitam æternam post mortem temporalem, ad quam velut ad finem vnicum collimare debet: & quandiu vixerit in hoc mortali seculo actus & omnia eo dirigere, vt eo peruenire possit. Via ad illam vitam æternam & felicitatẽ quæ ex Dei fruitione pendet, hæc est vita mortalis, in qua sunt plura diuerticula, plura impedimenta, plures errandi ab ea occasiones, & tramites qui ducunt ad perditionem & mortem æternam, nisi præcaueantur diligenter. Docuit autem Deus ipse sua piissima bonitate, rectam viam quam sectantes, nunquam errare poterimus, eamque paucissimis decem verbis in decalogo reliquit<sup>a</sup>. Et rursus in epitomẽ Christus Dei vnicus filius & ipse cum Patre & spiritu Sancto ab vtroque procedente vnus Deus reduxit<sup>b</sup>, *Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, in tota anima tua, & in tota mente tua, & hoc est maximum & primum mandatum. Secundum proximum simile est huic. Diliges proximum sicut te ipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & Prophetæ.* Quæ rursus ad vnum reduxit diuus Paulus ad Galatas scribẽs: *Omnis, inquit, lex in vno sermone impletur. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum.* Siquidem omnia mandata quæ ad proximum pertinent, & ad societatem humanam cõseruandam, in eo præcepto consistunt dilectionis proximi, vt, non adulterabis, non falsum testimonium dices, & similia. Neque potest Deum diligere quem non videt, qui proximum quem videt, non diligit, quod significat his verbis diuus Iohannes. *Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos, si quis dixerit*

<sup>a</sup> Deuter. 6.

<sup>b</sup> d. Math. c.

22. vers. 37.

diui Luca 10.

vers. 25.

<sup>c</sup> ad Galat. c.

5. vers. 14. Le-

uitic. 19. vers.

18. d. Math.

c. 22. vers. 39.

<sup>d</sup> ad Rom. c.

13. vers. 9. Iac.

c. 2. vers. 8. &

1. Petr. 2. vers.

17.

<sup>e</sup> d. Ioan. 1. c.

17. ca. 4. ver.

19. & seq.



quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo ut qui diligit Deum, diligit & fratrem suum. Dixerat enim Christus <sup>a</sup>. Mandatum novum do vobis ut diligatis invicem: sicut dilexi vos, ita & vos diligatis invicem. In hoc agnoscent omnes quod discipuli mei estis, si dilectionem habetis ad invicem. Diligendus Deus propter ipsum solum, proximus propter Deum & eius mandata.

<sup>2</sup> d. Ioann. Evangelist. cap. 13. vers. 34. & cap. 15. vers. 12.

<sup>b</sup> Psal. 118. & alibi sepius in Eccle. ca. 5. vers. 15.

<sup>c</sup> d. Mat. cap. 19. vers. 16.

<sup>d</sup> Marc. 10. vers. 17. Luca 18. vers. 18.

<sup>e</sup> Eccles. c. 17. vers. 12.

<sup>f</sup> 1. d. Ioan. epist. ca. 2. & c. 3. & 4.

<sup>g</sup> d. Ioan. Evangelist. cap. 15. vers. 14.

<sup>h</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>i</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>j</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>k</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>l</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>m</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>n</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>o</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>p</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>q</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>r</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>s</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>t</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>u</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>v</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>w</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>x</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>y</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>z</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>aa</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>ab</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>ac</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>ad</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>ae</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>af</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>ag</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>ah</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>ai</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>aj</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>ak</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>al</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>am</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>an</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>ao</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>ap</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>aq</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>ar</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>as</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>at</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>au</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>av</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>aw</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>ax</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>ay</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>az</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>ba</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

<sup>bb</sup> ad Roma. ca. 10. vers. 10.

Ex his duobus mandatis dilectionis Dei & proximi, sequitur status perfectus reipublicæ, & iter rectum ad finem ultimum eius. Via, mandata Dei sunt: & ideo sæpe eo nomine dicuntur <sup>b</sup>. Et rursus ad finem ea ducere desideratum, docetur ex verbis domini: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata* <sup>c</sup>.

Dilectio Dei facit, ut de proximo curemus: mandavit enim Deus vnicuique de proximo suo <sup>d</sup>, quod pertinet ad societatem conservandam. Dilectio quoque Dei operatur ut eius mandata sequendo, dilectionem proximi conservemus, ab omni injuria immunem & intactam pure, sincere, secundum Dei voluntatem teneamus procul à vitiis & his quæ mandata Dei inhibent. Qui diligit Deum mandata eius servet <sup>e</sup>, & Christus, *vos amici mei eritis, si feceritis quæ ego præcipio vobis* <sup>f</sup>.

12 Proinde curabunt principes ut omnes, cuiuscunque sexus sint, ætatis & conditionis, seu artis vel ordinis, probe instituantur in mandatis Dei: per quæ, & quæ ad Deum & proximum, ad principem, publicum, & privatum pertinet miro compendio verborum addiscuntur, & metu divini numinis, si non reverentia, ab infinitis malis quæ lædunt rempublicam retrahuntur. Priora enim tria præcepta decalogi <sup>g</sup> ad Dei maiestatem & religionem directe pertinent: ut primum, *non habebis deos alienos coram me*. Postulat ab homine dilectionem ex toto corde & anima, in fide, spe, & charitate, ex quibus admonemur abstinere ab infidelitate, idololatria, magia, superstitione, hæresi, à præsumptione meritorum nostrorum, confidentia nostri, desperatione, & similibus quæ possemus corrupte præponere cultui, honori, laudi, gloriæ & potestati Dei: vera dilectio, totum hominem ex integro corde postulat, unde, si quid Deo præponatur, manca & imperfecta erit. Neque etiam ipsa socium in dilectione desiderat, quia nullum parem Deus habet quem possimus in pari gradu locare dilectionis: quanvis propter eum, alia subordinatè diligere quæ ei non repugnant, debeamus.

Secundum præceptum, *Non assumes nomen Dei tui in vanum*: mandat dilectionem Dei in verbo, ut non sufficiat corde diligere, nisi & verbo quoque nos diligere testemur: *corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem* <sup>h</sup>. Et ex illo præcepto, exulare iubetur à republica & à singulis, periurium, blasphemia, hypocrisis, & abusus mysteriorum Dei, & similia in quibus in vanum perperam & inutiliter nomen Dei sumitur.

Tertium quoque, *sabbata sanctifices*: Ostendit, factò ipso testandam Dei dilectionem, & re ipsa Deum diligendum. Ideo & in republica sacros dies, cultui divino specialius dicatos publicè, sacras ceremonias, mysteria, ieiunia, ritusque alios divinos accuratè propter dilectionem & honorem Deo debitum, servanda inviolata, ut publica res, suo spiritu divi-

ritu divino informetur, conservetur & perseveret integra.

In alia tabula, mandata ad societatem ipsam hominum et dilectionem existentium in eadem republica, continet septem: quorum illud ad superius quod *venerari parentes iubet*, qui sunt initium propagationis, et qui corporalem dederunt essentiam, continentur. Et sub hoc honore, honorandi et venerandi principes et reges, qui spiritu et officio paterno subditos ut filios, regere et amare vicissim debent. Item eos qui in fide nos regenerant, qui spiritalia nobis alimenta subministrant, qui verbum Dei annunciant: item præceptores et seniores quos revereri et honorare tanquam patres debemus.

Quintum, in societate continenda, adfert remedium, *non occides*. ut homines sibi non insidiantur: iniuriis, odiis, et contumeliis, à vinculo dilectionis non separentur. Et hoc habet sextum adiunctum, *non concubaberis*, quod pertinet ad puritatem coniunctionis rationalis, ne concubitu vago, aut furtivo nascantur incerti liberi, aut turbentur matrimonia, aut fornicationibus illicitis quis sexus natura abutatur.

Et quemadmodum iniuria erga personas sublata est per quintum & sextum præceptum. Sic per septimum tollitur potestas iniuriæ inferendæ in bona proximi, *non furtum facies*. Quo prohibetur omnis contractatio rei alienæ illicita inuitis possessoribus et dominis: unde prohibita latrocinia, rapina, illiciti modi habendi, dolosi contractus, usuræ, fraudes, imposturæ, monopolia, et similia.

Sic per octavum cauetur, ne vel verbo turbetur societas conveniens, & ideo inhibetur, *non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium*. Quo inhibetur, ne quis falso deferat, accuset, testificetur, iudicet, dicatque, dicet, scribat, quod veritatem, famam, honorem, vitam, statum, existimationem alterius tollat, aut imminuat, convitiando, calumniando, mentiendo, detrectando, quæ si demas ex societate, firmior et concors mirum in modum erit. Sed neque contentus fuit legislator divinus, viam vivendi honestè et concorditer ab istis impedimentis liberasse, voluit enim quod præcipuum est, radices unde nocendi proximo et turbandi quietem et concordiam pacis societatis reipublicæ occasionem succrescere possunt et solent, emendare per nonum et ultimum præceptum relatum ad voluntatem et desiderium cordis, unde initia bonorum et malorum incipiunt <sup>a</sup>. *Non concupisces domum proximi tui, &c.* *Non desiderabis uxorem proximi tui, &c.*

13 Si fuerint ciues in his divinis mandatis instructi, si cognoverint quod non observantibus illa, mors æterna & poenæ æternæ, certissime & verissime imponi debet post mortem: ut servantibus promissa est quæ proculdubio dabitur vita æterna, & perpetua felicitas, non poterit fieri aut difficulter continget, quin principibus & legibus humanis non obtemperent, rempublicam non conservent intactam veluti sæpes, muri vel custodiæ, adhibitæ viæ institutæ ad felicitatem & mandatis divinis, quibus via dirigitur, & cauent ne quis ad dexteram vel sinistram ab illa deflectat, vel si deflexerit humano lapsu, aut malitia, reuocetur ad eandem ex errore. Atque licet observare præstantiorem & pacatiorem semper fuisse populum

<sup>a</sup> Mat. ca. 15. concupiscentia generat, cum conceperit, peccatum, ex cuius consummatione mors, d. Iacob. c. 1.

& magis principibus suis obsequentem, bene institutum in religione veri Dei, quam ethnicis imposturis deceptum. In quo tamen & illud annotatum adhuc est, ut etiam religionis & numinis metus, plus valuerit ad continendos mores, & ad reddendum populū obsequentiorē, quā arma, aut leges aliās etiā potentū tyrannorum. Quā ratione vix reperitur institutio aliqua civitatis seu reipublice, quæ non fuerit nomine numinis & auctoritate eius v̄sa, quæve ad deos legum etiam non retulerit suarum primordia, tanquam essent à Deo traditæ. Naturale enim est homini qui rationis habet signaculum & animum intellectualem, credere, esse Deum aliquem, quanquam non omnes populi verum cognoverint, eumque putare esse summum, omnipotentem, omnibus imperantem, qui decipi nequeat, iustissimum, æquissimum & bonum. Et proinde dū id credit populus, aut amore eius aut metu iræ, minimis facile consentit ad ea quæ eius esse voluntatis sibi persuadet. Maxime dum animā immortalē posse post mortē puniri & remunerari credit.

14. Contrā contemptus, in hac parte institutionis puerorum & hominum, ex ignorantia mandatorum Dei facile corruptos in reipublicā inducit nutritque mores, qui cum adoleverint uniuersum cœtū civilem & reipublicam, & eius administrationem conturbant, & sæpe nisi pœnis acerbissimis maturè coerceantur, conuellit.

Romani quot annis, sex optimatum filios, ad sex Hetruriæ populos mittebant publico cum viatico, ut auguralem scientiam discerent, & postea negotiorum Romæ directores essent, ut ait Valer. Max. lib. i. c. i. nihil enim solebant incipere etiam ethnici, inauspicatè, quod esset alicuius momenti, ut ibidem idem refert author.

Druidarum hinc celebris fama, concessusque docendi sanctissimus habitus in Gallia, apud Iulium Cæsarem lib. 6. comment. de bello Gallico, quod iuuentutē docerent prius de his quæ ad religionē pertinere, deinde quæ ad rem publicam tractandam conducere videbantur.

Alienigena alioquin ab Israelis vera religione Rex Assyriorum, cum audiret populū quem è Babylone in Samariā trāstulerat ex ethnicis, deorari à feris & leonibus, quod ignorarent legitima seu legē Dei terræ, misit in eā qui eos illā docerent<sup>a</sup>. Pro maledictione vltimæ desolationis & destructionis populi, minatur propheta Azarias filius Obed, ex spiritu Dei, *Transibunt multi dies in Israel absque Deo vero, & absque sacerdote, absque doctore & absque lege.*<sup>b</sup> Misera etiā cōditio populi Israel ponitur, in libro Iudicum, quod non esset rex, & vnusquisque quod rectum sibi videatur ageret<sup>c</sup>.

15. Institutio puerorum alia & secūda, quæ partim pendet ex præcedente, est de modestia & puritate, & in summa de honestis moribus tam interioribus quàm exterioribus, pānus quippe nitidus, facilè maculas concipit, quæ aspectum lædunt. Proprium pueritiæ & indolis infantia est simplicitas, & promptus ad v̄sa & audita animus.

Scriptura sacra simplicitatem fidei, etiā puerorum nomine exprimit. Et Christus se curam habere eorum atque ipsos angelos, declarauit, *finite paruulos venire ad me, talium enim est regnum calorum.*<sup>d</sup>

Fertur lex Atheniensū, de pædagogorū<sup>e</sup> institutione, ut consideretur mode-

<sup>a</sup> 4. Reg. c. 17. vers. 26. & 27.

<sup>b</sup> 2. Paralip. c. 15. vers. 3.

<sup>c</sup> Iudicum ca.

17. vers. 6. &

cap. 5. vers. 5.

<sup>d</sup> Mat. c. 19. Mar. 10.

tur modestiæ et castitati puerorum doctores scholam ne aperiant, priusquam sol effulserit: neque illam claudant antequam occidat: hisque qui puerilē etatē superauerint: dū pueri in ludo sunt, ne liceat ingredi, nisi præceptoris aut eius fratris filius filiaue eius vir sit. Quod si quis præter illam prohibitionem ingressus fuerit morte puniatur. Gymnasiarchæ quoque ex his quemquam qui maiores natu sunt, aliquo pacto pueris commixtum in sedendo, ne permittant: quod si admiserint, & à gymnasio non repulerint: de ingenuorum corruptela Gymnasiarcha subditus esto.

Iuuenalis hac de lege videtur scripsisse, dum ait<sup>a</sup>

*Nil dictu sædum, visuque hæc limina tangat.*

*Intra qua puer est: procul hinc, procul inde puella,*

*Lenonum & cantus pernoctantis parasiti.*

*Maxima debetur puero reuerentia: Siquid*

*Turpe parâs, nec tu pueri contempseris annos.*

16. Quare et Tiberius, et post Claudius Cæsares dicebāt nemini minus institutionem puerorum vel iuuenum cōmittendam, quàm Remio Palemoni Vicentino qui docebat Romæ, quod esset infamis omnibus vitiis<sup>b</sup>.

In moribus formandis et emendandis quibusdam veluti naturalibus et ingentis vitiis, maximus labor pædagogorum, sed vberimus fructus, si id assequi possint, ut in melius reformentur. format enim, ut ait Horatius<sup>c</sup>, *natura prius nos intus ad omnem*

*Fortunarum habitum, iuuat aut impellit ad iram.*

*Aut ad humum mærorè graui deducit, & angit,*

*& Perlius<sup>d</sup>*

*Post adfert animi motus interprete lingua*

*Mille hominum species, & rerum discolor vsus*

*Velle suum cuique est, nec voto viuatur vno*

*Mercibus hic Italis mutat sub sole recenti*

*Rugosum piper, & pallentis grana cumini*

*Hic satis irriguo mauult turgescere somno*

*Hic campo indulget, hunc alea decoquit, ille*

*In venerem putris, & c.*

Et quod malum est, ut ait Hor. epistola ad Fuscum li. j.

*Naturam expellas furca, tamen vsque recurrit,*

*Et malè perrumpet furtim, fastigia vitrix.*

ut neq; Zopyrus Thrax Alc. cuius erat pædagogus, potuerit scortationē curare, neque Leon. discipuli Alexandri fastū, neque Nautilus Pel. Achillis ebrietatem<sup>e</sup>.

Vnde & moris fuit apud Indos Cathæos & Brachmanes, editū infantē post 2. menses in publico consilio spectandū exhibere, at si cuius indoles probaretur bonis instrueretur disciplinis: si improbaretur, vel in sylvas exponebatur, vel statim in conspectu hominū occidebatur, ut ait Sabellicus li. 6. Enneadis 4. Sicut & dicunt non fuisse arbitriū tollēdi partus penes parentē apud Spartanos, sed portasse in locū Leschen nomine, vbi tribuliū natu maximi confidētes, infantē spectabant, qui si mēbris cōpactis & robustis esset, tolli iubebant eū, sortēque ei ex nouem millibus assignabant: distortū & debilē amandabant in locum

<sup>a</sup> Iuuen. Sat. 14.

<sup>b</sup> Suetonius Tranquillus li. de illustrib. Grammaticis nume. 25.

<sup>c</sup> Horat. de arte poetica.

<sup>d</sup> Pers. Sat. 5.

<sup>e</sup> ut scribit C. le. Alex. li. 1. pædago. c. 7.

voraginosum prope Taygetum, quas apothetas nuncupabant: quasi nec illi ipsi, nec civitati, qui non esset à primordio ad bonum habitum neque ad robur comparatus, expediret vivere.

Meminit Cicero de oratore Apollonium Alabeidensem, dicendi magistrum, cum mercede diceret, non tamen passum eos quos indicabat non posse oratores evadere, operam apud se perdere dimisisse, & ad quancunque artem putabat esse idoneum, ad eam impellere ac hortari solitum.

17 Voluerunt leges etiam aut responsa quedam iurisperitorum & interpretum: studio legum, medicinae, aut alterius scientiae & artificij, tradi debere iuuenibus, secundum naturam & ingenium eorum, aetatem, & conditionem, cum longa inter artifices sit differentia & ingenij, & doctrinae, & institutionis. Et Honorius 3. Sum. Pontif. dum statuit prelatos & ecclesias mittere debere in scholas Theologiae aliquos de suis clericis, qui doceri possint: adicit, tales esse docibiles oportere, nempe qui doceri habiles sint, & ad suscipiendam hanc scientiam capaces.

Quintilianus quoque illud in primis testandum putat, nihil praecipua atque artes valere nisi adiuuante natura, neque praecipua scripta ei cui deerit ingenium censerit, non magis quam de agrorum cultu sterilibus terris. Monet Cicero diligentissime hoc eis qui instituunt atque erudiunt alios videndum esse, quo sua quemque natura ferre videtur. *non omnia eadem mirantur amantque, & tu nihil inuita dicas faciesque* Minerua. Et Plato, *considerabit, inquit, legum lator, atque observabit diligenter, ad quae studia quaeque raptat amor.* Et rursus, *non tanquam coactos pueros in disciplinis, sed quasi ludentes, enutrias: ut & magis ad quod quisque natura sit aptus possis agnoscere.*

Ludit operam et inanibus sumptibus profundit patrimonium, qui non habiles ad disciplinas, conatur ad studia illarum traducere.

18 Caeterum, non statim iudicandum, iuuenis omnium esse docilem vel aptum alicui artificio, vel doctrinae aut scientiae, nisi periculum fecerimus aliquo haud modico tempore, num quod videtur eius studio obesse, emendari possit, vel arte vel diligentia. Sic suadet Fabius Quintilianus, ut nato filio spem pater de illo primam quam optimam capiat et ita diligentior a principis fiet. *Falsa enim, inquit, est, quae la, paucissimis hominibus vim percipiendi quae tradantur esse concessam, plerisque vero laborem ac tempora tarditate ingenij perdere. Nam contra plures reperias & faciles in excogitando, & ad discendum, promptos.* Quippe id est animi naturale, ac, sicut aues ad volatum, equi ad cursum, ad saevitiam ferae gignuntur: ita nobis propria est mentis agitatio atque solertia, unde animi caelestis origo creditur. Hebetes vero & indociles non magis secundum naturam hominis eduntur, quam prodigiosa corpora, & monstris insignia: sed hi pauci admodum. Fuerit argumentum, quod in pueris elucet spes plurimorum, quae cum emoritur aetate, manifestum est, non naturam defecisse, sed curam. Superat tamen ingenio alius alium, concedo: sed ut plus efficiat aut minus: nemo tamen reperitur, qui sit studio nihil consequutus. Sapiens ipse sibi fingit fortunam. Studium, diligentia, & labor assiduus omnem naturae repugnantiam potest vincere volenti: fallaxque saepe est iudicium.

a. Stichus 12. & ibi Bart. de legat. 3.

b. Vlp. in l. ar. rifices, 31. de solut. lib. 46. P. tit. 3.

c. e. f. de magistris, lib. 5. Decret. c. 5.

d. Quintilian. in proemio Institutionum oratoriae.

e. Cicer. 3. ora.

f. Horat. de arte.

g. Plato. dialog. 1. de legibus.

h. 7. de reipub.

i. Quintilian. lib. 1. Institutionum orator. cap. 1.

k. Plautus in vinum.

dicium in censendis inclinationibus iuuenum, quibus si adimatur obiecta, & mutantur consuetudines in diuersa, poterit, accedente rationis, sepius mederi. Non magis quam videmus iuvenes qui in florenti aetate fuerunt perditissimae & deplorandae vitae, in extrema senectute vel aetate virili, ex viriis in virtutes emerisse, & contra, primis annis indolis vt videbantur optimae, tandem licentia, opibus, & maiorum hominum consuetudine, in nebulones perditissimos, & vitiosissimos homines degenerasse. Fuerunt qui abhorruerunt ab initio literas & disciplinas dum ignorarent utilitatem aut usum illarum: qui, postquam priuatione ignorantiae & necessitate, & de damno quod non didicissent, certi facti sunt, totis viribus & studiis ad eas consequendas contenderunt: vt contra vidimus apprime eruditos in iuuentute, & a bonis praecipitoribus bonis disciplinis institutos, vbi sui iuris facti sunt, & a se magistris abdicarunt, in tantam stultitiam & virtutis ignorantiam incidisse, vt nunquam, vel literas gustasse iudicarentur. Sunt exempla vtriusque mutationis tam vulgaria & quotidiana, vt non egeant alia singulari demonstratione: vt neque natura, neque ingenium, neque impossibile quippiam obstitisse, sed voluntatem, curam, & solitudinem defuisse, fatendum sit. Arbitrium liberum homini natura a Deo datum est, in quam velit partem boni aut mali inclinandi: non illi negatum lumen diuinum, & rationis, quo possit quid expediat quidve noceat discernere: non deest illi adiutorium diuinum & humanum ad exequendum ea quae sibi conducere videntur: nihil est in summa aliud quod culpae praeter se ipsum homo possit, si ea quae excolunt animum, quae seipsum & societatem humanam iuuant, non sectetur, si modo quae extrinsecus accedunt, & aliunde conferuntur, quam ex mentis suae facultatibus habeat, puta praecipitores, ope, tempus commodum, & reliqua similia. Quae in optimis rebus publicis, publice, gratis, volentibus subministrantur. Sunt enim scholae publicae, ibi professores sine mercede discipulorum aliunde honorariis donati, gratis docentes.

Aristoteles, difficile esse ait, aliquos ad probitatem prouocare, cum non pudori, sed timori obedire: neque abstinere a malis ob dedecus, sed ob poenam consueverunt. Nam cum ex affectu viuunt, proprias voluptates, atque ea ex quibus illae existunt, persequuntur, dolorisque oppositos fugiunt. Ita fieri bonos alios natura, alios consuetudine, alios doctrina multos existimasse. Quod ad naturam autem pertinet nobis illud non est manifestum, sed vt ait ille, ad diuinam quandam causam referendum. At oratio & doctrina, non in omnibus etiam vim habent: sed opus est vt praecipuus sit auditoris animus, ad recte & gaudendum & odio prosequendum: non secus ac terra quae semen sit nutritura. Non enim audiret orationem dehortantem, neque intelligeret qui ex perturbatione viuunt, neque omnino orationi, sed vt cedere perturbationi videtur. Vt oporteat ideo mores prius virtuti esse accommodatos, vt & honestatem diligant, & abhorreat turpitudinem. Ordienda itaque est institutio a pueritia, & legitima constituenda, deinceps in adolescentia continuanda, in

virili etate conseruanda. quæ omnia absque bonis legibus, & constitutione pœnarum, reipublicæ administrator assequi nequit. Et difficile quidem est vt à pueritia quis institutione instruat, nisi sub talibus legibus fuerit educatus. Nam toleranter temperantem viuere, multitudini & præsertim adolescentibus inuicendum non est. Quocirca opus est, vt & educatio & studia constituta legibus sint: ita enim fiet, vt consuetudine tractata, molesta esse desinant. Non satis tamen forte est, si quando adolescentes sunt homines, educationem rectam & curam consequantur, sed cum in viros quoque adulti debeant eadem ipsa exercere, atque assuescere. Ad hæc etiam, & omnino ad omnem vitam legibus opus est. Plerique enim necessitati potius quam rationi, & multis quam honestati obediunt. Quapropter, sunt qui legiflatores censeant inuitare ad virtutem, ac prouocare homines honestatis causa debere: eoque probi ex consuetudine præcipuè obtemperant: illis vero qui non parent, suntque natura ineptiores, castigationes & pœnas irrogare: qui autem insanabiles sunt, exterminare. Et hæc probare videretur quoq; Aristoteles. Leges & pœnæ retrahunt magis improbos, & redire ad mentem bonosque mores cogunt: non ita malis disciplinis & institutione mitescunt.

19 Accidit etiam vt plerumque, labore cum bonis disciplinis imbuta ingenia adolescentium, à pueris incipiente institutione dum tenera sunt, facile ea ad quæ natura inclinatur & deflectit, corrigantur, si non in omnibus, tamen in quibusdam. Pericles cuius sapientia præ omnibus suis temporibus celebrata est, familiaris fuit Anaxagoræ Clazomenio, atque eo doctore vim eam consequutus est. Et Alcibiades, ingenio quidem ad virtutem multo deterior: qui partim superbè, partim abiectè, partim libidinosè viuere instituerat, propter Socratis institutionem multa in sua vita correxit, cætera magnitudine rerum gestarum occultauit. Timotheus propter institutionem Isocratis summam gloriam adeptus. Architas Tarentinam rempublicam præclare administravit ex Platonis congressibus, cum ante sperneretur. <sup>a</sup> Lanfrancus Cantuariensis episcopus, Gullielmi Ruffi Anglorum regis feram naturam, rabiem, furorem, coercuit: consiliauit pari studio Anglorum fauorem eidem. quamquam eo mortuo Ruffus perinde ac solutus vinculis, omnia repagula iuris & pudoris refrigerit, & in omnem licentiam præceps abierit. <sup>b</sup> Narrat Diogenes lib. 4. Polemonè Philostratis filium cum adolescens esset, adeo impudicum & corruptum vt omnes vitii superaret & voluptatibus: verum eum aliquando ebrius coronatus cum sodalibus in Xenocratis irrupisset scholam loquentis de temperantia, ea oratione sensim adolescens seipsum collegit, ita vt industria & studio cæteros postea vinceret, atque Xenocrati in regenda schola successerit. *Si quis, inquit Aelianus, li. 4. de varia historia, Calliæ auscultauerit potorem eum efficiet Callias: Tibicinè Ismenias: arrogatè Alcibiades: Helluonè Crotylus: eloquentè Demosthenes: imperatorè Epaminondas: magnanimè Agesilaus: bonè Phocion: Iustè Aristides: sapientè Socrates: Quemadmodum vt ait Clemens Alexan. lib. 7. Stromaton, si quis Ischomacho studuerit, agricola fiet: si Lam*

<sup>a</sup> hæc tradit Demosthenes oratione amatoris, qua tamen alterius esse putatur. <sup>b</sup> Polidor. virgil. lib. 10. historia Anglic.

*si Lampidi nauclerus: si Charidemo Imperator: si Simoni eques: si Crobylo, coquus: si Perdici, caupo: si Archelao, saltator: si Homero, poeta: si Pyrrhonè, vitiligator: si Chryssippo, dialecticus: si Aristoteli, physicus: si Platoni, philosophus. & si quis obtemperauerit domino, ad imaginè magistri perficietur.*

20 Mores naturales, boni malique, virtutum sunt & vitiorum quidem semina: verum non perfecti habitus, sed veluti dispositiones haberi debent. neque necessitatem aliquam in se, sed propensionem & inclinationem denotant, vt docet Aristot. 6. de morib. quam, vt in brutis consuetudo vincere potest, multo magis in hominibus ipsa ratio bonis institutis & sermonibus, ac disciplinis, Dei maximè implorata & accedente ope. Et, si etià sapiens dominari possit astris. i. declinare quæ astra minantur, vt ait Ptolomæus in centiloquio: facilius poterit istas *opras quæ* intellectu & ratione intra se compescere.

21 Falluntur qui omnino ex iuuentutis propensionibus, & corporis & membrorum signis naturalibus, certo volunt vitæ hominis rationem colligere, & sic non habiles vel habiles ad capescendâ disciplinam, probosque aut meliores mores definerunt. Cū. n. hominis non sit eadem ætas, & cum tempore mutantur etiam incremento & decremento corpora, necesse est quoque mutari mores & statum etiam corporis. & idcirco multipliciter lapsi sunt & Cathæi, Indi, Brachmanes, Spartiata, & alij qui ex indole membrisque pueritiæ, de futuris ætatibus decernebant perperam. vna quæque ætas sua studia habet, suas inclinationes, sepe contrarias prioribus: cum eram paruulus, inquit diuus Paulus agebam quæ sunt paruuli, nunc maior factus ea quæ paruuli sunt euacuavi. Lapsi & multipliciter chiromantici, physiognomi & similes genethliaci: qui dum elementorum corpora in homine tantum considerant, scedè decipiuntur, non animaduertentes ad gubernaculum corporis & naturam integrâ quæ sit vis liberi arbitrij hominis, qua bonum & malum possumus eligere, & fortunam nostram effingere. Rationis capax homo quæ noxia sunt potest vitare, & emendare, siue etiam naturalia vitia, quæ ex voluntate pendunt: & vt corrumpunt bonos mores colloquia praua, sic contra emendant malos colloquia bona. cū sancto sanctus erit, & cū peruerso peruertetur. Nec peiora debent esse animalia ratione vitia, brutis: quæ vel dictante ipsa natura sciunt quæ sibi bona, quæue obesse possunt discernere, sequi vel vitare. Fatemur tamen, malas propensiones esse naturales, & multum difficultatis habere in emendatione: verum, non habere impossibilitatè: ideo facilius inferi, si adhuc recetibus animis & puris puerorum, ab initio boni mores instillentur. quo tempore sincerum est eorum vas, & nodum aliis vitii s maioribus infectum. *Sincerum est nisi vas, quodcūque infundis accescit.* Si contingat autem iam infectos, ad disciplinam de moribus, vocari, duplici cautione opus est: & vt quod vitiosum prius est, vt malæ herbæ ex aruis, & mali odores ex vase, tollatur diligentia studio & cultura: & deinceps, tantum quod bonum est, boni mores inquam infundantur. A Lacone Pædagogo dictum est præclare effecturum se vt honestis puer delectaretur. & instaureretur turpibus, quo, meliorem, nullum est neque speciosior finè statuere homini libero rectæ institutionis, vt ait Plutarchus de vita morali, & an virtus doceri possit. Lycon Troadensis, Stratonis Lampfaceni successor, qui per 41. annos scholam tenuit, educandis

pueris maximè idoneus habitus, cum pueris bonos mores, pudorem & gloriae studium adhiberet, non secus atque equis frænum & calcaria, ut ait Diogenes L. libro 5. & certè ut ait Cicero 3. de oratore, idem erant antiquitus viuendi præceptores, & dicendi. Arguuntur contra Leonidas & Lyfimachus; præceptores Alexandri magni, quorum negligentia multi temulentiam Alexandri adscribunt, quod adulari magis quam regem instituere viderentur.

22. Hic obseruandum existimo aliquando separatos fuisse magistros seu præceptores morum & disciplinae seu artificij: aliquando penes unum utrumque munus fuisse. Sic Achillis duo, præceptores leguntur fuisse, in medicina Chiron, in moribus Phœnix. ut de Chirone tradit Pindarus Ode. 3. Nemeorum ubi *βωθυμήτη χείρον* &c. Atque apud Homerum, Phœnix testatur à patre Peleo se custodem ei & præceptorem datum esse.

*μύθων τε ἰν' ἑὴν ἔμμεναι, πρηνήρα τε ἔργων.*

Alexandro Magno, fuerunt & nutritij, pædagogi institutores & magistri appellati. Quibus omnibus impositus Leonidas, qui pædagogi nomen cum honesto & specioso coniunctum officio quod Olympiadè propinque contingeret, repudiabat, atque ab aliis dignitatis & necessitudinis causa, nutritius Alexandri ac rector dicebatur. Alij erant ei præpositi præceptores disciplinae causa, ut Lyfimachus, postea & accitus Aristoteles, qui & moribus & disciplinis illum instituit. Contentunt inter se isti principum nutritij seu rectores quos vocant *gouuerneurs des princes*, cum pædagogis seu præceptoribus literarum eorundem principum, & sæpe iuuenes discipulos, canibus, equis, aliisque voluptatibus interpellant ab studiis, quibus alij tradendis inuigilant præceptores: ut sæpe iuuenum animos, & à literis & à præceptorum obedientia subtrahant ante tempus, cum magna principum & populi iactura. Nam quo tempore postea iuuenes gubernacula reipublice capiunt tractanda, tunc, sed sera poenitentia agnoscunt, quantum illis incommodi ex neglectu studiorum in iuuentute accesserit. Quia in re patres, qui præponunt filiis suis rectores & pædagogos, sic exigere debent rationem à singulis, ne sua incuria, animi iuuenum ab alterutro præter rationem corrumpantur: & ne se mutuo concursu impediunt, & ut quisque suis temporibus & horis conuenientibus, suo officio erga erudiendos fungatur commissos.

23. Diuus Bernardus tractatu de ordine vitæ, pueros à puritate dictos ait, & ideo in illos congerendas virtutes, verecundiam, taciturnitatem, obedientiam, eosque habere oportere, simplicitatem, innocentiam, sobrietatem, puritatem, virginitatem, cuius castitas corrumpatur primis telis oculorum, & verborum & superbia. Quid etiã his conueniat paucis d. Ambrosius admonet li. 1. offic. c. 7. Est bonorum adolescentium inquit, timorem Dei habere, deferre parentibus honorem, habere senioribus reuerentiam, castitatem tueri, non aspernari humilitatem, diligere clementiam ac verecundiam.

Circa verò disciplinam seu artes aut scientias, quæ conueniant institutioni puerorum, Leotychidæ primi erit obseruandum prudens responsum, dum interrogatus quid potissimum ingenuos pueros discere oporteat, hæc inquit, quæ vsui eis esse futura sunt quando viri euaserint.

<sup>a</sup> De quo Plutar. in apoph.

Quare

Quare inueniuntur diuersa iuuentutis studia, procurata ab administrantibus reipublicas, ut in his potissimum instituerentur quæ propria & vtilia cuique essent reipublicæ, temporibus & locis & negotiis earundem. Sic Germani, quo tempore erant rudes, & militaribus laboribus exercitati, assuescebant pueros ab ineunte ætate & adolescentia calores & frigora pati, vilibus tectos amiculis hyeme pariter & æstate. id ipsum apud Cretensium pueros seruatum refert Heraclides. Natate propter naualia bella, & literas discabant pueri Athenienses, & Romani quoque, ut innuit Suetonius in Augusto.

Syraculis etiam quidam seruilem scientiam, mercede edocebat, ut author Aristoteles, pueros instituens ut artem coquinariam scirent, vel id genus famulatum alium.

Apud Israelitas cum fuisset superatus Saul cum suis à Philistæis præcipit Dauid ut docerent filios Iuda arcum.

Athenienses qui philosophorum institutis abundabant, habebant ex lege Solonis sancitum, ut si filius à patre nullam artem fuisset edoctus, nulla ei senio confecto, deberet alimeta. Verba sunt *ὅτι τρέφειν τὸν πατέρα μὴ διδασκόμενον τέχνην ἐπιδανύει μὴ ἔτι*.

Charondas Thururum legislator lege iussit liberos ciuium omnium in ludo literarum rudimentis instituendos tradi conductis ad id mercede & ære publico præceptoribus.

25. Psammethicus Ægyptiorum rex, curauit pueros Ægyptios, lingua Græca imbuendos, à quibus linguam Græcam edoctis, oriundi fuerunt, qui postea in Ægypto fuere interpretes, ut scribit Herodotus lib. 2. vnde maxima accessit Ægyptiis utilitas.

M. Antonius vero, Romanorum imperator, postquam Athenas venit iniciatusque fuit, cum alios honores tribuit Atheniensibus, tum in vrbe eorum doctores omnis doctrinae, annua mercede conductos, constituit, ad omnium gentium utilitatem, ut ait Xiphilinus ex Dionem in Antonino.

Carolus magnus, plures in orbe scholas, aduocatis vndecunque viris doctioribus cum optimis stipendiis & dotationibus, erexit, ad utilitatem vniuersæ reipublicæ: ut & Alphonfus 9. rex Hispaniarum, conuocatis ex Gallia & Italia sapientibus & magistris omnium facultatum Palentia disciplinae & sapientia erexit cum optimis stipendiis scholarum, ad utilitatem eius reipublicæ, ut refert Rodericus Toletanus lib. 7. rex Hispaniarum. c. 34. Q. Sertorius in Osca vrbe, liberalium artium gymnasium aperuit, & ibi sexcentos procerum filios suis sumptibus aluit. tum ut Hispanorum animi literatura mollirentur: tum ut hisce obfidibus, parentes in officio & fide contineret, ut ait Plutarchus in eo. Neque, ut singulas persequi scholas desinam, vlla in summa monarchia regnum, aut paucitas est aut fuit, quæ ubi metè cœpit à barbaris & incõptis moribus reuocare, non constituerit sibi publicam bonarum artium disciplinarumque & sapientia aliquam officinam seu scholam. Testatur in Britania & Gallia antiqua Druidum collegia & cœtus, & alibi Brachmanes, Gymnosophistæ philosophi, ceterique id genus, qui ubique scholas habuerunt quas nunc dicimus priuato Atheniensium nomine, academias, de quibus ex

<sup>a</sup> Corn. Tacit. de morib. germania.

<sup>b</sup> in politijs. Aristot. 1. Politi.

<sup>d</sup> 2. regum. c. 1. ver. 18.

<sup>c</sup> Diodor. Sicul. lib. 12.

ordine tractauit & ex professo, Iacobus Middendorpius. Sūntque ita obuia in Galliis, Germania, Italia, & alibi, vt alia non egeant demonstratione. Artium mechanicarum ad necessitatem societatis, certe valde conducit scientia & earum opera: at multo magis necessarīe artes, & scientia bonarum disciplinarum quibus & artifices, & aliæ personæ reguntur & conseruantur. vt etiam præstantior est ipsa anima corpore, & ea quæ circa animæ salutem sunt nobiliora his quæ circa corpus versantur. Et proinde sic administrari debet respublica, vt quidē necessaria corporalia nō desint & ordinata sint, sed potius vt bonis legibus & disciplinis populus instituat: maximē in ipsa religione vera, quæ est anima sincera & vinculum præstantissimum Dei cum homine, & hominum inter se, & deinceps vt liberales artes & Iustitia doceantur, à quibus alieni homines & ciues, efficiuntur veluti animalia bruta: cum ignorantia, alieni ab omni humanitate & ciuili conuictu. Quod docuerunt exemplo Mitylenses, qui quū maris imperiū tenerent, fociis qui descuerant, hanc pœnam imposuerunt, vt liberos suos non docerent literas, nec artes liberales. Omnium suppliciorum hoc grauissimum iudicantes, si in incitia & ignorantia artium liberalium, vitam transigere cogentur, vt scribit Alianus libro septimo de varia historia. Sic & Iulianus imperator apostata à fide christiana, cum christianos in Ethnicis disciplinis, plurimum superstitioni gentilium officere cerneret, edicto cavit, vt constaret ex eius epistolis, ne pueri Christianorum vilo philosophiæ genere amplius condirentur: hac ratione sperans fore, vt idiotæ remanerent, eoque facilius ad idolatriam deficerent, veluti adimendo arma quibus se defendere, & impugnare illum possent.

Sunt hæc studia humanæ naturæ media, quibus iuuantur ingenia populi ad meliorem vitam amplectendam, atque vt præceptoribus iam institutis & probatis hominibus, qui alios instituere nouerint, & prohibere per assiduam operam, ne ab vtilitate societatis humanæ & propria, aberrare aut deflectere possint. Sunt & alia quæ doctoris & præceptoris auxiliū præbēt quodammodo extraordinaria, quæ vel cū pertinetia laboris, vel animi illustratione superna, erudiūt & instituūt aliquos, quales sunt, qui sola mentis propriæ agitatione, pro indagine & doctore vtentes, multa sibi cognita faciunt, quæ vel ante aliis quoque cognita fuerunt: vel nouè adhuc quædam obseruant & inueniunt ad suam & publicam vtilitatem, vt Heraclitus Ephesius, cum esset iuuenis nihil se dicebat scire: vir factus nihil se ignorare profitebatur: & ille idē tamē neminē audiuit, sed ex semetipso omnia in iugi contemplatione didicit, vt scribit Diog. Laer. lib. 9. Sic Anton. Here. celeberrimus meditatione diuinas auditas ab aliis sacras scripturas, in sui & aliorū vtilitatē alioquin sine vlla literarū cognitione, cōuertit. vt ait Aug. li. i. de doc. christ. D. Bern. etiam literas suas in syluis & agris didicit, meditādo sacra eloquia & orādo, nec vnquā villos alios, vt ipse de se testatur habuit præceptores, quàm quercus & fagos. Nemo ignorat plures priuatis studiis & laborib. cū multis etiā solis doctorib. libros

dico

dico, ad summā peruenisse doctrinā & tot sūt vt nullomodo necessariū videatur hic recensere. Nec mirum, si modò diligentiam et iudicium proficientium consideres, labor enim improbus, omnia vincit: maximē quando desiderio discendi adiungitur animæ puritas. quia in maievolam animam non interibit sapientia, vt contra facillè discunt ea quæ sibi et reipublicæ vtilia sunt. qui anima et spiritu mundis, veræ pietati & religioni cultuiq; diuino serio addicti, discēdi viā ingrediuntur, vt docui tomo i. cōmentariorū in syntax. artis mirabilis In li. 2. c. j.

28 Vtitur et Deus hominibus prout sibi videtur vtile, ad implēda quæ iubet & illi scientiam seu ἐνδρασιασµὸν ἑσθίας, aut diuinā illustrationem, infundit: atque, vel per seipsum infundit et illustrat, aut per sacros spiritus. Sunt hi sacri præceptores et diuini, certiores et digniores cæteris hominib. et magistris, veraces et honore maiore digni. <sup>a</sup> Hinc illa summa peritia ad omnia opera mechanica tabernaculi concessa à deo Beseleeli, & Oliabo, Exodi 31. Sapientia Salomonis, super omnes mortales sui temporis à deo impetrata. 3. regū, c. 3. Danielis Daniel. i. Hieremię, vt notat d. Hyero. li. 2. In Esaiā. c. 3. Apostolorū, qui ex rudibus & ignaris hominib. electi à domino nostro IESU CHRISTO, ineffabili sapientia totum implerūt orbē, charismate Spiritus S. illustrati, vt omnium linguarū intelligētia donati sint. Actorum cap. i.

Neque solum Apostolos, spiritus S. docuit, sed & alios qui fidelibus sermonibus & mysteriis adhæserunt. vt etiam quidam oratione & precibus vel suis vel aliorū impetrarint, literarū & linguarū ignoratarum breui tempore cognitionem. vt Basilius magnus, Ephremo Syriæ anachoretæ, græci sermonis vsum à Deo precibus obtinuit, cū ille Syriacā linguam tantum in qua natus erat, calleret. <sup>a</sup> Et seruus quidā barbarus <sup>a</sup> Marullus <sup>libro 2. c. 2.</sup> ætate d. Augustin. vt ipse perhibet testimoniū, lib. j. de doctrina Christiana. literas ipsas nullo homine docente, triduanis precibus vt sibi reuelarentur orando, perfectè didicit: sic vt etiā codicē oblatū, stupētib. <sup>b</sup> <sup>Prædicto loco.</sup> qui aderāt legēdo percurreret. Hoc ipsum refert Marullus <sup>b</sup> de Hor. Ægyptio abbate. Ostēdi & alibi dū de Angelis tractauī. c. xj. num. 37. tomo. 4. cōmentar. Syntaxeo. parte priore fuisse Angelos pædagogos Adæ, & Abrahæ, & aliorū, Deū vti ministerio eorum ad docēdos homines, & annūciāda placita sua, vt & Daniel per angelum edoctus futura, prophetæ, & alij in lib. iudiū, & alibi. Voluerūt & quidā à dæmonib. per artes vetitas assequi cū sua æternæque vitæ iactura, rerū & disciplinarū cognitionē, quā facilius & tutius consequuti fuissent à Deo fuis precibus. Cæterū hæc sunt extraordinaria media docēdi & discēdi, quæ nō sunt in consequentiā & regulā trahēda, vt neque illud, aperi os tuū, & implebo illud: aut illud Matt. 10. nolite cogitare quomodo & quid loquamini: dabitur enim in illa hora. Siquidē ad extraordinaria recurrendū non est, vbi via est constituta ordinaria. Dāt Deus extra ordinē scientiam, cum extra ordinem elegit quempiam ad munus aliquod, vt quādo vocat & humilib. probiq; viris ad episcopatū & alias prælaturas vocabat: vt quando vocauit Ambrosium, & ex catechumēno fecit antifitem. Sic enim de se testatur idem Ambrosius libro primo de officiis. capite primo. *Vnus verus magister est, qui solus non didicit, quod omnes doceret, Homines autem discunt prius quod do-*

ceant, & ab illo accipiunt quod aliis tradant. quod nec ipsum quidem mihi accidit. Ego enim raptus de tribunalibus atque administrationis insulis, ad sacerdotium, docere vos cœpi quod ipse non didici. Itaque factum est ut prius docere inciperem quam discerem. Discendum mihi igitur simul & docendum est, quoniam nō vacavit ante discere, & quantumlibet quisque est qui profecerit, nemo est qui doceri non egeat dum vivit. Quia docere etiam nobis nolentibus imposuit officium sacerdotis necessitudo.

De puellis.

CAPVT. II.

**N**ON minor debet esse cura & puellarum quam puerorum in republica, ut sexus infirmioris. Et ideo secundū honestos & probatos mores, in singulis populis, institui & erudiri debent. Qua de re & leguntur diuersæ leges, pro diuersitate status rerum publicarum: quas non tam accuratè obseruare oportet, ut & nunc seruentur, quantum quod cuique nationi honestè & utiliter conuenire poterit. non enim vno modulo omnes respublicæ administratæ aut formatæ fuerunt, neque eadem omnibus honesta aut conuenientia sunt, præterquam quæ diuinis & naturalibus institutis consona videntur.

2 Lycurgus corpora virginum Spartanarum, cursu, lucta, discorum & telorum iactu exercuit, ut & foetus radix validum in valentibus corporibus exordium accipiens, germinaret melius: atque illæ strenuè partus excipientes, benè & facillè aduersus puerperij decertant labores. Detectioni virginum nihil erat obscœni, cum qua coniunctus rubor erat: aberat libido: neque à societate virtutis, fœminæ & gloriæ, excluderentur, ut ait Plutarchus in Lycurgo & Apophthegmatibus.

3 Solebant & alibi quidam antiquitus puellas liberalibus artibus erudire. Et adhuc Galieni imperatoris temporibus, puellæ & viduæ, Plotini philosophi scholam, disciplinæ causa, frequentabant. Meminerunt & iurisperiti de hoc instituto, pecuniâque in eam rem impensam vel in illarum præceptores, in utilitatem necessariam transferunt.<sup>b</sup>

Quo loci negotiantur mulieres, expedire creditum, instituere puellas ut legere, scribere & numerare probe nouerint. Alibi puellæ potius laboribus quam studiis literarum formantur, in pagis & extra vrbes. Multi corruptè, musicæ, saltationibus, aliisque illecebris sæpe in sui & illarum perniciem, affluescunt. Alij quod magis probatum video etiam sacro eloquio, nere, suere, texere, domestica curare & matrem familias agere: ex iuuenili ætate discunt. Si legere & scribere didicerint, nō nisi castis & virtutis scriptis incumbere rectius concedunt: luxuriosa, fabulosa soluta scripta, adimunt & interdunt. Sunt alijs populis puellarum & fœminarum mores prout receptum & vile videtur in loco, ut ait Aemil. Probus libro de vitis imperatorum Græcor. in proemio. Et proinde non poterit dari certa lex moderatoribus aut alia

<sup>a</sup> Livijs lib. 3. de Virginia, Plinius lib. 1. epistoliarum ep. 17. Athenais lib. 13. Lucian. <sup>b</sup> *μὲν τὸ σὺν νότων Πλουτάρχου ὁμοίως ἀναγράφεται. <sup>c</sup> Caius l. 4. ubi pupill. educta. de uacordia. l. si pater. no 15. de negotiis gestis C. Cassiodor. lib. 4. variarum. epistola 1.*

aut alia electior, quam ut ea quæ congruere moribus honestis habitis, & Dei potissimum mandatis, atque concordie & societati reipub. noverint, doceant. Sunt etiam præcepta superiori capite de instituendis pueris prolata, quæ communia puellis cum pueris in institutione conueniunt, quæ & mores docentium, & indaginem ingeniorum respiciunt, et cum quibus anima puellarum cum tractatione ingenij puerilis et infantium particeps esse potest, maiori cura pudicitia in sexu fœmineo etiam adhibita: et tollendo omnia si fieri possit, vel potiora quæ illarum animos corrumpere possunt, ut choreas vetitas, fucum, societates publicas hominum, lenas, et lenones. puniendo sollicitatores nuptiarum, supra, et alia vitia impudica, et occasiones singulas quæ conspurcare possunt sexum et ætatem huiusmodi.

4 Aegyptij mulieribus uti calceis non fuit patrij moris, ut ita se domi continere cogentur. Et Phidiæ laudatur solers prudentia, quod Palladis simulacris, draconem apponere consueuerat, veluti ambage tacita innueret, virgunculas peruigili cura indigere, ut pudor castus seruetur illibatusque<sup>a</sup>, peruulgatum enim, ædium, adytorum, oraculorum nec non thesaurorum custodia præfici dracones. Thesaurus autem pretiosior non est in sexu fœminæ ipsa pudicitate et castitate.

Virginum et masculorum etiam periculosam cohabitationem, rectè putant multis exemplis, et experientia instructi, viri probi.<sup>b</sup> Plato monet non auri sed pudoris multum oportere relinquere liberis, putare autem impudentiam iuuenum castigando, id nos impetraturos: atque Sapientem Legislatorem senioribus præcipere ut sint coram iunioribus maximè puellis verecundi, summoperèque caueant, nequis iuuenum eos aut videat aut audiat agètes turpe aliquid aut loquentes: nam ubi senes impudici sunt, necesse est ibi iuuenes impudentissimos esse.

Quædam nationes, et velatas et ininspectas habuerunt virgines, quædam contra apparatus, neque Gynæceia habuerunt in domibus separata, verum ut dixi regionis mores, certam habere honestatis causam, in omnibus, hoc vnum forsitan non inutiliter cōsiderandum puto, ne simul pueri cum puellis instituantur, neque puellæ à viris, si possint haberi mulieres quæ eas docere possint. Excutiunt enim pudorem, ne peiora dicam, puellæ ex familiaritate puerorum et virorum.

De verbis & sermone formando infantium.

CAPVT III.

**L**IQUET omnino curam circa personas infantium, quibus populus constituitur, statim, ut probaui, ab initio conceptionis et ante, nempe ratione coniunctionis parentum, rectissimè et necessariò ad causam publicam pertinere: eandemque curam requiri in formandis animis et moribus eorundem: proinde à cunabulis ipsis, à nutricum etiam instructionibus et verbis incipiendum erit, quando et balbutire et loqui conantur: quo etiam pertinet illud Horatij lib. 1. epistola 4. ad

<sup>a</sup> Calius Rhodigin. lib. 10. lectio. antiquarum c. 3.

<sup>b</sup> Cyprian. li. 1. epist. cxi. <sup>c</sup> Plato lib. 5. de legib.

Albium Tibullum dicens

*Quid voueat dulci nutricula maius alumno*

*Quam sapere & fari ut possit quæ sentiat: &c.* & quanuis rudis hæc primo eruditio videatur, tamen non contemnenda visa reipublicæ, & loqui, & bene loqui, distinctè, aptè, & ex idiomate. eoque elegantiore, recepto in loco reipublicæ. siquidem illud potius ex more, quàm ex lege aut potestate principali pendet, sicuti obiecit Tiberio Marcus Pomponius Marcellus, cum eum ex oratione reprehendisset, dicens Tu enim Cæsar ciuitatem dare potes hominibus, verba non potes.

<sup>a</sup> *Sueto. Trā quillus. lib. de Illustrib. Grā masticia. nu. 25.*

<sup>M. Terentium Varro. lib. 8. de lingua lat. & multa. Horatius de arte poet. ibi multa renascuntur quæ iam ceciderunt, & cæduntque</sup>  
<sup>Quæ sunt in honore uocabula si uolet uisus. &c.</sup>

<sup>Aristotel. lib. problemat. sect. xj. q. j.</sup>

<sup>Arist. præ. sect. xj. qu. 27.</sup>

<sup>idem Arist. problema. sect. 3. quæ. 31.</sup>

<sup>Petrus Hispanus in sua logica.</sup>

utque rationi obtemperare debet gubernator: gubernatori unusquisque in nau: sic populus rationi, nos singuli populo, & qui bene loqui uolet consuetudinem eius sequi oportet. <sup>b</sup>Primum in reipublicæ societate, & in ipso hominæ, est bene sentire: secundum, bene sensa animi exprimere & significare, quod fit imperfectè per signa & uoces confusas: perfectè autem per sermonem qui est interpret mentis, & per literas quæ sunt uocis fluentis & pereuntis thesaurus & memoria præteritorum. Quæ tria summopere hominum genus mirabile & notabile reddunt, ut intelligere seu agnoscere, loqui, & scribere. quæ tria tempus & formationem & positionem exigunt. oportet enim Intellectum per sensa rationem & alia præcepta, commouere, & ueluti ignem inter fauillas conclusum, & torpentem excitare: sermonem suis conuenientibus uocibus articulare: ut propriis expedit notis scripturam colligare. Disciplina & artes docent hæc omnia, & quid & quomodo loqui, & quando oporteat, & quæ eloquenda, quæue tacenda & scribenda, uel non.

2 Nullum ex animalibus loqui præter hominem potest, cui facultas hæc data est, & hoc etiam serò incipit, loqui. & postquam nati sumus, diu obmutescimus, deinde balbutire tandem incipimus. principio nãque nullum uerbum proferre penitus ualemus: uagitum quidè nascendo & uocem emittimus, sed non locutionem quæ articulata uox est & species uocis. <sup>c</sup>

Pro portento aut miraculo habitum ita & præter communem naturæ ordinem, ueros uel recens natos, uel ante ætatē<sup>d</sup> quæ fari permittit, loquutos, quia loqui, est uerba audita pronuntiare prius intellecta. Atque ex animo omne loquendi initium ducitur. quod patet exemplo eorum qui eum sopitum habent, aut metu, aut ira uel alia passione affectum, quorum lingua pariter impedita & tremulè uel confusè loquitur. <sup>e</sup>

3 Et ad loquutionem formandam oportet concurrere, <sup>h</sup>debita & commoda instrumenta & potentias animæ, quæ non reperiuntur in infantibus, & dum incipiunt non perficiuntur sine ductore. Instrumenta loquutionis sunt ad formandam uocem, labia, dentes, palatum, guttur, pulmo. cum quibus totidem sex potentia animæ conuenire debent, ad bene seu rectè loquendum: primum imaginatio, quæ format uerba.

2 Intellectus qui ordinat:

3 Voluntas, quæ mouet instrumenta omnia ad loquendum.

4 Memoria, quæ commemorat dicta, & annectit dicenda.

5

5 *Visus, ad uidendum cui loquamur & quid.*

6 *Auditus, ut uocem etiam nostram audiamus an quadret: & locutum, ut respondeamus.* Mens quidem in hominibus aliquando celeriter intelligit. lingua uero, uerbis indiget & longa narratione eorum quæ intercedunt sermonum. Oculus etiam statim simul ordinem actorum latissimum intuetur: sed si de singulis uelit differere, quod uinum quodque sydus, multis indiget uerbis. sic terrâ, mare, & omnes totius mundi plagas, in momento mens celerrimè comprehendit, sed quod statim fit in mente, id tantum multis uerbis disseritur. <sup>a</sup>

4 Multa etiam norunt intelliguntque pueri, & homines, quæ tamen se intelligere & quomodo intelligant exponere non possunt: uel quia iis quibus loquuntur non intelligunt sermonem quo utuntur, uel quia ipsi uerba non habent, quæ id possint quod sentiunt exprimere: aut quod res ipsa inexplicabilis est, aut quia sufficere humana uox explanationi non possit: aut quod mente conceptum celeri comprehensione, antequam per uerborum ordinem possit referri elabitur memoria: aut, quod sæpe doctis accidit, quod methodum non habent qua possunt ordine ea quæ sentiunt & accommodè effundere, ut sefe mutuo concepta in exitu obrudant & impediunt, non magis quàm in uase angusti eris, aqua pleni, si non paulatim & sensim humorem inclinatione effundas, in ipso exitu omnino se impedit & nullomodo effunditur.

Qui etiam multa abundant prudentia & sapientia, difficile & nisi quodammodo pauca eaque concisè admodum loquuntur, uel quod existiment ea eloquenda non esse: uel eorum uim non posse comprehendere ut merentur. dolia plena surdo fonitu resonant: uacua multum tinniunt: docti non uerborum lenociniis, sed breuitati student, ne tepusterant. Atque quos semel diuinorum mysteriorum & secretorum contemplatione, mens impleuerit, uidemus quodammodo ad loquendum tardos; animaque in contemplatione occupata, contemnit tere re tempus in uerbo. ut liquet ex c. 4. Exodi, dum Deo missuro ad liberandum populum Israeliticum, respondit Moyses, *Obsecro domine, non sum eloquens ab heri & nudius tertius: & ex quo loquutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardioris sum lingua, mitte quem missurus es.*

5 Locutio, seu oratio, interpret quidam mentis est, uerbis discrepans, sententiis congruens; atque uerba inuenta sunt, non quæ impedirent, sed quæ indicarent uoluntatē. cæterum non omnia uerba, non omnis oratio talis semper est, sed tantum sermo is qui notus est nobis & audientibus, & cõpositus illis uerbis quibus conuentum est in societate hominum quacumque aliquid significari. Nã natura, si uerbum spectes, nullus sermo est integer: uiciosus similiter nullus: sicut obseruauit Arnobius. <sup>b</sup> Quenã enim est ratio naturalis, aut in mundi constitutionibus. lex scripta ut hic paries dicatur: & hæc sella: cum neque sexus habeat scemininis generibus masculisque distinctos, neque quisquam doctissimus me docere possit, ipsum hic & hæc, quid sint, aut cur unum ex his sexum uirilè designet, scemininis generibus. id quod sequitur applicet: humana sunt ista placita, & ad usum sermonis faciendi non sanè omnibus necessaria, nã & hæc paries forsitan, & hic sella sine ulla reprehensione dici potuisset, si ab initio placita.

<sup>a</sup> *Cyrillus Hierosoly. catechisi 6. illuminatorum.*

<sup>b</sup> *Arnobius oratione 1. ad uersus gentes.*

c



cuiisset. Non latet quidē, primitiua quaedā nomina, quę & radices apud Hebręos dicuntur, ex placito Adami, exque eius sapientia infusa auctoritate Dei imposta. & postea confusam eam linguam ex peccato superbię edificantiū turrim Babel. <sup>a</sup> Sed quod inde corruptiones vocabulorum successu temporis per mixtionē gentium natae sint omnino, nemo est qui certo non iudicet ex singularum linguarum exacta examinatione, in quibus annotabit gręca, hebraica, latina, & alia peregrina vocabula, quę primū ex societate peregrinorū inuecta sunt, vel stulta quorundam peregrinarum linguarum admiratione, vel infusa voluptate: quorum postea nati, à nutricibus & matribus & parentibus cum eadem confusione acceptam locutionem, retinuerunt. Sunt tamen adhuc quaedam linguę, in quibus puritas priorum patrū melius ut videtur loquentium, retinetur sub regulis & præceptis conseruata. Sunt ex his etiam parum declinantes, quę dialectis distinguuntur, ut inter perfectas ponunt hebraicam, latinam, gręcā, quarum tamen alię partus sunt proximi, & vulgariū hominū, vel sæculi ipsius defectus, vel auctiones. ut chaldaica, & arabica, dicitur declinata ab hebręa, Iolica, Dorica & similes ab Attica, à Romana, Italica, Hispanica. Sunt & cum illis connumeratę linguę protinus diffusę, & primę ex consensu incolarum, quę intelligi ab aliis nequeunt nationibus. ut liquet ex Germanica, & Cantabrica, quam vulgus vocat de Biscaia. Sed neque istę etiam nascuntur cum natis in locis quibus teruntur, nisi assuecant intelligentes. quod facillē assequuntur ex frequenti matrum & incolarum consortio. vnde appellamus linguā natiuam & loci maternā, quia ut plurimum ex matre discatur propter frequentiorē filij cōuersationem, ut de Cornelię matris Gracchorū filiis, M. Tullius de claris oratorib. meminit, non tā in gremio, quā sermonē matris educatos: ut inde etiā Britāni mulierib. exteris linguā præcidisse legamus, ne filios suos peregrinum idioma docerent.

<sup>e</sup> Gomes, ad regulam de idiomate 9.13.

6. Videntur & in hoc laborasse rerum publicarum quidam moderatores, ne alienę & peregrinę linguę ut merces extraneę quędā inferrentur aliquādo, metu ne si idiomatica addicerentur externa, daretur occasio cōmunicandi cum moribus illorum, quos non conuenire suis subditis arbitrabantur, & ne daretur occasio patriam relinquendi, ut ad nationes extraneas quarum linguas didicissent incolendas, transirēt intentius. Alij voluerunt cum gloria patrię, etiam propriam linguam & sermonem victores ad alias nationes propagare. Adhibueruntque sollicitudinem, ut non tantum victi victorum leges & mores viuendi acciperēt, sed & ipsorum sermonē sequerētur. alij quōd facilius res gereretur vsū idiomatis extranei, à cōmuni ytilitate exulare voluerunt.

7 Primi meritō suspectam videntur habuisse fidem eorum qui peregrinas linguas, potissimū inimicorum discebant, tanquam accōmodi essent ad proditones. Sic reprehendit Esdras <sup>d</sup> populum Israëliticū, seu Iudęos quia duxissent vxores Azotidas, Amontidas, & Moabitidas: & filij eorum ex media parte loquebātur Azoticę, & nesciebāt loqui Iudaicę, & loquebantur iuxta linguam populū, & ideo præuariati fuissent legē Dei. Rhabaces etiam ex parte regis Assyriorum obsequens Hierusalē, verba de deditioe faciens ad Heliacim filiū Helcię,

& ad Schebnam Scribam loquebatur Iudaicę: cum autem vereretur illi ne populus intelligēs verba minarum regis Assyriorum desciscerēt ab Ezechia rege, rogabant Rabsacem ut loqueretur sibi Syriacę, quia linguam illam intelligerent & non populus, quod Rabsaces tenuit, utpote quod ad proditioem populi pertinere videretur. Carthaginēses, eo bello quod contra Dionysium Sicilię tyrannum gesserunt, cum se literarum Gręcarum commercio proditos sensissent, ac quicquid fuisset ab ipsis decretum, Dionysio significatum, senatusconsulto cauerunt ne quis postea Chartaginēses, aut literis Gręcis aut sermoni insuecēret <sup>a</sup> studerētve.

8 Secundi glorię studio, vim fecisse videntur cōsuetudini subditorum, quo laboratūt valde Romani. Et proinde sermo quo peculiariter Gallia fuit vsa, priusquam in prouincię formulā redigeretur à Romanis, prorsus putatur abolitus, non secus quā suum amiserit: Hispanię quauis non desint qui veterum Gallorum linguam non abfuisse à dialecto Britannorū, quos Angli Vuallos vocant. Quod & Cornelius Tacitus in vita Agricolę de Britannis agens, in *uniuersum* inquit, tamen *estimanti Gallos vicinum solum occupasse credibile est; eorum sacra deprehēdas superstitionum persuasione, sermo non multum diuersus*: Quod & Beatus Rhenanus <sup>c</sup> refert, addens coniecturam quōd non esset Gallica Germanica, quia Germania multum à Gallia distaret. Et quōd Ariouistus Germanus, apud Iulium Cæsarem, ex consuetudine tantum quasdā voces Gallicas intellexisse dicitur: Intellexisset autē omnes, si lingua Germanica vsi fuissent. Tamen & postea Gallos subactos sub Carolo Magno, & ante expulsi Romanis, vsos lingua Germanica arbitratu Rhenanus. Quod absolutē de omnibus verum esse non potest: de Belgis admitterem, de aliis qui nec Germanicam intelligunt nō possum probare, nam potius retinuerunt linguam Romanorum: vnde & à Germanis dicuntur *Les Romante* & libri antiqui Gallici dicuntur adhuc, *Les Romantz*. Scribit & Suetonius in Caligula cap. 47. Cæsarem, coegisse procerissimos quosque Gallorum, addiscere linguam Germanicam. Accedit maxime ad Italicum sermonem Tectosagum & Narbonensium Idioma, quia & ibi colonia fuit Romanorum.

Claudius Cęsar Consul, Lycium quendam legatum ciuitate donatū Romana, cum latine eū interrogasset, & ille non intelligeret quid quereretur, ciuitatis iure priuauit, dicens, Romanum eum esse non debere, qui sermonem eum nesciret: <sup>d</sup> ut refert Spartianus Seuerum qui Apher fuit, Sororem quę ad eum venerat, quum vix loqueretur latine, pudore sususum domum remisisse. Valerius Maximus memorat Magistratus priscos, ad suam populique Romani maiestatem conseruandam diligentes, inter cętera obtinendę grauitatis iudicia, illud quoque magna cum per seuerentia custodisse, ne Gręcis vnquam nisi latinę responsa darent. Quin etiam ipsa linguę volubilitate, qua plurimum valent, excussa, per interpretem loqui coegisse: non in vrbe tantum Roma, sed etiam in Gręcia & Asia. Quo scilicet latinę vocis honos diffunderetur.

Cicero de se in Verrinis testatur, grauiter se à Romanis accusatum, quōd Syraculis Syracusano senatui Gręcę loquutus esset.

<sup>a</sup> 4. Regum 19. ver. 26. & 19.

<sup>b</sup> Liliu Rho diginus li. 22. antiquar. doct. c. 17.

<sup>c</sup> Rhenanus lib. 2. rerum Germanicarū. ubi agit de veteri lingua Gallorum.

<sup>d</sup> Dio Cassius lib. 60. historię Romę. c. Val. Max. lib. 2. c. 2. exēplo. 2.

Iussit Nabuchodonosor praeposito vniuersorum ex filiis Israel de semine regio & tyrannorum pueros deligi, in quibus nulla esset macula, decoros forma, eruditos omni scientia, qui possent stare in palatio regis, vt doceret eos literas & linguam Chaldaeorum.

9 Porro qui voluerunt idiomate vulgari, seu quod intelligeretur a vulgo, commercia & negotia in republica expediri, recte consuluerunt, ne per captiones verborum incognitorum, fraudes & dolitegerentur iniquorum. Et ita e republica fuit, Quod Tiberius Caesar prohibuit Romae vt in iudicio & testimoniis lingua Graeca. Edoardi quoque 3. Regis eius nominis Anglorum sententia decretum est, vt iudices atq; litigatores, patroni, procuratores, causarum cognitores, non amplius Gallicè, aut Nordmanicè, quemadmodum hactenus fecissent, cōsuetudine introducta iam antea a Guilielmo rege Normano, sed Anglicè loquerentur: ac causarum actiones, & cetera acta, lingua Anglica, latinave conscriberentur, quod populo fuit commodo: quippe quem deinceps in causis agendis non oportuit interprete vti<sup>b</sup>.

a Dio Cassi<sup>9</sup> lib. 37. historia. Suetonius in eius vita. c. 71.

b Poly. virg. lib. 19. historia Anglica.

c I. eos, ad leg. Cor. de falsis. d In constitur- tione edi. 1539 artic. 11.

e I. sed si pu- illi 11. §. pra- scribere. de in- stitor. actio. li. 14. P. tit. 3.

f §. aliena. de non alien. aut permu. reb. ec- cle. nouel. facit §. fin. ut pra- pona. nomen imp. in nouella doctores ad l.

in si. de verb. obli. P. Felin. ad rub. de cōst. g l. decret. a. 48. de re. in. li. 42. P. tit.

h in l. j. §. fin. de verbor. ob. P. Vlp. in le. fideic. quo ser. 11. de leg. 3. l. 21. in fin. C. de test. l. f. de te. mel. C. l. 14. de testamen. ma. sumisio. c

De linguarū varietate & multitudine, & nū earū cognitio utilis sit reipu.

Ludouicus 12 rex Galliarum, statuit acta criminalia seu processus vt dicunt criminales, communi patriae idiomate confici, vt defensionem relinqueretur locus ipsis accusatis, praehēsis & carceratis, quam habere non possent se eulogia & accusationes non intelligerent. Insuper vt omnes attestaciones, testimonia, tam in ciuilibus quam in criminalibus nego- riiis, communi idiomate patriae seu vulgaribus verbis fiant, vt testes in- telligere possint quae deponunt, ne postea falsitatis arguantur, idq; sub poena nullitatis actus, si aliter aliisque verbis peragantur.

Franciscus eius nominis rex, statuit<sup>d</sup> in Gallia pariter vt in po- sterum verbis vulgaribus vernaculo & materno idiomate patriae, tam contractus, processus, sentētie, arresta, quam alia acta fierent, & instru- menta: iustissimas ob causas, quum antea ferè latinis verbis omnia fie- rent. Tum quod variis modis vnum & idem verbum latinum ad varia torqueretur. Tum quod latine & eloquenter loqui volentes, totā ob- scurabant sententiam per scripturam dictionum aliò tendentium.

Quodque quidam iudices veterani linguæ latinæ aut puritatis seu pro- prietatis eius oblitis, quaedā vocabula iuxta sermonē Gallicum sibi pro Latinis confingebant, quæ intelligi nequibāt, vt nec Græca nec Latina, nec vulgaria: vnde maior de verbis quam de intellectu actionis sapissi- mē excitabatur in litibus controuersia. Ignoratiæ præcludit excusatio- nem, quod claris & vulgaribus literis & idiomate concipitur. Et faci- lius capitur, quod eo idiomate quod cognitum est, iubetur, vt proinde & leges sic & decreta seu mādata imperialia subditis communicari seu referuari merito statuerint<sup>f</sup>. Eademq; ratione & decreta à prætoribus latinè interponi debuisse puto<sup>g</sup> & non nisi latinè causas in foro a- ctas fuisse.

Et hæc certe recte constituta sunt, & ad euitandas fraudes plerasque quæ teguntur per verba non planè cognita: veruntamen magistra- tus non tam debet addictus esse sermoni patrio, vt si alieno quippiam vere contractum esse, aut factum appareat, idcirco reiiciat, dummodo illi constet negotium actum per ipsos intelligentes sermonē diuersum, vel per verum interpretem<sup>h</sup>.

De linguarū varietate & multitudine, & nū earū cognitio utilis sit reipu.

NOuimus ingenia nationum & regnorum diuersa valde esse, di- uersos habere mores & linguarum seu sermonum distinctas pro- lationes, & sonos. Quot autem sint, & quomodo distinctæ, non pos- sumus omnino cognoscere. Legimus enim labij vnus fuisse populū quo tēpore Hebraei voluerūt ædificare turrim illā superbissimam, & confusæ sunt voces, & inde dispersum genus in vniuersas regiones or- bis. Genes. xj. Sed quot fuerint ibi constitutæ variationes, non legitur. Videntur autem, vt ait Clemēs Alexan. j. Strom. ex vera ratione lin- guæ seu dialect. sermonis generalis septuaginta duæ, vt nostræ tradunt scripturæ. Euphorus autem & alij multi historici, & gentes & linguas dicunt esse septuaginta quinque, cum audissent vocem Mosis dicentis, erant autem omnes animæ ex Iacob. 75. Fiunt verò aliæ linguæ per communionem duarum, vel trium, vel plurium dialectorum. Est autē dialectus, dictio quæ loci proprium ostendit characterem. Dicunt au- tem Græci quinque apud eos esse dialectos, Atticam, Ionicam, Dori- cam, Æolicam, Communem. Quæ autem non possunt comprehendi voces barbarorum, non dici dialectos, sed linguas.

2 Fuerunt qui linguarum multitudinem calluisse, vitio adscripse- runt, vt Alcibiades reprehenditur à Galeno, quod linguarum cumulo vteretur: vnam enim tuendam esse censet<sup>a</sup>.

Habebatur enim tunc pro miraculo, si quis duas linguas nouisset. Vnde & Gerionem, vt mōstrum tricorporeum fingunt fabulæ, & tria- corda habentem, propter tres linguas quas callebat. Item & Erictho- nium hominem<sup>b</sup> biforem, quidam ferunt fabulatos, parte corporis inferiore Draconis, superiore hominis, ob Ægyptiæ Græcæque linguæ peritiam. Testatur, & Gellius<sup>c</sup>, Quæ Ennium, tria corda sese habere dixisse, quod loqui Græcè, Oscè, & Latinè sciret.

3 Alij melius ad vtilitatem reipublicæ pertinere notionem lin- guarum diuersarum arbitrati sunt, maximè Christiani, vt gentes & id- dololatras ad gregem dominicum fidemque salutarē, & Dei notio- nem, facilius adducerent. vt nō immeritò in gymnasiis seu scholis pu- blicis, omnium linguarum professores fuerint instituti, maximè præ- cipuarum, Hebraicæ, Arabicæ, Græcæ, & Latinæ.

Et diuus Paulus<sup>d</sup>, sic linguas discere iubet, vt quod dicimus audien- tes intelligant. Si enim, inquit, nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquar barbarus, & qui loquitur mihi barbarus. Et si tantum benedixeris spiritu, quis supplet locum idiotæ, quomodo dicet amen super tuam benedictionem, quoniam quid dicis nesciat? Gratias ago Deo meo quod vestrum linguis omnium loquor, & postea, Itaque fratres amulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere.

Principes qui præsunt diuersis populis, monarchæ, Cæsares, maxi- mum faciēt incrementum dignitatis suæ, si per se ipsos singulorum in- telligere saltem possint, aut loqui linguas & idiomata: neque enim ab interpretibus decipi poterunt, & mandata sua quæ mittentur ad natio- nes eorum linguis scripta, non effugient regis mentem, si ea intelligat: & non poterunt ab scribis immutari. Hoc fuit etiam præstantissimum institutum regum Persarum & aliorum, vt subditis mandata princi-

a Galen. li. 2. de diff. pulsus.

b Natali Co- mes Mytho- logia. lib. 9. c.

c Gellius lib. 17. cap. 17.

d I. ad Corint. cap. 14.

e ut liquet ex lib. Ester. ca. 1. vers. 22. & c. 3. vers. 12.

palia fierent linguis & literis nationum ad quas mittebantur.

Laudatur & Mythridates rex Ponti, quod duarum & viginti gentium quas sub ditione habuit, linguas percalluit, earumque gentium omnium viris, haud vnquam per interpretem loquutus est: sed ut quæque ab eo appellari vsus fuit, proinde lingua & oratione ipsius, non

<sup>a</sup> Plin. li. 25. minus scire, quam si gentis eius esset, loquutus est. Solum mortalium  
c. 2. A. Gell. Mithridatem duabus & viginti linguis loquutum admiratur Plinius,  
li. 17. c. 16. V. & maximam vtilitatem subditis inde accessisse ait, quod nullum ex  
Maxi. lib. 8. c. illis per interpretem sed per se audiuerit. Tribuitur & à Plutarcho <sup>b</sup>

<sup>b</sup> Plutarchus Cleopatrarum reginæ Egypti eadem laus, quod multarum linguarum pe-  
in Antonio. rita, etiam per se ipsam responsa daret Æthiopicis, Trogloditis, He-  
bræis, Arabibus, Syris, Medis, Parthis, & aliis.

<sup>c</sup> Platina & Sabellius li. 2. Ennead. 8. Alii quoque tribuunt Amalafuntæ Theodorici Ostrogothorum regis filiarum,  
quod linguas omnium gentium teneret, quibus aliquid commercij cum  
Romanis adhuc esset.

In bulla aurea, de electione imperatoris edita per Carolum 4. Cæsarem, iubetur ut electorum filij à primis annis Italicæ, Latinæ, & Illyricæ linguam addiscant, quod sermonem cum multis gentibus communicare possint.

<sup>d</sup> c. 1. de magistris lib. 5. in 6. tit. 1. 4. Placuit & in consilio Viennensi sub Clemente 5. addi studiis generalibus privilegiatis, & academiis celebrioribus, Romana, Parisiensi, Oxoniensi, Bononiensi, Salamantina, magistros catholicos scholas regentes duos in singulis, pro lingua Hebraica, Arabica, & Chaldæa docenda ad propagationem faciliorem fidei, & ut errantes in viam veritatis inducere, ipsosque lucrifacere Deo, eius cooperante gratia, facilius sit. Ideoque inquit Clemens, *Illius cuius vicem in terris, licet immeriti gerimus, imitantes exemplum, qui per vniuersum mundum ad euangelizandum apostolos missurus, in omni linguarum genere esse voluit eruditos, viris catholicis notitiam linguarum habentibus, quibus vtuntur infideles precipue abundare sanctam affectant ecclesiam, qui infideles ipsos scit, & valeant sacris institutis instruere, christiolarumque collegio per Etrinam Christi fidei ac susceptionem baptismi aggregare.*

Legimus actorum c. 2. quod adueniente spiritu sancto in discipulos, in die pentecostes, cæperunt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis: & Parthi, Medi, Ælamitæ, habitantes Mesopotamiâ, Iudæâ, Cappadociâ, Pontum & Asiam, Phrygiam, Pamphiliâ, Ægyptum, Lybiam, aduenæ Romani, Iudæi, Profelyti, Cretes, Arabes, audiuerunt eos non sine admiratione loquentes suis linguis. Et rursus cap. 19. ver. 6. cum Diuus Paulus imposuisset manus quibusdam discipulis baptisatis, venit spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis & prophetabant. Decreta Synodi Nicenæ reducta sunt ad septuaginta capitula, ad formam septuaginta discipulorum, vel septuaginta linguarum vniuersæ terræ, quæ omnem Christianorum informarent orbem.

<sup>e</sup> c. 12. septuaginta & 6. dist.

De loquela & sermone seu de articulata voce, aliunde quam ab hominibus procedente.

C. A. P. V.

Quamuis.

Quamuis homini proprium sit, per instrumenta propria sensa animi referre, tamē commune inuenitur & verbum, & vox, & articulatio eius, & expressio nominum & dictionum aliquando, alijs, sed non eodem modo & iisdem ex causis. Aliter enim dicitur loqui Deus cum angelis, aliter cum hominibus, aliter etiam sibiipsis colloquuntur homines, aliter miraculose & prodigiose alia loquuta sunt & aliter etiam atque aliter verbum accipitur.

Ita verbum dicitur tripliciter secundum Athanasium, verbum substantiale, quod est Deus, qui verbum diuinum dicitur: verbum internum, quod est angelorum, & quod in mente nostra dicitur, verbum enunciatum, quod enunciat per linguam, & quod etiam mentis nuncius dicitur. Latius D. Basilius Magnus explicat illud profundissimum euangelicum, *in principio erat verbum, si linguis ait D. Paulus hominum loquar & angelorum*, innuit inquit apostolus, loquedi duos modos esse. sed & verbi, duplex est sensus, vno modo per vocem prolatum, & aerem verberans, statimque peries. Alio modo intra nos positum, & nostrum cognitum cordibus: Logos insuper, artificiosa est oratio. primum non potest esse angelorum, nec de quo, in principio erat verbum, Iohannis I. omnis namque creatio inferior æuo est, principium à creatore accipiens: verbum autem intrinsecus cordibus nascens, & ipsum est ipsis quæ intelliguntur posterius. sed audi verbum hoc, ita vt Deo condignum est. Dicitur itaque, vni-genitus Dei, verbum, vt quod ex mente procedit ostendatur, & sine motu genitum, imago genitoris, totum in se monstrans genitorem, & impassibilem patris generationem, & perfectam filij substantiam & coniunctionem sine tempore filij. Nam & verbum nostrum, mentis generatio, sine passione generatur, neque enim scinditur, nec diuiditur, neque fluit, sed manens tota mens in proprio statu verbum totum & continuum emittit: & procedens verbum omnem generantis mentis virtutem in seipso complectitur. quæ copiosius alibi tractauimus ex sacris patribus, dum explicauimus modum loquendi angelorum inter se, & cum hominibus, cum quibus, dum loquuntur voce articulata, communicant in efformatione sermonis in assumptis instrumentis accommodis pronuntiationi. Quod si spiritualiter loquantur hominibus, vtuntur alia formula dum se insinuant menti seu phantasie per modum reuelationis. Plato, diis quandam dialecton loquendi propriam attribuit; & maximè ita conici ex insomnijs, & oraculis, alijs autem ex dæmonijs qui nec sua voce, nec dialecto loquuntur. sed dæmonum qui ingrediuntur. Existimat quoque etiam rationis expertium esse dialectos animantium, quas exaudiunt quæ sunt eiusdem generis: vt si in cœnum ceciderit elephas & clamauerit, præsens alius id contemplatus reuertitur paulo post, & secum ducit gregem elephantum, & eum seruat qui ceciderit. Aiunt quoque scorpionem in Libya, si non ei succedat, vt hominem feriat, abeuntem reuertitur cum pluribus: alterum autem ab altero instar cathenæ dependentem, ita moliri insidias non obscuro nutu bestiis vtentibus, sed nec figura sibi significantibus, sed propria, vt putat Cle. Alex. dialecto. Dicunt &

<sup>a</sup> Athanas. li. de definit.

<sup>b</sup> tomo 4. commentariorum in syntaxes artis mirabilis l. de angelis cap. 9.

<sup>c</sup> Clemens li. 1. Stromatôn.

inquit, aliqui alij, quod si quis piscis qui euellit, rupto laqueo euaserit non amplius inuenietur eo die piscis eius generis. Profitebatur & Apollonius Thyaneus se nosse & percipere sermonem seu voces auium apud Philostratum, quod & exemplo putatur confirmasse & probasse.

3 Verum, demus inter se bruta animalia habere voces quasdam, quibus se intelligant, seu inter se suo more passiones & affectiones naturales declarent, & cognoscant, quæ nullo modo negare possumus, cum id quotidie subiiciatur oculis: tamen ea loqui, & cum intelligentia fermocinari, voces hominum articulatas natura posse formare, non facile admittimus, quin vel id miraculo vel consuetudini quibusdam tribuere potius debemus. Quia nec animam intelligentem, seu discursus participem habent, non simplicem conceptionem, ordinationem, ad proferendum, applicationem ad instrumenta corporis quibus formetur vox, & deferatur per aëra ad aures audientis.

Potest dæmon, actiua passiuus naturalia coniungens, instrumenta ad proferendam vocem humanæ similem, exilem tamen, vel non planè perfectam, compingere, aëreum corpus & phantasmata mouere potest, & multò magis Deus & absolutè, & bonus angelus, eius auctoritate, & quando Deus illi iubet, & permittit vtrisque: potest & dæmon aures fascinare, & supposititias voces & sermones humanos confingere suis præstigijs & artibus dolosis: quibus etiam multi decepti sunt per illius imposturas.

Et sicut scripsit Cyrillus Archiepiscopus Alexandrinus, non est impossibile immundis spiritibus, loqui per animalia & inanimata. Ità per serpentem loquutus dæmon ad Euam, & Homerus narrat, loquutum Achillis equum nomine Xanthum, & ei mortem prædixisse: ait autem Homerus, quod eum, loqui fecerit dea, siue dæmon albis brachijs Iuno. Et Porphyrius hostis Christianorum, in vita Pythagoræ, ait flumen Causum, transeuntem Pythagoram magum, salutasse: Salue Pythagora. Hic autem magus cum esset, & possessor librorum Zoroastris Persæ, ut ait Clemens in Stromatis, & Porphyrius, colloquio quorundam dæmoniorum id fuisse prolatum, non ambigitur. Item Philostratus Apollonij Tyanei vitam narrans, scribit præpositum Philosophorum Gymnosophistarum in aduentu Apollonij, dixisse ad arborem vicinam, alloquere Apollonium sapientem, & arborem alloquutam voce articulata, & muliebri. Ferunt & Dodoneam quercum humana fuisse vsam voce. Quin & Ifigonus Cittiensis, dicit, in Rhodo insula Iouis, Taurum sermonis nostri non fuisse in expertum.

Argo, nomen nauis fuit in qua vecti sunt argonautæ in Colchos ad rapiendum aureum vellus, in illa erat carina compacta è lignis dodoneæ quercus, quæ olim vocalis fuit. Et ipsa loquax minatur apud Apollonium Rhodium, pœnam argonautis vehentibus secum aureum vellus, & Medeam etiam filiam Ætæ regis Colchorum, propterea quod interfecissent Absyrthum filium regis Colchorum. Fuerunt & in Dodone geminæ columbæ, quæ oracula reddiderunt voce humana.

Silentio noctis ex sylua Arsia, ingens vox audita est, quæ Syluani credita est fuisse L. Iunio Bruto, & L. Tarquinio Collatiuo, Conf. proclamauit autem in acie Romanorum contra Veientes vno plus Hetruscorum ce-

a lib. 3. contra Iulianum.

b Homer. I. Iad. 19.

c Lucian. in Gallo. Calius Rhodig. li. 13. c. 13 & lib. 29. cap. 15.

d Q. Apollonius Rhodius lib. 4. Argonauticorum.

e Sophocles in Trachinijs f. Iulius obsequens, de prodigijs ca. 8. vi. de Linijs.

scorum cecidisse, & vicisse bello Romanum.

Bouem sæpe locutum, inter prodigia refert Iulius obsequens. Et quo tempore Tyberis infestiore impetu quàm antea illatus vrbi multa euerit publica & priuata, bos locutus, Roma tibi caue, l. Q. Flaminio, c. N. Domitio Aenobarbo conf. b

Locutus & canis Arimini, & bos locuta Romæ, quo anno in Macedonia Thraces subacti C. Mario, & C. Flacco, conf. c

Valesius quidam, ut narrat Valer. Maximus, vir locuples, cum penates suos pro salute trium filiorum oraret ante focum suum, repetè vocem inde manantem audiuit, filios saluos fore, Si Tarentum duxisset, ibique ex ditis patris & proserpinæ ara petita aqua recreasset. quod & factum est. Refert sacra pagina, mustum animal nempe afinam Baalam, ipsum dominum allocutum, quem diuina sapientia adhuc animale, nec Deo obsequentem, voluit per miraculum hoc ab instituto opere reuocare. e

4 Cæterum voces nunquam extraordinem auditæ in cassam, sine quadam diuina admonitione: vel deceptione, si à dæmonibus, vnquam vix fuerunt: & proinde expedit gubernatori reipublicæ, de illis inquirere, ne forsàn admonitiones diuinas cõtempnisse videatur: vel ne propter suam negligentiam inquirendi veritatem detur imposturis locus. Solent enim plerique istas fictitias voces sæpe diuinas dicere ad terrendum vel decipiendum populum, quas ipsi subtili artificio architætantur. Referam de vtrisque quædam notatu, ni fallor, digna: paucis tamen contentus. Antequam Hostilius Mancinus consul Romanus fuisset à Numantinis victus, & eis deditus, & petenti Numantiam in portu Herculis cum conscenderet nauem, vox improviso audita, Mane Mancine, qua poterat admoneri non esse progrediendum.

Verè fuit impostura dæmonis, vox & sermo ex quo ad transgrediendum mandatum Dei, serpens alloquutus Euam, eam decepti, cur præcepit Deus vobis ut de omni ligno paradiso, non comederetis. f

Et quando sub Galerio Maximino Christianorum persecutore, Athenis Theotecnus incantator, Christianorum hostis infensissimus, idolum Iouis incantationibus & præstigijs suis, hæc verba sonare fecit, Edicere Iouem, ut Christiani extraciuuata, & ciuitatis agros tanquam sibi inimici in exilium expellantur. Pro summo habetur diuinitatis Christi testimonio, quod voce delapsa de cælo dictum sit, hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. h

Qualis putanda illa vox, nonne admirabilis Dei, i ad Adamum lapsum, Adam vbi es, ad quam merito timuit, isque timor prænuncijs fuit damnationis, à qua solus filius Dei nos liberauit. Vox interfectorum iniuste, clamantium & repositentium vindictam, æquè horribilis, k vt vox sanguinis Abel. l vt non mirandum, si interdum interfectorum vel mortuorum voces, magno Dei beneficio, ad admonitionē viuētium aliquando audiantur, quamuis nos lateat quomodo & quibus instrumentis & medijs voces & sermones illorum, ad aures peruenire possint viuētium: siue per propria corporea assumpta instrumenta, siue per alia compacta ærea, siue per se alio modo vel per proprium angelum bonum, aut malum genium, vel per alium angelum, aut per insinuationem voluntatis eorum, modo nobis 4.

b Iul. obse. de prodig. c. 53. c. Iul. obse. c. 103.

d Valer. Max. lib. 2. c. 4. exem. 5. Zozimus lib. 2. noua historia. e Num. c. 22. f Iulius obsequens de prodigijs c. 83. g Genes. 3.

h Euseb. li. 8. i Math. c. 3. vers. 17. & c. 17. 5. 2. Pet. c. 1. vers. 17. Mar. c. vers. 11. & c. 9. vers. 7. Luca. 3. vers. 22. & c. 9. vers. 35. D. Iohan. c. 12. vers. 28. k Gene. 3. vers. 9. e. l apocalyps. c. 6. de Genes.

incognito. In medio deserti cogitante Agar de expositione Ismael pueri, alloquutus est eam Deus per angelum de cælo dicens, *quid agis* a *Genes. 11. vers. 17. & seq.* *Agar? noli timere, &c.* & in medio solitudinis alloquutus Abrahamum paratum ad immolandum filium Isaac unigenitum. *Non extendas manum tuam super puerum, &c.* b *Deus erat facturus vtrumque natum in gentem magnam, singularique præsidio conseruauit, & singulari voce & in consueto more, hominibus beneficia magna se daturum insinuauit*

Non est impossibile quidem Deo, alio modo iubere, emitti vocem. quàm per organa, quæ ipse constituit ex sua voluntate idonea ad loquendum esse. qui enim sic voluit sermones efformari, potest si velit & alio modo illos posse proferi, verum hoc extraordinarium quidem est, ideo non fit per eum nisi ex causa extraordinaria: vtq; suam maiestatem & omnipotentiam indicet, vel quippiam quod singulari obseruatione dignum illi videatur. Quemadmodum quando Moysen vocauit de rubo ardente qui non comburebatur, & constituit eum legatum ad loquendum Pharaoni regi & ad liberandum populum suum in potestate magna & cum miraculis & virtute diuina. c *Et quando legem in deserto Synai dedit.* d *Alloquutus & de rubo Iterum Esdras pro reformatione populi.* e *Cum superbiret quoque Nabuchodonosor rex Babylonis, & sibi robur & gloriam tribueret, ruit de cælo vox ab altissimo quæ supremam indicauit potestatem. Tibi dicitur Nabuchodonosor rex. Regnum tuum transibit à te, & ab hominibus eijcient te, & cum bestiis & feris erit habitatio tua, &c.* f *Facturus quoque Deus D. Paulum ex persecutore vas electionis via extraordinaria vsus, & cum appropinquaret Damasco, subito circumfulsit illum lux de cælo, & cadens in terram audiuit vocem, Saule saule cur me persequeris, Ego sum Iesus quem tu persequeris, durum est tibi contra stimulum calcitrare, &c.* g *vindicaturus & Deus delictum filiorum Heli summi Sacerdotis loquutus est ad puerum Samuelem, quæ illi & posteris illaturus esset.* h *cum Nero imperatorum crudelissimus & spurcissimus tollendus è vita proximè esset, de mausoleo sponte foribus patefactis, vox audita est nomine eum cientis.* i

Ex suppositione diuini numinis, & per imposturam, plura etiam ementita & persuasa fuerunt aliquando ad tempus, donec fraus detecta fuit: vt apud Bernates quidam Stephanus in Christi & Diuæ virginis imaginibus proximis, per canalem colloquium mentitus est, sed non impune. k *Refert Theodorus lector, Timotheum Ælurum, ambientem episcopatum, antequam occideretur Proterius nigra veste indutum, cellas monachorum noctu circuisse, & vnumquenque monachum ex nomine vocasse: cum autem illi auscultarent, vnum ex administratoriis spiritibus se esse, dixisse, ad hoc missum vt cunctis ediceret ne cum Proterio communicarent, sed Timotheum Ælurum episcopum designarent, & ita se illis insinuasse.* l

Miraculo tribuitur, quod Cræsi filius natura mutus, semel tantum & pauca ad salutem patris sit locutus. cum enim quidam Persa patrem esset necaturus, dixit ei, Persa ne occidas regem, & postea perpetuo siluit. m *Plinius auget miraculum. Semestris, inquit, locutus est Cræsi filius, quo prodigio totum id concidit regnum.* n *potuit quidem frequenti populi consuetudine iam ante intra se voces & sermones populi mutus cognouisse,*

a *Genes. 11. vers. 17. & seq.*

b *Genes. 22. vers. 11. & seq.*

c *Exodi. c. 3.*

d *Exodi. c. 19.*

e *c. 20.*

f *4. Esdrae c. 14. vers. 1. & seq.*

g *Daniel. c. 4. vers. 28.*

h *Actuum c. 9. vers. 3. & seq.*

i *1. reg. 3.*

j *Suetonius in Nerone c. 46.*

k *1. ierem. li. 2. de prestigiis c. 35.*

l *Theodori lector. lib. 1. col. lectaneorum ex historia ecclesiastica.*

m *Herod. in 1. Plinius lib. 11. si. 51.*

cognouisse, & significata per effectus quotidianos veluti per signa comprehendere, at miraculum ibi. quod nondum loquutus formam verborum expresserit, & postea continerit in perpetuum. Mirum & ideo habetur quod infans aliquando locutus fuerit distinctè et articulatè et accommodè, ad ea significanda quæ dicebantur, sed non sine prodigio. vt eo anno quo Hannibal Hetruriam inuasit, et Romani ad Thrasimenum lacum victi sunt, cruento prælio, Romæ in foro olitorio, infans nondum semestris triumphum exclamauit, c. n. Seruilio Gemino C. Quintio Flaminio 2. coss. a *Et quo anno per Cæpionem consulē senatorum et equitum iudicia fuerunt communicata, Amiterni cum ex ancilla puer nasceretur, aue dixit.* b *Stupendum autem si credamus verum, quod eo anno quo Hannibal ex Campania fugatus est cum magna suorum strage, inter cætera prodigia eius anni, infans in utero matris in Marrucinis in triumpho, clamauit c. Fabio Maximo verrucoso 4. et M. Claudio Marcello 3. coss. Refertur d. et Sigebertum filium Dagoberti regis Gallorum, die quadragesimo à natiuitate, cum à Sancto Amando baptizaretur, clara voce respondisse, amen; quæ si consideremus simpliciter, planè accedunt ad fabulas: verum si euentum et causam ob quam Deus permisit, homines qui via ordinaria propter cordis duritiam non possunt, moueri non minus quàm bruta animalia, istis miraculis admoneri: maximam Dei annotabimus benignitatem et prudentiam. vt saltem extraordinariis aduenientibus rebus ex somno imprudentiæ euigilent. Sicque et illud stupendum non sine præfatio fuit editum: in vterum protinus reuersus infans Sagunti, quo anno ab Annibale deleta est. e *Fertur, inquit Iacobus Megerus f. Philippum Elsatium 19. comitem Flandriæ, post tertium diem natus esset, clare loquutum, vacuare mihi domum, qua voce præsignatam eius magnitudinem quidam tradunt. Mirum et est quod Hali Abargel commemorat, in regia se vidisse natum infantem, qui vix dum viginti quatuor vitæ horis perfectis, loqui inceperat, et manu signa facere: qua in re vehementius rege conterrito, accessisse miraculum maius, Nam rege, inquit adstante, et me quoque cum multis aliis, exclamauit infans, Sum inquit infeliciter natus, ad prodendam regni amissionem, & regni perniciem ac desolationem. Quibus ille enunciatis conciderit exanimis.* f*

Qualis fuerit ille chorus turbæ quæ in Cephalenio, in cælo cantare visa est, non ausim asserere C. Graccho et M. Inuentio Coss. h *Cecinerunt certè gloria in excelsis in cælo visibili specie et allocuti sunt pastores obseruantes vigiliis, beati angeli, nuncij natiuitatis domini IESU CHRISTI. i quemadmodum et Gabriel vnus ex cælestibus beatissimis spiritibus, annunciauerat virgini eius incarnationem.* k

8 *Disputarunt et Theologi, num verè post mortem apparuerit Samuel Sauli, euocatus per phytonissam, an spiritus eius, an demum pro eo, qui et allocutus est Saulem, et ei prædixit futurum interitum: maiorque pars concludit, apparuisse verè diuina permissione, et ad confundendum impietatem Saulis, qui contra legem Dei et suam, consuluisset phytonissam.* l

9 *Ferunt caput sacerdotis Iouis Hopplosij, locutum separatum à trunco corporis in Caria, et detexisse homicidam Cercydam, qui ante igno-*

a *Iul. obseques de prodigijs c. 31.*

b *idem c. 101.*

c *idem obseques c. 34.*

d *Sigebertum in Chronico anni Domini 633. Regino & Robertus Gaguinus.*

e *Plinius lib. 7. c. 3.*

f *Megerus in historia Flandriae lib. 6.*

g *refert Calius Rhodiginus li. 29. lectionum antiqua. c. 14.*

h *Iul. obseques lib. de prodigijs c. 73.*

i *Luce c. 2. vers. 10.*

k *Luce c. 1. vers. 28. & seq.*

l *1. regum c. 28. per totum ecclesiasticum c. 46. vers. 23.*

m *Aristotel. li. 3. de partibus animalium c. 10.*

homicidium remaneret impunitum.

Aliud simile, sed ad alium finem, ad commendandam religionem viuentium, & solitudinem diuinam, quam diu impendūt suis cultoribus, & fatagunt ne quoad fieri datur in æternam demergantur damnationē: quod refertur à Bonfinio, Anno inquam circiter tertio post cladē ad Nicopolim à Turcis acceptam, Sigismundo imperante: cum multi in eum campum descenderēt emissa inter ossa subinde vocē exaudierunt, IESV CHRISTI saluatoris, & Mariæ virginis nomina intonantē, loquaxq; inter cadauera caput inuentū, quod vbi homines sibi adesse nouit, quid tā inquit stupidi, hīc statis viri, christianus ego sum, in expiatus in cōfessus in hoc bello occubui, Maria mater me æterni supplicij reū esse non patitur: hīc me adhuc linguæ cōpotem seruauit, vt & delicta fateri, & animū sacris apostolicis lustrare queam: proinde sacerdotē qui confessionem exaudiat, & me expiatum reddat, accersite queso. Rogatus cur tantum à virgine beneficium promeruisset: respondit peculiarem sibi in eam in vita fuisse deuotionem, et septena eius festa quotannis reuerendissimē celebraffe, religiosissimisque ieiuniis pane duntaxat & aqua decorasse. Quare accersito è pago proximo sacerdote confessionem ritē transegit: & impetrata erratorum omnium remissione, acceptaque nouissima lustratione, repentē conticuit perpetuōque quieuit b. Narrat & Ranulphus lib. 5. c. 32. Sadimundi regis Angliæ à Danis cæsi caput, inter fruteta occultatum, locutum & querentes ad se vocasse. Pari miraculo, si non maiori, sed Ethnicis accidit quæ narrat Plegon Trallianus, de mirabilibus & longæuis ex Hierone, de policrito Actolo quodam & eius filio. Policritus enim, cum post Loricidem vxorem ductam, & postquam tres noctes cū ea dormiuisset, tertio de vita functus, eam reliquit grauidam: quæ monstrum ex duplici sexu peperit: quod cū in mediam concionem populi ductum fuisset ad consultandum quid id præfagiret quidue de eo faciendum esset: comparuit in medio populi spectrum polycritus & futuram Aetholis & Locrensibus prædixit cladem, & impotente ad resistendum populo filium suum monstruosum dempro capite deuorauit. & euauit: mox & caput eadem cladem eloquutum est. Narrat et idem Trallianus ex Antisthene philosopho peripatetico, quo tēpore Acilius Glabro consul vicit Antiochum regem Asiæ, deterritos Romanos oraculis ne amplius inuaderent Asiam, et Publij ducis Romanorum, caput relictum à lupo rufo qui corpus deuorauerat, vt ipse prædixerat furore diuino vt putatur percitus, cecinisse longo sermone aduenturam cladem Romanis. Orphei etiam caput oracula reddidisse in Lesbō testatum reliquit vterque Philostratus: vnde est illud de Cyro Persarum rege, τὰ ἐμὲ δ' ἄνθρωπε σὲ. hoc est mea fata te quoque fortientur: quemadmodum ego perij à mulieribus discerptus, ita tu quoque à Thomyre Scytharum regina crudeliter tractaberis, reuulso tuo capite, et abiecto in vt rem sanguine plenum, cum hac exprobratione crudeli, satiata sanguine quem sitisti, cuiusque semper infatiabilis fuisti: quod et accidisse narrat Iustinus in primo. siue illud ad imposturam, siue in iustam Dei vindictam referas nihil inter est, si modo factum fuisse putes. Sicut et ad diuinam iustitiam implendam factum existimabis quod

a Bonfinius li.  
3. decad. 3.

quod alioquin natura impossibile dicitur, vt caput præcisa arteria & sine motu pulmonis loquatur, & tamē pro credito refertur ab Aristotelē lib. 3. de partib. animalium. c. 10.

10 Mirabilis ergo erit, quod refertur à Marullo lib. 6. exemp. ca. 14. quod Macharius Alexandrinus, cum per Scythicam solitudinem deambularet, casualiam hominis humi iacentem conspicatus, coepit per nomen IESV CHRISTI obtestari & interrogare quis esset cum viueret, quoue nunc in loco animus, quondam suus inhabitator, degeret: & aridum os, carne neruisque nudum prorupisse in vocem, ac se gentilem fuisse, proximique vici indigenam respondisse, nunc verò in foueam barathri infernalis, tam arctē detrusum angustiari, quam procul à terra distaret cælum: Sed etiam sic profundius fuerē Iudæos incredulos, & sub ipsis hæreticos Christianos, qui, reuelatam diuinitus veritatem, mendacibus peruertere, sententiis molliuntur.

11 Sunt & prodigia necromanticorum, qui ex cranio persuadent responsum dari à mortuis, per quod dæmon loquitur.

Sunt miracula virtute diuina facta à plis viris, per quos & mortui sepulti iam & penē putrefacti, in virtute domini testimonium dederunt voce, deniq; obdormierūt post habitum sermonem. Sic Irene filia Spiridionis quæ depositum abscederat, reuixit adiutata à patre & deposita in fossa cōmōstrato recubuit. Macarius Aegyptius monachus S. Antonij discipulus effecit vt occisus, è tumulo resurgeret & omnibus audientibus loqueretur, & authorem cædis detegeret, & postea occubuit.

a Rufinus I.  
histor. eccles. 6.  
5. Socrates li.  
1. c. 12.  
b Fulgos. li. I.  
c. 6.

12 Omitto similia exempla, quæ si potentiam Dei spectes credibilia sunt. Veluti quod certum habetur, Christianos sub Cabade rege Persarum martyrio affectos, & instrumentis quibus formatur præcipuē vox, nempe lingua priuatos, clarē nihilominus locutos. Vidimus, inquit Iustinianus cæsar, venerabiles viros, qui abscisis radicibus linguæ nempe à Vandalis hæreticis, pœnas suas miserabiliter loquebantur. sic. præfati Marcellus comes se ait vidisse mutum quendam natum, statim excisâ lingua loquutum, & refutasse Arianorum hæresim, & de Christianorum fide veras voces emisisse. Idem se vidisse in multis refert Aeneas Gazeus in Theophrasto. Idem visum fuisse Constantinopoli refert Procopius lib. de bello Vandalico, & ex his duos, cum se scortis miscuissent, loqui desuisse.

c Nicephor. li.  
16. histor. c. 36.  
d in li. de of-  
Africa lib. I.  
c. 11. 17.  
e seu de immor-  
tali anime  
f Ita Niceph.  
Callixtus lib.  
17. histor. ec-  
cles. c. 11.

De discretionē & iudicio sermonum, miraculose seu præter naturalem rerum ordinem, pronuntiatorum.

#### CAPVT VI.

Quoniam igitur extraordinem voces articulatae erudiri & effingi possunt, quæ ad miraculum & nouum ordinem nos auocare à communibus videntur. Multique vel his perperam fidem tribuentes decepti, aut alij parum creduli læsi sunt: ideo conabimur quædam admonere, quæ nos ab errore vtriusque extremitatis nociuæ aliquatenus, si non omnino, conseruare possint.

In primis, qui has voces inconsumetas à rebus quæ loqui propria na-

tura ordinaria nequeunt perceperit, accuratè prospicere debet, an vere qui putant se audisse audierint: & an quod audierint tale sit, & eius articulationis qualis existimant esse. Si quidem & imaginatio fingit pleraque ad sensum peruenire communem per sensualia, quæ tamen nullo modo aliunde quàm ex propria impressione interiori, concitata sunt & efficta: vel ex aliis, aliquando auditis aut perceptis. Iterum ut præsentia repræsentata, ut accidit illis, qui diu inter canentes versati, postea soli adhuc sonum quendam in auribus resonare credunt, non minus quàm si vere voces ipsæ adessent. Et quidam viri patres sanctissimæ vitæ, assidua meditatione iudicij futuri generalis, perpetuo sibi videbantur in auribus resonare verba illa terribilia, quibus interpellabuntur ab angelis sepulti, *surgite mortui, venite ad iudicium*. Et ut ait Horatius,

<sup>a</sup> lib. 2. Epistoliarum. ep. 2.

*fuit haud ignobilis Argis.*

*Qui se credebat miros audire tragædos.*

*In vacuo lætus sessor plausor que teatro.*

*Cætera qui vitæ seruatet munia recto.*

*Mores, &c.*

2 Qui metuunt in syluis latrones, ad omnem auium cantum, vel modicum animalium occursum, aut vocem, sibi fingunt inde voces terribiles, & imaginatione seu phantasia turbata, pro specie concepti metus colloquutiones fieri arbitrantur. Sed falso, non minus quàm dormientis ex modico tumultu tonitrua, fulgura, & similia architectantur. Midas qui valde metuebat ne detegerentur asininæ eius auriculæ, se accusatum dixit ab arundinibus natis in eo loco quo seruus eius secretum aurium, quod nemini audebat prodere, verba effossa humo immiserat, *auriculas asini Mydas habet*, quæ referri visum fuit Mydæ ab arundinibus vento agitatis, ut ait Ouid. xj. Metamorph. Sicut apud Plutarch. lib. de fera numinis vindicta, Bessus quidam, dum patrem occidisset, & lateret omnes, putabat ab hirundinibus sibi necem patris exprobrari, & ideo cum ob eam rem pergula deturbare nido conaretur, deprehensus, crimen quod latebat confessus est.

Quare qui de inconluctis vocibus persuasionem habent, primum rectè inquirent & expendent intra se num audierint verè eas, & num aut phrenesi, delirio, passionève animi detineantur illi qui se audiuisse dicunt. vnde possint decipi & aliter quàm verum sit persuadere.

3 Quod si verum sit se voces aliquas audiuisse. Secunda cura erit conuertenda ad inquisitionem eius quod locutum putatur: nam inde fraudes potissimum deteguntur acutè considerantibus. Sicuti si perhibeatur lapis, aut oraculum aliquod alloqui, scrutari oportebit, num quispiam homo fraudis sit particeps: ut sæpe aliàs detectum est, facrificulos idolorum secreto per caua templi receptacula in statuas Aeneas aut lapideas excauatas illapsos, oracula & responsa populo reddidisse, & ita lapides & simulachra quæ os habent & non loquuntur, respondisse.

4 Audiuntur voces sæpe in syluis in locis concauis, & vbi Echo resonat interdum bis, ter, vel pluries, & perfectè verba dicta refert interdum, imperfectè plerunque. Sed voces non ibi originem sumunt, sed aliunde

sed aliunde emissæ referuntur, quod pro miraculo quidem ignorantibus causam est: at his qui eam norunt, naturale & minime mirabile. Et proinde qui causam norunt iudices sunt idonei, & illi considerant vnde aliunde fuerint emissæ. Est echo Cadurci in ea parte extrema ciuitatis qua muri contingunt, ripam fluminis Olthi iuxta sacellum quo sepeliuntur peste mortui, in quam directæ voces ex aduersa ripa fluminis, vsque adeo perfectè & integrè restituntur aut referuntur, ut non solum te relatores, sed etiam vocis emendatorem audire credas. Si enim quid vel submisit pronunciaueris, vel ex parte inarticulatè, tam clarè & articulatè audies repetitum, ut perfectius audias quàm dixeris ex integro, non enim vltimas aut penultimas tantum refert syllabas, sed etiam integras dictiones & orationes, musicalia instrumenta, sonum integrum vocum cantionum eodem quo dicuntur ordine: ut sæpe expertus sum dum ibi professoris publici munus in vtroque iure fungerer.

5 Sunt etiam organa quædam ita arte composita, ut vento vel aqua impulsæ, aut inflatæ, voces quasdam articulatas referre videantur humanas, sed non multas aut serie continuatas, qui nouerit artificium nec fidem dictis aut prolatis adhibebit, artificium tamen mirabitur: at ignarus poterit sua credulitate deceptus, & mirari, & interdum illis numen, aut nescio quid superstitionis, tribuere. Qui Argentinense horologium & artificiosam considerant fabricam, inuenient quæ huiusmodi causam probare possint, non minus quàm in Memnonis statua, quæ sole percussa videbatur oracula reddere.

6 Sunt aues quæ consuetudine & labore docentium discunt certa verba conari & proferre, quas edoctas qui audierit, & non animaduertit docentis artem & consuetudinis inueteratum morem, ad stuporem vsque mirabitur, & si emissas & in agris vagantes casu occurrentes habuerit, vel pro augurio inusitato, vel pro diuino quodam nuncio, vel angelo, vel dæmone loquente, mitti sibi stolidè & superstitionisè arbitrabitur: vidi sæpe & quosdam ira correptos in dominos auium, quæ certa verba iniuriosa proferre edoctæ erant, ita illis auditis excandescere, ut arbitrarentur eas veluti certo iudicio humano inductas, in eos conuitia conicere, cum tamen neque vel dominis vnquam ipsi visi fuissent: sed hæc est mens humana, ut quando conscientia maleficij alicuius conscientiam exagitat, putet vel ab ipsis lapidibus accusari. Voluit Hannon hac impostura sibi diuinitatis famam comparare: is enim Carthaginensis, præ nimia libidine, noluit intra hominum septa permanere, sed præstantiorem de se famam euulgare statuit, quàm natura, quam sortitus erat, pateretur. Itaque plures aues ad discendas cantiones idoneas coemit, & in tenebris obscuroque aluit, solùmque vnã cantilenam eas docuit, *Hannon est Deus*. Quæ cum vna duntaxat audita voce, eã complexæ essent cõsuetudine, aliam alio in diuersas plagas dimisit, arbitratus, auium carmen de se vulgatum iri. At illæ semel alis solutæ libertatè que adeptæ, & ad consuetum victum sibi reuerse naturalem cantum tantum ediderunt.

Habebat Agrippina coniunx Claudij Cæsaris, turdum imitantem sermones hominum. Fuit coruus Romæ, qui sermoni assuefactus, om-

<sup>a</sup> Aemilian. lib. 14. de uariâ historia.

nibus matutinis in rostra & forum deuolās, Tyberium, Germanicum, & Drulum caesarem, nominatim, mox transeuntem populum Romanum salutabat. Fuit salutatus cum reuerteretur ab Actiaca victoria Octavius, à coruis duobus, à psitacho, à pica, dicentibus. *Aue Caesar victor imperator.*

a. *Latius uide apud Macrob. 2. Saturnalior. c. 4.*

Si ita instructe aues consuetudine quaedam uerba proferte discunt, sine miraculo, ac non sine eo, & sine prodigio, ante paucos quam occideretur mens Domitianus, cornix in capitolio eloquuta est, *ἔσται σωτηρία καλῶς*, nec defuit qui ostentum sic interpretaretur.

*Nuper Tarpeio qua sedit culmine cornix.*

*Est bene non potuit dicere, dixit eriu.*<sup>b</sup>

b. *Sueton. Traquil. in Domitiano c. 37.*

7 Sunt magi, qui per imposturas, dæmonumque præsugia, & animalia loqui, imo & lapides & arbores uidentur iubere, quemadmodum & Simon magus, dæmoniorum opera fecit ut loqueretur canis, ut refert Clemens Romanus in itinerario: quod & fecisse Sagam scripsit Paulus Grillandy de sortilegiis sectio. 7. nec mirum, cum satanas ipse, se transfiguret in Angelum lucis, & per præsugia manes ipsos excitare doceat suos impios discipulos, unde tot oracula dæmoniorum totue illusiones acciderunt Ethnicis, & quibusdam christianis modicæ fidei.

8 Quare subtilis indagator animaduertet quid id sit quod dicitur loqui, an res ipsa quæ uidetur an aliud per rem uisam, cuius personam seu laruam quod loquitur induit. & cum extra naturam rei uisæ, vel extra naturam obiecti pronunciarum aliquid cognouerit: ut percipiat nouitatis causam, & ueritatem simulati uel suppositi facti: tunc altius inquiret, quid sit quod pronuntietur uel dicatur: & examinato sermone deteget facilius id à quo sermo fictitiu & extra naturam rei loquentis emissus est. Est enim oratio, ueluti oris ratio, & imago mentis seu proferentis: & ab imagine facile peruenitur ad exemplar unde manauit, ut à riuulo ad fontem.

Quod supra ordinariam naturam accidit, habet superiorem causam, uel diuinam uel dæmoniacam. tantum autem distant inter se ista, ut quamuis dæmones conentur imitari potentiam diuinam, tamen non uerè, aut imperfectè, aut cum imposturis repræsentent, ut in præsigiis editis per magos Pharaonis, oppositis ueris miraculis Moysis diuinis, ex libro Exodi apparet.

Si quid itaque miraculosè & extra præcepta diuina proferatur, sine aliqua necessitate dispensante, uel à uoce animalium, uel mutorum, uel lapidum, uel arborum, uel spirituum, uel manium. Statim concludendum ex impostura dæmonum immissum permittere Deo, uel ad tantandam fidem, uel ad probationem & profectum audientium: nec ad hærendum. *Licet*, inquit diuus Paul. ad Galatas cap. 1. uers. 8. *aut Angelus de celo euangelizet uobis, præterquam quod euangelizauimus uobis, anathema sit.* Opera quæ iubentur, aut suadentur, aut efferuntur, extra ordinem naturæ: sunt etiam metienda an sint secundum Deum & spiritum sanctum, an uerò sint secundum uiam quæ ducit ad perditionem, carnis aut dæmoniorum, aut mundana reprobata. Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia,

c. *Paul. ad Gal. 1. c. 5. uers. 19. & sequentib.*

luxuria

luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, ira, rixæ, dissentiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia, quoniã qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Si primi parentes adhæsisent mandatis Dei, qui prohibuerat illis de fructu arboris uitæ edere, non fuissent extraordinaria uoce serpentis elusi, quæ contrarium suadebat, Genes. 2. & 3. cap. Admonet ideo Diuus Ioannes. *Charissimi nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint: quoniam multi pseudo Prophetæ extierunt in mundum.*

a. *1. Ioan. cap. 4. uers. 5.*

Docuit re ipsa & suo exemplo Dominus IESVS CHRISTVS hanc probationem. Cum enim præter naturam spiritus uisibili corpore assumpto, in certamen cum eo ueniens<sup>b</sup>, loqueretur aduersaria mandatis Dei Sathan, dicēs, *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adorabis me*, audiuit responsum congruum, *Vade retro Sathanas, dominum Deum tuum adorabis.* Et rursum, de non necessariis illum aggressus, *Dic ut lapides isti panes fiant: & si filius Dei es, mitte te deorsum, angelis enim suis Deus mandauit de te, ut custodiant te*, detectus à Christo est in sua malitia, in primò quo audiuit responsum, *Non de solo pane uiuit homo, sed de omni uerbo quod procedit de ore Dei.* In secundo, *Non tētabis dominū Deū tuū.* Quæ dignissima sunt notatu ad detegenda præsugia dæmonum, qui se transfigurant in angelos lucis, & sæpe per imposturas illasque allocutiones extraordinarias, nituntur nimium credulis persuadere prætextu diuini mandati, & miraculi, quæ Deo, & salutem credentium aduersantur. Quod experiuntur qui sibi applaudunt specie quadam persuasi sanctitatis, à qua inani gloria deturbantur, & dum dæmon uidet eos eiusdem cupidos, faciliè, tanquam diuinis oraculis alloquens, quibus se participes fieri dignos putant, nulla discretionem utentes spirituum, in malorum omnium præcipitium impellit.

b. *Math. cap. 4. Marc. ca. 1. & Luc. c. 4.*

Infestantur mulierculæ, & nimium creduli, & in Deum parum constanter credentes ab imposturis huiusmodi dæmonum, qui eos aggrediuntur & alloquuntur per assumpta corpora humanæ figuræ, uel per aues & lapides, unde elusi tandem miraculo attoniti in partes illorum transeunt, postea uero mancipio illorum obnoxij, in impietates & scelera morte aterna expianda, nisi pœniteant, celerrimè incidunt: quod aliunde non accidit, quàm quòd ante probationem spiritus, temere illis credant. Non ita Iosue<sup>c</sup>, qui cum esset in agro urbis Hiericho, & leuans oculos uidisset uirum stantem contra se euaginatam tenentem gladium, ad eum perrexit & ait, *Noster es, an aduersariorum, qui respondit, nequaquam, sed sum princeps exercituum domini.* Et nunc uenio, &c. Sic & solent uiri prudentes in istis miraculis locutionis anomalis, interrogare quis es qui loqueris, & quid ista loqueris? uel si euanescat post loquelam sermonis continuatio, hæc eadem debent apud se expendere antequam moueantur, aut credant. Sic & Geodeon dum Deus apparuisset ei per Angelum, & iussisset arma sumere, dum expurgaret in area frumētum, non statim commotus est, aut obtemperauit, sed dixit<sup>d</sup>, *Si inueni, inquit, gratiam coram te, da mihi signum* seq.

c. *Iosue. ca. 5. uers. 13.*

d. *Judicum ca. 6. uers. 14. &*

d



quod tu sis qui loqueris ad me, quod & accepit, nam in carnes & azymos panes quos illi obtulerat ex iussu eius ponens supra petram, extendit angelus Domini summitatem virgæ, quam tenebat in manu, & ascendit ignis de petra & carnes azymosque panes consumpsit. angelus autem domini euauit ex oculis eius.

Suspectæ maximè habendæ sunt collocationes dæmonum, si se tales esse fateantur, vt sæpe accidit, dum illi desperatæ vitæ homines inuadunt: aut piis exorcismis aliisque remediis ecclesiasticis adiurati confiteri coguntur, etsi boni quippiam polliceantur aut prænantient. Sunt enim inimici irreconciliabiles hominum, & omnia eorum tanquam perniciosorum & proditorum inimicorum suspecta sunt habenda: nihil enim quod prodesse verè possit homini vnquam procurant: & si apparentia quadam tale quippiam prætant, magis suspecti doli habendi sunt, quia illita sint venena dulcibus, ad inescandum non cauentes. Pollicentur multa, sed vt spiritus mendaces, ad nihil boni præstandum contra se accingunt: & si illorum mala opera, piis hominibus aliquando per consequentiam ad perfectum & meritum Dei ope & adiutorio perficiant, vt lobo, id præter illorum intentionem certè accidit, sed facit Deus cum tentatione prouentum, vt exempla diui Antonij Heremitæ, & aliorum anachoretarum proborumque virorum fidem faciunt.

9 Ad iudicium & probationem rursus sermonum præter rerum ordinem prolatorum, conducit expendere: num perfectum sensum an imperfectum, an ambiguum referant, & conueniant causis ob quas dicuntur.

Echo tantum ut plerunque postremas literas, aut saltem syllabam finalem aut penultimam profert: animalia assueta quibusdam sermonibus, eosdem referunt quidem, sed sine occasione obtrudunt & repetunt. Oracula quædam antiquorum dæmonum, cum res non possent futuras complecti verè ex motu syderum, aut rerum naturalium ordine, ita ambiguè prolata sunt, vt in vtramuis partem possent conuerti quocunque res peruenisset.

10 Finis & euentus insuper attendi debet, ad quem dirigitur, extraordinaria illa vox. Sunt ita voces quædam, quæ emissæ sunt artificio audientibus incerto, cum persuasione diuina, ad metum incutiendum populo, & tunc videndum, an sit causa metuendi proxima vel futura, & cauendum à superstitione. Si proculdubio diuinitus immissa credatur, adhibenda remedia quibus ira Dei placari possit, supplicationibus, eleemosynis, ieiuniis: ne in his simus deteriores ethnicis, & idololatriis, qui religionis opinione, in prodigiis huiusmodi recurrebant ad expiationes, supplicationes publicas, ad lectisternium, lustrationes, & sacrificia: dedit enim Deus significationem dilectis suis, vt fugiant à facie iræ, & quantum à signis cæli aut ab aliis prodigiis non sit timendum fidelibus, qui in Deo confidunt: tamen contemnere non debent, quin illis meliores fiant, & à peccatis respiciant: nunquam enim Deus magnam cladem immittit populo, nisi prius admonitis per signa & portenta mortalibus, quibus sibi prospicere & vitæ emendare possunt: cum non desideret mortem peccatoris, sed vt magis con-

uertat-

uertatur & viuat, & iusti exeat de medio obstinatorum vt Loth. de medio Sodo. angeli sermone admonitus de futura perditione, compulsus a Gen. 19. etiam est ingredi, ne cum illis inuolueretur.

11 Non potuit nisi à Dei benignitate oriri etiam, illa vox antè aduentum Huanorum audita noctu de cælo, *caue tibi Italia*, quæ fuit præ-nuncia aduentus Tiranni Attilæ<sup>b</sup>. præmonebat enim vt iram Dei auerteret, ob quam concitatam promeruerant affligi. Talis & vox Hierosolymis obsessis à Tito Vespasiano antequam vastaretur in templo<sup>b</sup> *migramus hinc*, quæ excidium Hierosolymitanum effugere ad-monebat<sup>c</sup>. Similis & prouidentia quod refertur à Plutarcho<sup>d</sup>, Romæ M. Ceditium Plebeium hominem, Tribunorum collegio consulari potestate renunciaffe, de noua via supra ædem Vestæ, vbi postea sacellum<sup>c</sup> fuit, silentio noctis, vocem humana clariorem audiuisse, quæ iuberet magistratibus nunciari, Gallos aduentare. Sicut & narrat Cedrenus tempore Romani Argyropoli Imperatoris, in Thracensi prouincia apud radices montis Cuzenæ, vox miserabilibus eiulatibus & lamentis à mense Martio, ad Iulium exaudita, Cladem Romanorum in Cœlestria portendit.<sup>d</sup>

Semestris locutus est Cræsi filius in crepūdiis, quo prodigio totum concidit Lydorum regnum<sup>e</sup>.

12 Eò pertinet quod apud Cremonā, quidam infantulus in cunis iacens matrem cibum familiæ parantem, compellauit vt à ventris cura cessaret, Deum enim grauibus pœnis peruersam hominum vitam vlcisci decreuisse, sed Dei genitricem ante tribunal Christi astantem instantissimis precibus obtare, & hæc cum dixisset iterum conticuit.<sup>f</sup>

Sicut autem & enunciationes quædam malorum de cælo prænu-cia & indices, vt cauerent homines & reuocarentur à causis quæ flagella Dei concitant, quæ & per ora prophetarum crebrius annun-ciata sunt.

Sic & quædam voces cœlitus auditæ, quæ ad meliorem spem afflictos cergerent, promissionibus extra ordinem enumeratis per angelos per prophetas, & viros pios, aut alias miraculosas & extraordinarias voces. sicuti angelus allocutus Agar super Ismaelis filij futurum incrementum, & alius ad Saram prænu-ciauit Isaaci futuram conceptionem, natiuitatem & præstantiam, alius Christi Domini aduentum, alius natiuitatem præstantissimi viri sanctissimi diui Ioannis Baptistæ.

Et Izatis Adebatorum-regis nondum nati excellentiam indicauit. Cubans enim cum vxore prægnante Monobasus rex, & manum reclinatam habens in vxoris utero, vocem quandam sibi audire visus est, iubentem vt manum à ventre tolleret, ne premeret foetum qui vt non sine diuina prouidentia inchoatus sit, ita finem habiturus esset fortunacissimū: qua voce permotus Monobasus, natū hūc filium Izatem nominauit, regni que hæredem reliquit, qui Iudæorum religionem amplexus, rebūque contra Arabas & Parthos foeliciter gestis vigesimo quarto regni anno fatis cessit. vt refert Iosephus libro 20. capite 2.

d 2

<sup>b</sup> Bonfinius lib. 3. decad. 1.

<sup>c</sup> Ioseph. ii. 7. de bello Iud. c. 2.

<sup>d</sup> In Camill.

<sup>e</sup> Plinius lib.

11. naturalis historia. c. 51.

<sup>f</sup> Dodechin in appendice Maria. Scoti.



# DE REPUBLICA

siue,

## DE LITERIS.

### LIBER XVI.

*De figuris seu characteribus literarum, cognitione & pronuntiatione, seu sono earum.*

#### CAPVT PRIMVM.



**X**IGIT series ordinis, quia de instituēdo recto sermone pronuntiationēque intelligibili necessaria in republica admonuimus, vt de modo formationēq; eius consequenter agamus, quę nō aliunde facilius quā ex literarum sono habentur, vnde & distinctio vocis, & scripturę eius significatio proficiscitur. Et plura vtilia societati humanę accedunt.

*a cap. 3. de literis ipsis 4. de cognatione inter se 5. de emendata viciosa pronuntiatione. 6. de diuisione literarum.*

Iam lib. xvj. Syntaxeos, diximus de literis multa, quę hīc non repententur<sup>a</sup>. Nunc de aliis dicam quę mihi inter legendū bonos auctores, circa literas digna notatu occurrerunt.

Literam Latini dicunt, siue à lituris quibus similes sunt: alij à linearis, quarum tractu effinguntur, vnde & Gręcis γραμματα: aliis litera, quasi legitera, vel quod legendi præbeat iter: vel quod legendo iteretur.

Quomodocunque autem diffinias, constat literas elementa esse, seu figuras quasdam, & signa quę pronuntiationis sermonem representent & retineant, seu referant dum efferuntur, ex consensu hominum ea significantia quę significari placuit, ita Hebręis dicuntur, אותיות, id est, signa. Ex literarum coniunctione fiunt syllabę, seu vox distincta: ex syllabis & vocibus, nomen & dictio: & ex dictionibus oratio. Quod docetur ex appellationibus seu significatione literarum Hebraicarum quę primę videntur, & à quarum characteribus aliarum linguarum & nationum characteres efformati & tracti videntur, paulum pro more & antiquitate, & vsu variati, & à rectitudine in aliam delinationem vel imperitia scribentium vel alio casu declinantes.

Aleph

# LIBER XV.

## LITERARVM HEBRAICARVM seu characterum Schema.

1 aleph id est,	disciplina אלה	1 N.a. hinc gręcis	1 alpha, & à Chaldęis
2 beth	domus בית	2 ב. b. u.	2 Betha βήτα
3 gimel	vocis plenitudo גימל	3 ג. g. h.	3 gama γάμμα
4 dalec	liberorum, (dici potest) דלע	4 ד. d.	4 delta δέλτα
5 he	hęc חה	5 ה. h.	5 epilson εψιλόν
6 vau	in ipsa וו	6 ו. u.	6
7 zaiin	viuit זיין	7 ז. z.	7 zita ζήτα
8 chech	viuens חח	8 ח. ch.	8
9 teth	bonum טת	9 ט. t.	9 theta θήτα
10 iod	principium יוד	10 י. i.	10 iota ιότα
11 caph	ramen כף	11 כ. ך. finale ch.	11 cappa κάππα & χϛ
12 lamed	disce למד	12 ל. l.	12 lambda λάμδα
13 mem	ex ipsis מם	13 מ. ם. ם. ם.	13 my μί
14 nun	hoc sempiternum נון	14 נ. ן. ן. ן.	14 ny νύ
15 samech	auxilium סם	15 ס. s.	15 sigma σίγμα
16 gnain	oculus vel fons עין	16 ע. gn.	16
17 pe	os פה	17 פ. ף. ף. ף. ף.	17 pi & phi πί & ϕί
18 tsade	iustitię צד	18 צ. ץ. ץ. ץ. ץ.	18
19 koph	vocatio קף	19 ק. k.	19 kappa κάππα
20 resch vel rosch	caput ריש	20 ר. r.	20 rho ρή
21 schin	dentes שין	21 ש. ך. ך.	21 potest esse שֵׁי & sigma gręcorum
fin		ש. s.	
22 tau	signum תו	22 ת. t. th.	22 tau ταυ

Collige ex illis cum Eusebio Pamphilo, euangelica elementorum sensum hunc: Disciplina domus, plenitudo librorum: hęc, in ipsa viuit viuens, bonum principium: tamen disce ex ipsis sempiternum auxilium. Fons aut oculus, atque os iustitię, vocatio capitis, aut dentium signa.

1 Metaphrasis itaque & ἑρμηνεία τῶν στοιχείων, explicant causam literarum & necessitatem: dein quomodo quædam pronuncientur per instrumenta præcipuè palati, linguæ, oris, gutturis, labiorum seu oris, dentium: quæ interdum concurrunt, interdum seorsum pronunciationem efficiunt.

2 Constat & rursus, antiquissimam esse inuentionem literarum, eamque traxisse originem primam et characteres ab Hebræis, non à Chaldæis, vel Græcis. Nam literarum illarum nomina produnt non esse Græcæ linguæ sed alienæ.

Maximum in omni lingua progressum se fecisse arbitrari debet, qui recte ipsa elementa seu literas ex more intelligibili, efferre didicerit. Et contigit multos posse quidem intelligere idioma sermonis, at imitari natium accentum sermonis & pronunciationem propriam, non omnibus competit. Ex cuius rei obseruatione, commodum potest accedere reipublicæ. Sicuti habetur in libro Iudicum Galaatidas detexisse inimicos Ephratæos, eosque necasse, quod nescirent interrogati pronunciare Schibbôleth, quod idem quod spica, sed pronunciarent Sibboleth.

Sunt cuiusque sermonis certi linguæ motus, non omnibus & nisi ex consuetudine cogniti.

Ideo perfectiores linguæ, Hebræa, Græca, Latina, canones pronuncianti literas præposuerunt ut necessarios & præuios.

Et Hebræi quidem, distribuunt literas in quinque classes per differentiam organorum humanæ vocis.

- |   |  |
|---|--|
| prima earum, quæ in prolacione egent ad-<br>miniculo gutturis potissimum. | { n in oris cauo pronun-<br>ciata.<br>n aspirationis leuis.<br>n aspirationis grauis &<br>fortis.<br>y in nodo gutturis for-<br>mata, a tribuit Reu-<br>clinus rumini. |
| 2 earum quæ egêt adminiculo palati גיכק                                   |  |
| 3 earum, quæ dicuntur linguæ וטלנת  |  |
| 4 quæ dentium. שצטז   |  |
| 5 quæ labiorum. וטק   |  |

Græcæ linguæ quoque literatores, eodem labore tenentur in pronunciatione suarum literarum, ut liquet ex institutionibus primis eorum quæ passim extant. Latini & Galli & aliæ nationes in illis quoque primum laborant. Neque omittam referre versus, quibus Quintianus Stoa, breuiter formationem pronunciationis literarum describit. dum ait.

- A Sub directo memorabilis oris hiatu, est.
- B Simul inclusis profertur vtrinque labellis:
- C Linguam ad pulsos compellit vtrinque molares.
- D Cogit superos linguam contingere dentes.
- E Paulum pressa profertur gutture lingua.
- F Labrum inferius superis cum dentibus vrget.
- G Damus extremum cum tangit lingua palatum.
- H Oritur tractis cum ventus faucibus halat.
- K Fauces formant media cum parte palati.

L Facit

a. ca. 12. ver. 6.

- L Facit extremum contingens lingua palatum.
- M Quum fit, pressum premitur per vtrumque labellum.
- N Lingua ad pulsa collidit litera dentes.
- O Venit, exoritur quum spiritus ore rotundo.
- P Datur eruptis ter litera quinta labellis.
- Q Fit in appulsu cum stringimus ora palati.
- R Facit ut supero crispetur lingua repulsa.
- S Cum fit, peragit colliso sibila dente.
- T Linguam impulsu contactis dentibus exit.
- V Facit os strictum, sic promula labra fatigat.
- X Reddit quicquid C, atque S, formare videmus.
- Ypsilon apprensus labris procedere iustum est.
- Zeta sepulchrales, imitatur concita dentes.

Quæ omnia si bene perpendantur referunt maxima ex parte Hebræarum literarum prolacionem, non minus quam ipsi characteres Latini & Græci formam earundem.

Accedunt etiã propemodum omnium gentiũ literarũ figuræ maximæ perfectiores, Græcæ & Latinæ, Gallicæ, Germanicæ, ad Hebræas.

Fuerunt tamen aliæ gentes quæ vel aliquas addiderunt, vel alias figuras adinuenerunt ex consensu receptas.

3 Plinius<sup>a</sup>, literas arbitratur semper Assyrias fuisse: alios tamen repertas in Ægypto à Mercurio, alios apud Syros voluisse: utique autem intulisse in Græciam. Ex Phœnice Cadum sedecim numero, & Troiano bello eis addidisse Palamedem quatuor, hac figura Θ, Ξ, Φ, Χ, nempe duplices: totidem post eum Simonem Melicum, Ζ, Η, Ψ, Ω.

Aristotelem vero decem & octo prisca fuisse α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ φ. Et duas ab Epicharmo additas ϑ χ quàm à Palamede maluisse: aliæque etiam antiquiora<sup>b</sup> refert Plinius, quæ apud eum ibi videnda

relinquo, & quod<sup>c</sup> refert Phœnicum gentem in gloria magna fuisse ob literarum, Syderum, naualium, & bellicarum rerum inuentionem.

Xenophon<sup>d</sup>, conuenit cum Plinio. Palamedem inuenisse literaria elementa ζ η θ χ, Helychius Illustrius<sup>e</sup>, cõmemorat. At Lucianus<sup>f</sup>, fe-

runt, inquit, alij Cadmũ insularum. alij Palamedẽ Ναυπλιũ filium, nonnulli Simonidem literas Græcas ordinasse. De diuisione verò literarum Græcarum agit latissimè Galenus<sup>g</sup>. Sunt qui antiquiores putent literarum inuentiones, & semper fuisse ab initio cum homine: verum dis-

seminatis gentibus, ut multi deuariũt à vera Dei religione & virtutes contempserunt, sic etiam literarum cultum abiecerunt, & rudes bar-

bariue effecti sine illis diutius vixerunt, donec & ad illos aliunde vbi conseruata erant per diuersos peregrinantes inuectæ sunt, & postea ad-

ditionibus characteribusque illustrata, & posteris tradita. Non enim ita plene erant ab initio, aut cognita, ut postea. Sic Amianus Marcel-

lus<sup>h</sup>, de Ægyptiis ait, Non enim, inquit, ut nunc literarum numerus præ-

stitutus & facilis exprimit, quicquid humana mens concipere potest, ita prisca scripturarum quoque Ægyptij: sed singula litera, singulis nominibus & verbis seruebant, & verbis nonnunquam significabant integros

sensus: ut per vulturem naturæ vocabulum pandunt, quia nullos mares posse inter has alites inueniri rationes memorant physica, perque speciem

d 4

a lib. 7. ca. 56.

b predicto ca.

c libro 5. c. 12.

d libello de æ-

quiuocis.

e lib. 1. ca. 1.

f in dialogo in-

dicij vocalium

g lib. 3. metho-

di medendi. c.

h lib. 17. histo-

ria.

*apis, mella conscientis, indicant regem moderatorem cum iucunditate. & c.* extat opus antiqui authoris ori Apollinis, de literis hieroglyphicis de ea re copiose docens.

a lib. 2. rerum Germanicarum  
b li. 1. institum  
c lib. 5. de bello Troiano.  
d In principio commentar. de rebus Moscoviticis ad lect. e li. 16. artis mirabilis. c. 5.  
f li. 1. Moscovitarum commentariorum.

Sunt etiam nunc quædam nationes, quarum voces vix exprimi possunt, vel saltem nisi ex longo usu assuetæ, intelligi possunt. & forsitan nisi inter eiusdem idiomatis indigenas, vt apud Cantabros, qui dicuntur *basques vulgo*. vt & Hungaricum sermonem sua ætate primùm incæpisse scribi, testatur Beatus Rhenanus; <sup>a</sup>. Sunt & inter Latinos, literæ aliter notatæ, aliter pronunciatæ, de quibus Quintilianus. <sup>b</sup> Nec characteres omnes omnibus linguis facile accommodari possunt, quin aliquid de pronuntiatione propria immutetur. vt non inutiliter omnino monuisse videatur Dyctis Cretensis Gnosius, <sup>c</sup> se scripsisse Troiani belli historiam cui interfuit, literis Punicis à Cadmo Danaoque traditis. ita Rutheni seu Moscovitæ, vel Russi, b. per vnã consonantem, efferant, ch. vt <sup>h</sup>. & g. vt Slauinorum idioma per h. aspirationem, vt pro *Ingra* & *vuolga* dicunt *Iurha* & *vuolha*. Th. proferunt per ph. vt Pheodorum pro Theodorum, vt notat Sigismūdu s Baro Liber, <sup>d</sup> nos etiam de corruptione pronuntiationis vel de varia literarum prolatione nationum docuimus quædam. <sup>e</sup> refert & idem Baro <sup>f</sup> Michaelē imperatorem Constantinopolitanum, misisse literas Slauonicas in Bulgariam, anno mundi 6406. & antea caruisse characteribus.

g in epistola ad lectorem ante physicam hebream,

h trāctū 6. in præfationibus psalmorum.

4 Sed neque ipsæ hebraicæ literæ, omnibus olim peruiæ erant, nisi peritis & exercitatis in ipso idiomate.

Atque ideo Rabini in commentariis plerunque expeditioris lectionis gratia, literis <sup>n</sup> pro vocalibus. n pro cametz vel pathah, i pro cholem & scurech, pro kibutz: i. iod pro hiric, zere, segol: vt notat Ioannes Isaac Leuita, & addita postea puncta, accentus, quæ & vocales & pronuntiationem, & lectionem distinguant facilius. Habuerunt autem literæ hebrææ puncta, loco vocalium, ex Rabinis duobus Rauia inquam & rauasse, sub tempus Magni Constantini: cum plures ad fidem Christi conuertentur. idque vt pleraque loca veteris testamenti ad nutum corrumpere, vt refert Iacobus de Valentia episcopus Christopolitanus.

i de re rustica c. 92.

k ec. 81.

5 Sed & vt in omnibus linguis sæpe pro diuersitate temporum, voces mutantur: sic & scribendi modus, & literarum adiectiones vel detractones scripturis accidunt: vt non planè præsentibus cum antiquis sibi respondeant in pluribus. quemadmodum interdum e. pro g. poni: vt curculio, pro gurgulio, tradit Marcus Cato <sup>i</sup>. Interdum a pro o. vt aula pro olla, vt idem ait <sup>k</sup>.

Et additur interdum vt ergo pro ego, idque sacrorum verbis sæpe factum recenset idem. <sup>l</sup> admonet & de his mutationibus plura, de lingua Latina libris: & olim *oloes* dicebant pro illis, neque antiqui literam geminabant, vt notat Festus Pompeius. habebantque

Cui non

alia à nostris sæculis plura dissimilia, non audeo dicere nunt perfectioniora, vel imperfectiora: tempus enim & mores vtentium dant verbis auctoritatem.

Cui non erit alienum coniungere, quæ tradit Cornelius Tacitus <sup>a</sup>, Annalium de Claudio Cæsare agens. *Ac nouas, inquit, literarum formas addidit vulgavitque, comperio Græcam literaturam non simul captam absolutamque. primi per figuras animalium Aegyptij sensus mentis effingebant, & antiquissima monumenta memoria impressa saxis cernuntur, & literarum se met inuentiones perhibent: inde phœnicas quia mari præpollebant intulisse Græciæ, gloriæque adeptos tanquam repererint quæ acceperant. Quippe fama est Cadmum classe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum populis, artis eius authorem fuisse. Quidam Cecropem Atheniensem, vel Linum Thebanum, & temporibus Troianis Palamedem argiuum memorant sexdecim literarum formas, mox alios ac præcipuum Simonidem cæteras reperisse. In Italia Ethrusci à Corinthio, Aborigines Arcadæ ab Euandro, didicerunt. Et formæ literis Latinis quæ veterimis Græcorum. Sed nobis quoque punica primum fuisse, deinde additæ sunt. Quo exemplo Claudius tres literas adiecit, quæ vsui imperit ante eo, post obliteratæ: aspicuntur etiam nunc in ære publicandis plebiscitis per fora ac templa fixo. Hæc ibi Tacitus iisdem verbis, in quem locum Vertranus Maurus, ait, primam harum trium literarum fuisse ꝑ digammæ æolico similem, de quo agit Gellius <sup>b</sup>, pro exprimendis leuius dictionibus, *Diuus Cluius, riuus, seruus*. Vt in hoc nomine V I F V S in antiquis monumentis. Testatur & de ea litera non inutiliter adiecta à Claudio M. Fabius lib. 1. cap. 4. & 13. De litera secunda, cum ꝑ, præpositum ꝑ, loco græcæ literæ ꝑ, & pro duabus illis literis ꝑꝑ, induxisse ait. antisigma, & hac figura ꝑ c, & Priscianus lib. 1. vbi agit de accidentibus literæ. De tertia vero ab eo inuenta litera, non satis constat, nisi quod idem Vertranus notat, se legisse Romæ apud Velium Longum, in libro de Orthographia manu scriptum apud Strossium eum nouam literam excogitasse similem ei notæ quam pro aspiratione, Græci ponunt, per quam scriberentur voces, quæ, neque secundum exilitatem literæ <sup>c</sup>, neque secundum pinguedinem sonant: vt *viro, virtute*, neque rursus secundum latum literæ sonum enunciarentur, vt in eo quod est, legere scribere. vide & fusè de his apud Quintilianum. Scribit etiam Gregorius Turonensis <sup>d</sup> Chilpericum regem Sueffonum vel Francorum, addidisse literis nostris *æ* sicut Græci habent ac ꝑ, ꝑ, ꝑ, & misisse epistolas in vniuersas ciuitates regni sui vt sic pueri docerentur.*

6 Pro literis, vt Aegyptiis, fuerunt animalia & alia signa secretiora, & quæ pertinerent ad contemplationem vniuersi, per Hieroglyphica, per notas & figuras, tradidisse Aegyptios, vt sine magno labore intelligi nequirent, tradit Aristoteles in eo tractatu qui ei tribuitur, de diuina sapientia secundum Aegyptios, lib. 1. cap. 1. & lib. 14. cap. 14. Iamblychus de mysteriis Aegyptiorum, Orus Apollo de literis Hieroglyphicis, vtque idiotis imagines seruiunt, sic fuerunt quoque aliis temporibus inuētæ notæ in tachographia. Sic Mœcenas dilectissimus Octauiano, primus ad celeritatem scribendi, notas quasdam literarum

b lib. 14. c. 5

c lib. 1. Institutionum. cap. 4. & 7.

d lib. 5. historia Franciscæ ca. 44.

excogitavit, quam rem Aquilæ liberti ministerio, multos docuisse refert Dio Cassius: & vt ait Plutarchus in Catone, iste notæ sunt σημεῖα ἐν μικροῖς ἀβραχέσι τύποις, πολλῶν γραμμάτων δυνάμιν ἔχοντα.

Istæ notæ, sunt veluti signa parua significatorum, vnde sigilla parua videlicet signa, & per contractionem quibusdam sigla: improbo enim eorum sententiam, qui putant σηλα, esse græcis quod nos cifras, vt enim sigillum est parua imaguncula, vel nota qua obfirmamus scriptas literas, sic siglum, est nota qua intelligitur plus esse intelligendum quam expressè ad longum vt dicunt, scriptum sit.

Quia autē ista sigilla vel sigla, vel signa nō intelliguntur ab omnibus, non minus quam illa & cetera notariorum, vulgaria etiam, non sunt, vt innuit Cicero quod ad te inquit, de decē legatis scripsi parum intellexisti: Atticū ep. 32. credo: quia διὰ σημεῖων scripsērᾱ, & c. Sunt & quædam inter literas literæ solæ signa plurium intelligendorū, & in mysteriis, & apud notarios, vt litera Y. pythagoræ habebat symbolum vitæ, Iustinus & Martyr literam X. latinam, cōtinere mysterium crucis monet, Platonēque vocant in testem de filio Dei differentem, in Timæo, Deum in mundum instar X. posuisse. Christus α & ω. pro principio & fine sine principio & fine. Et apud Ezechielem signum salutis litera, T. Apud græcos θ. nigrum θῆρα mortis in iudiciis A. signum absolutionis: C. condemnationis N. L. non liquere dum sortium iudicialium calculis impressa in urnam mittebantur. Ideo Iustinianus prohibuit olim vti talibus sigillis vel siglis in transcribendis Legibus: ne daretur occasio errandi illis qui non æquè illa intelligerēt. Nemo, inquit, eorum qui libros conscribunt audeat sigla in his ponere, & per compendium ipse legum interpretationi vel compositioni maximum adferre discrimen: scituris omnibus librariis qui hoc in posterum commiserint quod post criminalem pœnam, estimationem libri in duplum domino eius, si nescienti dederint, inferre compelluntur & c. et rursum Eandem autem pœnam falsitatis constituimus aduersus eum qui in posterum leges nostras per siglorum obscuritates ausi fuerint conscribere. omnia enim id, & nomina prudentium, & titulos & librorum numeros, per consequentias literarum volumus, non per sigla manifestari: ita vt qui talem librum sibi parauerit, in quo sigla posita sunt in qualemcunque locum libri vel voluminis, sciat inutilis se esse codicis dominum. Neque enim licentiam aperimus, ex tali codice in iudicium aliquid recitare qui in quacumque sua parte siglorum habet malitias, & c.

b lib. 13. ad Atticū ep. 32.

c vt habetur in l. i. §. 8. illud autem, de veteri iure enuclea. C.

d in l. 2. §. 22. eandem autem pœnam eo. tit. de veteri iure enuclea. C.

e In Theseo.

Signare, vnde sigillum, est designare & ostendere, vt refert Nonius Marcellus de varia significatione vocum, in verbo, signare, ex Lucilij lib. 29. exq; Georgicis Virgilij & aliis, & hoc etiam tritum est. Literæ etiam signa sunt quæ demonstrant & lituris constant, vel sæpe iterantur in lectione vel lectioni iter parant, vnde & dictas monuimus: quasi lectioni iter parâtes. Verumtamen nō ita recepta sigla seu parua signa & contracta, ac signa extēsa cognita literarū. Est enim magis insignis literarū figura, quod magis memoriam iuuare possit, quam insignis illis & abbreviaturis quæ sigla. Et rusticus poterit facilius imagines seu figuras literarum depingere vel referre, quamuis nō nouerit legere, quàm figuras abbreviatas. Quemadmodum apud Euripidem, pastor quidam literarum imperitus, Thesei nomen pictum significat

cat

cat vel exprimit,

- ⊖ Cum literarum imperitus ipse sim  
Dicam figuras signaque euentia.
- ⊙ Est circulus torno velut factus bene,  
Signumque habens in ventre, quod clarè patet.
- H Binas secunda forma lineas tenet,  
Dissepit has medio incidens mox altera.
- Σ Cincinus inde tortus ipsa tertia.
- E Subit figura quarta, recta linea,  
Tres incidentes diuidunt hanc lineam
- Υ Quintam minus promptum fit ipsam dicere  
Sunt differentes lineæ inter se duæ  
Quæ conueniunt omnes simul in vnam basim
- Ξ Extrema differt nil figura tertia.

Refert Athenæus a similes literarum descriptiones ex Agathone tragico in Telepho ex Theodecte phaselite, et aliis, Iustinianus rursus b statuit vt post literas ab antiquis vsurpatis pro annorum numeris veluti o, vel c. vel v, & c. aliæ subderentur communes & omnibus notæ, quæ legi ab omnibus facillè possint, et significare gestorum tempus, vt non fatigentur requirentes id tempus. Item c statuit, vt si quis literas sciens voluerit inter filios suos disponere, vt primum quidem subscriptione sua tempus declaret: deinde filiorum quoque nomina propria manu: ad hoc vncias in quibus scripsit eos heredes, non signis numerorum significandas, sed per totas literas declarandas, vt vndique claræ & indubitatæ consistant.

Similis constitutio d Basilij imperatoris orientis, titulo Θεοσημεῖων ἡ ἀειδμων, de notis numerorum, in qua animaduertens occasionem maleficij prauis hominibus eo dari, quod numeri, quibus verbi gratia femis, sextans, vncia, et similia designabatur per notas: recepta antiqua consuetudine scriberentur: loco notarum literis vt iussit, quas etiam rustici legere possent, et de suo sumptus in chartas literas atque scribas ipse suppeditauit. Comperimus autem et Cæsares, literarum, proprios habuisse apices vt et proprium Encantum, e

7 Cæterum non prætermittendum, notas separari à literis: et aliud esse notis rem significare, aliud literis, quod admonet Paulus Iurisconsultus. f Notis, inquit, scripta tabula (scilicet testamenti) non continetur edito, quia notas literas non esse, Pedius libro 25. ad editum scribit.

Serui fugitiui, et literis aut notis solebant compingi. notæ erant etiam sine literis: vnde apud Vlpia. s notæ verbo, etiam cicatrices contineri responsum est.

Et Paulus h, differentiam notarum et literarum demonstrat, ibi, Lucius titius miles, notario suo testamentum scribendum notis dictauit, & antequam literis perscriberetur defunctus est, & c.

Et Modestinus i, eos qui notis scribunt acta præsidum reipublicæ causa, non abesse certum est.

8 Imagines notæ sunt, quibus ea quæ discenda sunt, vt ait M. Fabius Quintilianus. k

Notarius à notis quibus celerrimè, et paucis multa, postea literis continentur.

a lib. 10. dipno Siphiston in fine.

b in c. 2. nonel la 47. vt præponatur nomē imperatoris.

c in nouella 107. de testamentis imperatoris.

d in lib. 2. inuris orientalis numero. 2.

e vt liquet ex l. 3. C. ad leg. Corneli. de fals.

f in l. sed cum patrono 6. §. f. de honorū possessione lib. 37. P. ti. 1.

g in l. 1. §. f. de seruis fugitiuis, li. xi. P. ti. 4.

h in l. Lucius Titius, 40. de milit. test. lib. 29. ti. 1.

i in l. inter eos 33. §. 1. ex quibus causis maiores. li. 4. P. ti. 6.

k lib. 11. institutionum Oratoriarum c. 2. continentur.

a lib. 14. epig. extendenda & præscribenda excipit. de quo sic Martialis<sup>a</sup>.  
208.

*Currant verba licet manus est velocior illis.*

*Nondum lingua suum dextra peregit, opus.*

Et Aufonius<sup>b</sup>.

*Puer notarum perpetuum,*

*Solers minister aduola.*

*Bipatens pugillar expedi,*

*Cui multa fandi copia.*

*Punctis peracta singulis*

*Vt vna vox absolvitur, &c.*

b Epigram.  
137.

c In l. notione  
99. de verbo.  
signifi. & in l.  
ait prætor. 5.  
§. 1. de re iudi-  
ca, lib. 42. P.  
tit. 1.

d In l. non a-  
liter. 69. §. 1.

e de legat. 3.

f In l. 1. §. ludi-  
quoque litera-  
rij, de extraor-  
din. cognitum.

g lib. 50. P. tit.  
13.

h cap. 3. ait.

i lib. 7. ca. 15.

k pro lege a-  
graria.

l lib. 2. Epi-  
gramma, epig.  
§. ad lectorem.

m In l. si libra-  
rius, 92. de re-  
gul. iur. P.

Forfan inde notio dicta, quasi per signa, vel scientia, vel conceptio a-  
licuius rei. Et notionem accipere possumus & cognitionem & iuris-  
dictionem inquit Ulpianus<sup>e</sup>, *Notionis nomen ad eos pertinet, qui iuris-  
dictionem non habent, sed habent de quavis alia causa notionem, &c.* Con-  
sentit Marcellus<sup>d</sup>. Atque Ulpianus<sup>e</sup>. Constituit differentiam inter li-  
brarios & notarios, *Iam & librarijs & notarijs & calculatoribus siue*

*tabularijs ius dicitur.* Librarios Græci καλλιγράφους, dixerunt ut Nouel-  
la 42. Notarios ταχυγράφους & ὀχυγράφους. Accedat & his Suetonius  
Tranquillus, qui, in Tito Vespasiano, de eo agens<sup>f</sup>. *Ex pluribus com-  
peri notis quoque excipere velocissime solitum: cum amanuensibus suis*

*per ludum iocumque certantem imitari cheirographa quacunque vidisset.*

Librarij erant qui libros scribebant: siue scriptores, scribæ, merce-  
de accepta manu sua scribentes. ut apud Plinium<sup>g</sup>, de insigni Iulij Cæ-  
sarum memoria agentem. *Epistolæ vero, inquit, tantarum rerum quaternas*

*pariter librarijs dictare, aut si nihil aliud ageret septenas.*

Et Cicero<sup>h</sup>, *Aliquando tamen me designato lex in publicum proponi-  
tur, concurrunt iussu meo plures vno tempore librarij, descriptam legem*

*ad me adferunt.*

Et Martialis<sup>i</sup>.

*Si qua videbuntur chartis tibi lector in istis.*

*Sive obscura nimis siue Latina parum:*

*Non meus est error: nocuit librarius illis,*

*Dum properat versus annumerare tibi, &c.*

Sic Scævola<sup>k</sup>, Si librarius in transcribendis stipulationis verbis er-  
rasset, nihil nocere, quominus & reus & fideiussor teneatur.

Et Horatius lib. de arte.

*Et scriptor si peccat, idem librarius, vsque, &c.*

Et in l. fin. de iure immunitatis lib. 5. P. tit. 6. Inueniuntur librarij hor-  
reorum depositorum, &c.

Hodie & confunditur appellatio Notariorum cum librariorum of-  
ficio, ut & hodie dicuntur Notarij summi Pontificis: qui & ideo Pro-  
tonotarij: qui in consistoriis Papæ prope summum pontificem ad  
scribendum adsunt: de quorum dignitate agit constitutio 2. Pij. 2. quæ  
incipit cum seruare, anni 1459. In bullario Cherubini.

Sunt ea ratione & dicti notarij cameræ Apostolicæ, de quorum of-  
ficio & privilegijs agitur in Pauli 2. constitutione septima, de officio  
& exercitio Notariorum incipiente, inter præcipuas, sub data 7. cal.  
Augusti 1469. In di. Bullario Cherubini.

Dicuntur

Dicuntur & diuersis nominibus in cancellaria Romana qui scriptu-  
ræ vacant, ut scriptores maioris parci, scriptores rescribendarij, abbrevi-  
atores minoris parci, notarij cancellariæ & similes, de quibus apud  
Octavianum Vuestrium, libro 1. introductionis in aula Romanæ a-  
ctionem c. 4.

De literarum vsu & mysterijs.

CAPVT. II.

Vulgare & tritum est, sed mirabile tamen, & diuinum quoddam  
beneficium, mētis notas exprimi per verba articulata, accedente  
consensu significationis. At vocis fugientis sonitum mentemque reti-  
nere literis & signis, mirabilius & vtilissimum, non tantum præsentibus,  
sed etiam in futuris seculis, quæ absentes mentis & vocis nostræ,  
sine errore participes faciant, sinēq; strepitu tractāt. Sic inquit Quinti-  
lianus<sup>a</sup>, vsus est literarū, ut custodiant voces, & velut depositum red-  
dant legentibus. de literarum laude, immortalitate & diuinitate, latē  
Diodorus Siculus<sup>b</sup> tractat.

His thesaurus omnium doctrinarum diuinarum & humanarum, re-  
conditur contra Tyrannorum & inuidorum & temporum iniurias  
conseruatur: hinc librorum compositio, ex paucissimis lituris in in-  
finitum contexitur. Diuinum miraculum certē ut ex 24. notis, & in-  
terdum apud aliquas nationes paucioribus, infinita vocabula, mentes  
diuersæ, contrariæ, actus omnium hominum, & ipsæ cogitationes pos-  
sint efficacius & perfectius quàm ipsa pictura repræsentari. fiuntque  
scripturæ ad perpetuam rei memoriam. conseruat enim scriptura quæ

hominis memoria non potest complecti. nam omnium haberi me-  
moriæ scripturam, quod homines securitati scripturæ confidentes,  
memoriam non excolerent, quod & refert Quintilianus<sup>c</sup>.

2 Antiqui Hebræorum theologi referente Francisco Veneto, di-  
cunt, viginti duabus literis hebræorum contineri, triginta duabus se-  
mitis mundum creatum esse à Deo, ut scribit Rabinus Abraam libro  
Sopher ietzira, 1. *Libro de formatione seu creatione.* & per tres priores li-  
teras, significari tria elementa, terram, aquam, ignem. ex quibus omnia  
componuntur & conglutinantur per aerem: quem non elementum,  
sed elemētorum vocat glutinum: per septem autem sequentes, septem  
planetæ, per duodecim, signa Zodiaci in quibus bis trinus reperitur  
nomen elohim.

3 Refert & idem, aliud ex literis mysterium ex c. 3. Geneseos, ex  
vestimento quo vestiuit Deus Adamum, quod fuit pellis agni qui oc-  
cisus est ab origine mundi, ut ait apocalyp. c. 13. symbolum agni veri,  
cuius meritis peccata teguntur, prædictum mysticè nomen Domini  
nostri IESU CHRISTI nam in dictoc. 3. Geneseos, scriptum est de il-  
lo vestimento pelliceo, quod de eo Deus מילביש veialabissam, 1. &  
vestiuit eos, scilicet Adamum & Euam. quæ literæ si inuertantur effi-

a lib. 1. institu-  
tionum, c. 7.  
b lib. 12. bi-  
bliotheca.

c c. 7. de remi-  
cia. in sex. c.  
tertio loco, de  
proba. 1. con-  
trahitur, de pi-  
gno. 20. cum  
similibus.

d c. ut nostrum  
ut ecclesie be-  
nesi, siue diui.  
conferam. l. 2.  
§ si quod, vers.  
omnium, de ve-  
teri iure enu-  
clean. C.

e lib. 11. insti-  
tutionum c. 2.

f eadem se-  
ctioe 1. pro-  
blemate 59.

ciant *לשון* *Labam*, id est IESVS in corde eorum.

4 Ex literarum ordine, electos principes, magistratus, & sacerdot-  
a *li. 2. utopia.* tes, apud Vtopiensis refert Thomas morus.<sup>a</sup>

5 Literæ seu scripta, vt fideles depositarij, & bona & mala quæ eis  
b *Iacob. c. 3.* committuntur immutata seruant, illæ vel pacem, vel bellum, vel pro-  
ditionem, vel quiduis aliud exaratum non mentiuntur, & vt lingua  
multorum bonorum & malorum esse causa potest, vt est apud D. Ia-  
cobum<sup>b</sup>. Sic literæ, & disciplinam diuinam bonasque artes conferuant,  
& malos ad posteritatem traducunt, nisi aboleantur.

Eo referenda fabula seu ænigma Cadmi, quem dicunt primùm lite-  
ras à phœnicibus inuentas, inuexisse & serpentis extincti dentes in ter-  
ram feminasse, exque hac semente subito extitisse duas galeis & hastis  
armatas acies, quæ se mutuis vulneribus confecerint. Figuræ quippe e-  
lementorum lanceas & galeas referunt. Si inspicias enim os serpentis,  
numeres & infernos & supernos dentes, tot reperies quot primùm  
literas attulit Cadmus, nempe sedecim, ortiosæ autem sunt sic ordine  
positæ vt natæ sunt, dum dissipantur vero & seminantur plures ita nu-  
mero variæque digestæ, viuunt, agunt, pugnant; id si non credis cõside-  
ra qua strage se vicissim conficiunt inquit Erasmus<sup>c</sup>. Hodie qui literas  
profitentur: eoque proditoria literæ, in damnũmque alicuius clam  
conscriptæ, perniciosiores, quia mutæ & velut elingues, nutibus lo-  
quuntur.

Quemadmodum olim, vnus Mithridatis literis, vno omnes die ci-  
d *lege Mani-* ues Romanos iugulatos, refert Cicero<sup>d</sup>, & Augustinus, Quibus simi-  
lia. les fuerunt literæ, per impium Amanum à rege Assuero de necandis  
c *de ciuitate* vno die omnibus Iudæis in imperio existentibus impetratæ, quales &  
Dei *li. 3. c. 22.* illæ forsitan quæ de templariis vna nocte tollendis admonuerunt præ-  
f *Esther c. 3.* fectos, & aliæ similes, de quibus cum frequentiores sint quàm permit-  
tere debeat humanitatis ratio, supersedebõ. Perniciosiores & illæ, quæ  
dicuntur literæ Vriæ.<sup>e</sup>

Quando videlicet quispiam defert secum literas, quibus mandatur  
necari ab iis quibus differt, quales datæ sunt à rege Dauide, Vriæ.<sup>b</sup>

6 Vsi quidam sunt literis diuerso vsu, alij ad sobrietatem, alij ad  
voluptatem. Sicut Antonius Geta iubebat conuiuia sibi apparari à ser-  
uis, per singulas literas, ita vt in vno quoque prandio esset vnus literæ  
cibus, vt A. aper, anser, anas, P. pullus, perdix, pavo, porcellus,  
piscis perna.<sup>f</sup>

7 Sunt obligationes, quæ ex literis tantum oriri posse dicuntur<sup>g</sup>.

Vnde nec faciles quidam ad scribendum vel subscribendum fiunt,  
quia litera scripta manet. Quod & cauere maximè debent principes,  
à quibus multa per obreptionem impetrantur, & suscribenda offerun-  
tur, quæ postea vel illis nocere possunt. Et ita prudenter exemplo  
mater Theodosium imperatorem admonuit. Si quidem cum Theo-  
dosius iunior imperator, omnibus facilè chartis oblati sine discretio-  
ne se subscriberet, mater eius Pulcheria augusta, obtulit Syngrapham  
subscribendam, qua venditio et alienatio vxoris continebatur, quam  
subscripsit: vbi autem petiisset à matre postea vxorem, illa ei dixit suam  
amplius non esse, quod vendidisset, vt apparebat ostensa syngrapha  
et ita

i *ut ait Spar-*  
tianus in An-  
tonio Geta.  
k *in tit. de li-*  
terarum obli-  
gationibus a-  
pud Iustinia-  
num in insti-  
tutionibus.

et ita illum ne temerè subscriberet astutè correxit, vt scribit Nicepho-  
rus Calixtus.<sup>a</sup>

9 Erant Romanis literæ, iudiciorum vel suffragiorum: in illis no-  
tæ, vt A. absolutionis nota: C. condènationis: N. L. nõ liquere, in suspen-  
sionis iudicij tabula, interdum et *Θ. Θάρα* *Θς* mortis nota. quæ notæ in  
tabellis quæ dabantur iudicibus signabantur.

10 Erat vsus literarum in ioco et honesto ludo antiquis, vt et nunc  
inter peritos et artis poetices amatores, vel aliarum doctrinarum.

Vt si metris certetur, iisdem numeris dicere oporteat, incipientibus  
metris ab eadem litera. vt si quis dixerit, *Ante mare & terram, & quod  
tegit omnia cælum* alius ordiatur. *arma virumque cano Troiæ, qui primus  
ab oris, &c.*

Vel si oporteat sequentem, per proximam literam per B. et postea  
3. per c. incipere. vel ex certo auctore tantum, vel ex aliis. Item si  
ex Homero vel aliis oporteat versum efferre ab eadem litera inci-  
pientem, et in similem desinentem. vt *asit, at illi dixit velociã ver-  
ba.*

Vel si proferendi sunt versus vicissim, cum primis pares termina-  
tiones habentes,

vt, *Ilion aufugiunt, & vani & nomine primi*

*Hippolochus peperit, sum natus filius illi, &c.*

de quibus et similibus tractat Athenæus<sup>b</sup>.

Refert et eodem loco Athenæus, quosdam in literis acumen ingenij  
ostendisse: vt quamuis omnes videantur pronúciationi necessariæ, tamẽ  
quoddã opus peregerint, in quo vna litera nõ inueniretur. Fuitq; eius-  
modi lasi Hermionis oda, quæ centauri inscribitur, a sigma sine *σ.* et  
Hymnus qui ab eodem Laso factus est in Cererem, vt Heraclites Pon-  
ticus scribit<sup>c</sup>. Sicuti et Musici sæpe, *σ.* proferre sæpius deuitarunt, velut  
Aristoxenus, quoniam aspera sit ori eius pronúciatio, Tibiisque mi-  
nimè congrua, r. vero contra, ob facilitatem pronúciationis, sæpius d  
assumunt, vt scribit idem Athenæus.<sup>d</sup>

Magis laboriosum quod scribit Hefychius Milesius illustrius; libro  
*Θεσβων*, quod Nestor Lycius composuit Iliadem certis literis caren-  
tem, nam in primo libro qui per *α*, notatur, nullum *α*, inuenias: atque  
ita in omnibus libris alphabeti græci ordine distinctis, deest sua cui-  
que litera: et quod ad eius similitudinem Tryphiodorus scripsit O-  
dyseam. Vidi ego quosdam libellos ab vna litera habentes omnes  
versus dictiones vsque ad finem incipientes, vt in pugna quadam  
porcorum per p. quæ incipit *Parcere porcellis parcendo parcite porcis,*  
&c.

11 Inuenio quoque literarum ordinem inferuisse quibusdam, non  
tantum ad numeros exprimendos, vt vulgare est, sed etiam ad digni-  
tatem significandam hominum translatione facta à numero et albo in  
quo digniores priores scribuntur.<sup>e</sup>

Ita Martialis<sup>f</sup> Alpha & Beta vtitur, pro digniore & primo præstan-  
tiori, & pro sequente.

*Quod alpha dixi Codre penulorum;*

a *lib. 14. histo-*  
ria ecclesiasti-  
ca. c. 23.

b *lib. 10. di-*

gnosofiston.

c *f.*

d *lib. 3. Musi-*  
ces.

e *lib. 11. c. 4.*

f *l. 1. & 2. de*  
albo scriben-  
lib. 50. P. 11. 3.  
f *li. 5. epigr.*  
27.

Te nuper aliqua cum idcarer in charta:  
Si forsan bilem mouit, hic tibi versus,  
Dicat licebit Beta me togatorum.

a libro 1. de ci-  
uitate.

Et Hefychius Milesius Illustrius<sup>a</sup> ait Eratosthenem literæ βῆτα co-  
gnomento vocitatum: quod summis proximus in omni disciplinæ ge-  
nere secundas teneret partes.

b lib. 3. epi-  
gram. 57.

Et rursus Martialis<sup>b</sup> in fictum diuitem.

Quem non laceramus Publius meus vincit,  
Non ipse codrus alpha penulatorum.

c ca. priuatum.  
6. cum 3. se-  
quentibus, &  
cap. apostolor.  
12. & 32. &  
ca. 11. synodi  
Chalcedonen-  
sis. in concilio  
Niceno ca. 15.  
& 16. & lib.  
2. Clementis.  
d lib. 2. tit. 227.  
e parte 6. c.  
434. & seq.  
435.

Fuit & in Nicena synodo, constituta formula quædam literarum pa-  
cificarum, seu commendatitiarum, quæ dicebantur formatæ, sine qui-  
bus peregrinari clerici non debebant, quæ dabantur ab episcopo cuius  
erat episcopatus<sup>c</sup>, forma verò traditur, in tota 73. distincti. decreti Gra-  
tiani apud Burchardum<sup>d</sup>, Iuonem, e vt in principio poneretur in no-  
mine Patris ω. & Filij υ. et Spiritus sancti α. ω. & alia quæ literis desi-  
gnantur vt in sequenti Schemate, ex Burchardo correcto, ex quo nu-  
merus certus colligebatur

Latine.	Significata	Signa.
		literarū primarū & aliarū 2. & 3. 4.
Pater	Πατήρ	ω. 80.
Filius	υἱός	υ. 400.
Spiritus	ἄγιος	α. 1.
Petrus	Πέτρος	ω. 80.
nomen episcopi mit- tentis	ῥαθόλδης	ρ. 100.
nomen eius cui mitti- tur & 2. eius litera	ῥοσέρθε	ο. 70.
nomen missi & eius 3. litera	σιστήναρος	σ. 200.
Nomē literę loci vnde mittitur & 4. eius litera.	τρεueris	υ. 40000.
Indictionis numerus quę erat eius anni 906 quo tēpore Burchar- dus misit hanc for- mulam.	Et in fine semper addendum	θ. 9. α. 1. μ. 40. ν. 8. ξ. 50. } 99.

Summa omnium, numerus 1439.

Ita in formatis literis obseruanda dicuntur in forma tradita in ca. in  
nomine Patris, 73. distinctione decem  
primum, vt prima litera ωατρος græcis characteribus sumatur ω.

- 2. & prima litera filij, υἱός υ.
- 3. vt in prima litera spiritus sancti ἄγιος α.
- 4. prima litera principis apostolorum, ωέτρος ω.

5. prima

- 5. prima litera episcopi literam formatam scribentis.
- 6. secunda litera eius ad quem scribitur.
- 7. tertia litera eius qui accipit, seu qui mittitur aut defert literas.
- 8. quarta litera loci ex quo scribitur epistola.
- 9. numerus indictionis, anni illius quo literæ scribuntur.
- 10. αμην, numerus semper addendus ex Græcarū literarum numeris.

Vt constat ex Iuone<sup>a</sup>, Canonica istę dictæ formatæ sunt literæ, a In 6. parte  
notis prædictis literarum distinctæ & compositæ, nempe epistolæ ec-  
clesiasticæ ex decreto patrum in consilio Niceno certis characteribus  
conformate, quas episcopi clericis iter ingredientibus tutelæ gratia, &  
fraudis euitandæ salui conducti seu fidei publicæ instar, impartiri so-  
lebant, ne tempore hæreticorum & paganorum obrepere possent epi-  
scopis, & indigni ab his beneficium accipere.

Refert Gregorius Nazianzenus<sup>b</sup>, & ex eo Sozomenus<sup>c</sup>, Iulianum  
Cæsarem, æmulatum fuisse notas episcopialium literarum, quibus so-  
lebant inter se scribere commendareque peregrinos, quas hæretici  
non intelligerent<sup>d</sup>.

Arbitraret ergo his formatis literis vsos fuisse antiquos, & in pacifi-  
cis, & in dimissoriis, & in commendatitiis epistolis, quanuis sint aliqui  
qui formatas ab his distinguunt: quorum tamen non video causam a-  
liam, quam quod in his contineantur quæ pro tessera fidei recipiebant  
illam, formam. Causæ quippe scribendi erant & sunt diuersæ: sed vna  
tessera seu forma internoscendi num legitimè fuissent scriptæ literę,  
an sine fraude vel suppositione. Ita litera τετυπομῆραι εἰρηνικῆ, id est,  
formatę pacificę, erit com meatus seu licentia iter agendi, his quibus  
dabantur, & quibus testatum erat his ad quos mittebantur, quod  
missi, erant probi, & communionis, & societatis ecclesię. Ita literę τε-  
τυπομῆραι ἀπολυτικῆ formatæ dimissoriæ, quę ostēdunt ex dimissione  
antistitis concedentis, episcopum vel clericum transiturum, sine qui-  
bus in aliena diocesi ordines etiam accipere potest.

Subinde, & literæ dicētur τετυπομῆραι συστατικῆ, formatæ commē-  
datitiæ, quę dantur inter ecclesiasticos, pro suspectis & absolutis: in te-  
stimonium innocentię, quibus & commendantur impetrantes, & eo-  
rum ordinatio declaratur.

Non inficior tamen literas pacificas dimissorias, commendatitias  
fieri aliquando sine forma illa synodi, at dico formatas de omnibus  
fieri posse.

Quemadmodum & literę etiam systaticæ, pro commendatitiis e-  
tiam & pro testimonialibus seu pacificis inueniri lego, in cap. 12. & 32.  
Apostolorum: in illo enim 12. sic scriptum, εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἀφω-  
ρισμῆρος, ἢ ἔτι ἀδελφὸς ἀπελθὼν ἐν ἑτέρῃ πόλει, δεχθῆ ἄνευ γραμμάτων συστα-  
τικῶν, ἀφοριζέσθω καὶ ὁ δεξαμένος καὶ ὁ δεχθείς, & c. id est. Si quis clericus  
à communionē segregatus, seu nondum in communionem receptus,  
ad aliam profectus ciuitatem, sine literis systaticis receptus fuerit, à  
communionē excluditur tum qui recipit tum qui receptus est. & c.

In cap. 32. Μηδὲνα τῶν ξένων ὀπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων ἢ διακόνων ἄνευ συ-  
στατικῶν προσδέχεσθαι, id est, nemo episcoporum peregrinorum, aut  
presbyterorum, aut diaconorum suscipiatur, sine literis systaticis:



Pro literis etiam commeatus, sylvaticus literas etiam dici, constat ex Nouella Iustiniani 6. quomodo oporteat Episcopos capite tertio. Non autem aliter, inquit Iustinianus, aliquem Deo amabilem episcoporum præsumere dirigere se ad hanc felissimam civitatem (statuimus,) priusquam siquidem episcopus sit, literas acceperit proprij metropolitæ ad imperium. Et quæ secundum diuinas regulas ους αριμδ καλ ερμδν, testimonium perhibentia eius necessitatis, &c. eo pertinet c. 9. §. interdici-mus autem, Nouellæ 123. de sanctissimis episcopis.

Formatæ omnes literæ etiam dici poterunt, omnes quæ factæ sunt ex forma certa & determinata, non ex arbitrio: ut etiam sacræ formæ & pragmaticæ formæ. In iure Nouellarum dicuntur ab imperatore, non nisi ex certis causis certaque formula expeditæ<sup>a</sup>. Tractauit porro ex professo de literis canonicis pacificis, formatis, commendatitiis, & dimissoriis, Geraldus Rodolphus Grauens in libello eius tituli.

De diuersa materia, in qua literæ scriptæ aut impressæ dicuntur.

## CAPVT III.

Notissimum est librorum nomen tractum fuisse à libris, id est tenuioribus corticibus arborum, in quibus olim quoque ante chartarum inuentionem est scriptitatum. Sicuti & quibusdam aliis loco chartæ: ut multis explicat Cassiodorus<sup>b</sup>. Et Plinius<sup>c</sup>. Dū de arbore papyri Ægyptiaca, agit. Prius, inquit, quàm digrediamur ab Ægypto, & papyri natura dicetur, cum chartæ vsu maximè humanitas vitæ constet & memoria. Et hanc Alexandri magni victoria repertam author est Marcus Varro condita in Ægypto Alexandria. Antea non fuisse chartarum. vsu: in palmarum folijs primo scriptitatum: deinde quarundam arborum libris, postea publica monumenta, plumbeis voluminibus. Mox & priuata linteis confici cæpta, aut ceris: Pugillarium enim vsu fuisse etiam ante Troiana tempora, inuenimus apud Homerum. Illo vero prodente, ne terram quidem ipsam totam fuisse, quæ nunc Ægyptus intelligitur cum in Sebennitico saltem eius nominis charta nascatur. Siquidem à Pharo insula qua nunc Alexandriae ponte iungitur, noctis dieique velifico nauigij cursu, terram fuisse prodidit. Mox emulatione circa bibliothecas regum Ptolomæi & Eumenis, supprime chartas Ptolomeo, idem Varro membranas pergami tradidit repertas. Postea promiscuè patuit vsus rei, qua constat immortalitas hominum. Papyrus ergo nascitur in palustribus Ægypti, &c. Hæc Plinius. Hinc collige, quia libri, id est tenuiores arborum cortices, chartæ olim vsu præbebant, codices quoque qui ex illis confarcinari solebant dictos. Mansitque priscum nomen etiam nunc mutatis chartarum generibus. Dicti & codices ab arborum codicibus ex quibus antiqui tabulas ligneas ad scribendi vsu solebant conficere. eisque ceras obducere. Refert Liuius<sup>d</sup> de chartarum inuentione varia & antiquitate.

Refert Quintus Septimius, in vita Dictys Cretensis, cuius libros transtulit

<sup>a</sup> ut in Nouella 113. in medio liis nõ fieri sacras formas. & in ca. 9. §. quia vero verisimile, Nouella 7. de non alien. vel permutan. rebus eccles.

<sup>b</sup> lib. II. variarum. ca. 38. c. lib. 13. ca. 11.

<sup>d</sup> superiore li. bro c. 12. & 13.

transtulit, quod is Dictys Cretensis ex Gnoso ciuitate, fuerit in expeditione contra Ilium, & de bello Troiano sex volumina in Tiliis digesserit phœniceis literis, quæ iam reuersus in Cretam Præcepit moriens ut secum sepelirentur, quod & factum est in arcula plumbea in eius tumulo: postea autem anno trigesimo Imperij Neronis terræ motu facto sepulchrum apparuisse, & apertam arculam inuentam à pastoribus, qui eam cum voluminibus tulerunt ad præxidem eius loci dominum, qui Rutilio Rufo eius insulæ, præfidi obtulit. Is autem ad Neronem transmisit qui in Græcum sermonem transferri iussit. Meminit Quintus Curtius libro octauo, in India liberos arborum teneros, haud secus quàm ceras literas notas capere.

2 At scriptum & folijs arborum, vel probare potest appellatio communis membranæ & chartarum digestarum in volumina: dicuntur enim folia, adest testimonium Virgilij<sup>a</sup> dum de Sibylla. Cuius mæa agit.

Fata canit folijsque notas & nomina mandat.

Quæcunque in folijs descripsit carmina virgo.

Digerit in numerum atque antro seclusa relinquit

Illa manent immota locis, nec ab ordine cedunt.

3 Vlpianus<sup>b</sup> Librorum, inquit, appellatione continentur omnia volumina siue in charta, siue in membrana sint, siue in quauis alia materia: sed & si in phylira, aut in Tilia ut nonnulli conficiunt, aut in quo alio corio, idem erit dicendum. Quod si in codicibus sint membranæ, vel chartaceis vel etiam eboeis, vel alterius materiæ: vel in ceratis codicillis, an debeantur videamus. Et Caius Cassius scribit, debent & membranas libris legatis, consequenter igitur cetera debebuntur, &c.

4 Scriptitatum quodcunque nomine Tabularum venire docet, idem Vlpianus<sup>c</sup>, tabulas, inquit, testamenti accipere debemus omnem materiæ figuram. Siue igitur tabulæ sint lignæ, siue cuiuscunque alterius materiæ, siue chartæ siue membranæ sint, vel si corio alicuius animalis, tabulæ rectè dicuntur.

Martialis lib. 14. in apophoretis materias aliquas quibus scriberetur paucis distinguit.

Pugillares Citrei apop. 3.

Seçta nisi in tenues effemus ligna tabellas,

Effemus Libyci nobile dentis onus.

Quintuplices 4.

Cede iuuenorum domini calet area felix,

Quintuplici cera cum datur altus honor.

Pugillares Eburnei 5.

Languida ne tristes obscurent lumina cære

Nigra tibi niueum litera pingat Ebur.

Triplikes 6.

Tunc triplices nostros non vilia dona putabis,

Cum se venturam scribet amica tibi.

<sup>b</sup> In libro rum 52. de legat. 3. li. 32. P.

<sup>c</sup> l. i. de bonorum possess. secum. tabulas lib. 35. P. tit. 116.

Pugillares membranei 7.

*Esse puta ceras, licet hæc membrana vocentur*

*Delebis quoties scripta nonare poter.*

Virelliani 8.

*Nondum legerat hos licet puella,*

*Nouit quid cupiant vitelliani.*

Idem Vitelliani 9.

*Quod numos cernis, mitti nos credis amice,*

*Falleris, & numos ista tabella rogat.*

Chartæ maiores 10.

*Non sunt munera, quæ putas puella,*

*Cum donat chartas poeta vacuas.*

Chartæ Epistolares 11.

*Seu leuiter noto, seu charo missa sodali.*

*Omnes ista solet charta vocare suos.*

5 Scriptum autem calamis in chartis, docere idem videtur eodem libro Apoph. 38.

Fasces calamorum.

*Dat chartis habiles calamos memphitica tellus.*

*Texantur reliquæ tæta paluda tibi.*

Et Theca calamaria ap. 19.

*Sortitus Thecam calamis armare memento:*

*Cætera nos dedimus tu leuiora para.*

Item scriptum graphiis, apoph. 21. Graphiarium.

*Hæc tibi erunt armata suo graphiaria ferro.*

*Si puero dones, non leue munus erit.*

6 In pellibus quoque scriptum, idem Martialis eodem lib. tradit.

Homerus in membranis 184.

*Ilias & Priami regnis inimicus Ulysses,*

*Multiplici pariter condita pelle latent.*

Vergilius in membrana 186.

*Quam breuis immensum cepit membrana Maronem?*

*Ipsius vultus prima tabella gerit.*

Cicero in membranis, a. 188.

*Si comes ista tibi fuerit membrana, putato*

*Carpere te longas cum Cicerone vias.*

Vocat & pelles membranas, ap. 190. Liuius in membranis.

*Pellibus exiguis arctatur Liuius ingens,*

*Quem mea non totum bibliotheca capit.*

8 Scriptitatum & in tabulis gypfatis, vel dealbatis publicè propositis<sup>a</sup>.

9 Adrianus Imperator, libris linteis quotidiana sua scribi præceperat, qui erant in bibliotheca Vlpian<sup>b</sup>.

Senatusconsulta quæ ad principes pertinerent diu in libris Elephantinis scribebantur, quos reperit Vopiscus in bibliotheca, ut ipse testatur in vita Taciti Cæsaris.

10 Refert Seneca<sup>c</sup>, quod Caudex ob hoc ipsum sit appellatus, quia plu-

<sup>a</sup> ut liquet ex l. si quis id quod. 7. de iurisdic. omn. indic. P. & tit. de alio scribendo, P. lib. 50. tit. 3. cum similib.  
<sup>b</sup> Flavianus Vopiscus in Augustiani vita. c libro unico de breuitate vite ca. 13.

quia plurimum tabularum contextus, caudex apud antiquos vocabatur, unde publica tabulæ codices dicuntur, & naues nunc quoque inquit quæ ex antiqua consuetudine commeatus subuehunt, caudicariæ vocantur.

Cautibus etiã olim maiorū gesta apud Danos scripta testatur Saxo Gramma. in præfatio. histo. Danicæ.

11 Et ne diutius immorer in tritis, semel dixisse sufficiet in genere, omnem materiam in qua pingi, & sculpi potest, capacem quoque esse scripturæ. & literarum. Sed illud quod mirabile videtur, non præmittam, quod quidam curiosè desiderant scire: ut scribi possint quædam in disco lunæ sicut dicunt, quod variis modis quidam explicant, quos nec referre christianum forsan videretur. Dicam tantum quod Suidas refert, in verbis Θεσσαλη γυνή, *Thessala mulier seu venefica. Est inquit, Pythagorus ludicrum per speculum huiusmodi luna plena, si quis speculo, sanguine quantum voluerit inscripserit, & obuerso lunæ speculo, alium à tergo stantem lunam intueri iusserit is leget omnia scripta in speculo, quasi in luna scripta essent.*

Modum etiam significandi hostium secreta longè distantibus, per vas aqua plenum & per ignem, tradit Polybius. <sup>a</sup> lib. 10.

12 Inuentum, sed magis ab homine alienum quàm mirabile, imprimere vel inurere hominibus seu cuti illorum literas & stigmata, non minus quàm materia alteri carenti vita. ut ait Vegetius de re milita. <sup>b</sup> punctis signorum scribendus Tyro, & imperatores Arcadius & Honorius, *stigmata, hæc est nota publica, fabricensium brachiis ad imitationem tyronum infligantur, ut hoc saltem modo possint latitantes dignosci. &c.* Sicut & Zeno Cæsar, <sup>c</sup> *uniuersos inquit aquarios vel aquarum custodes quos hydrophylacas nominant, qui omnium aquaductuum huius regie vrbs custodes deputati sunt singulis, manibus eorum, felici nomine pietatis nostræ impresso signari decernimus, ut huiusmodi annotatione manifesti sint omnibus. &c.*

Accedit Constantini lex<sup>c</sup>. Siquis inquit, *in metallum fuerit pro criminum deprehensorum qualitate damnatus, minime in eius facie scribatur cum & in manibus & in suris, possit pœna damnationis vna inscriptione comprehendi qua facies, quæ ad similitudinis est cælestis figurata, minime maculetur.* In signum maleficij character ita inuritur cuti in parte aliqua corporis<sup>f</sup> quod & fit in Gallia.

Solebat & Romæ calumniatorum frontibus inuri litera lz, ut ait Cicero pro Roscio Amerino.

Ex constitutione Henrici 7. regis Angliæ, in Anglia sub pollice manus inuritur character, M. homicidis, vocant *murte* homicidium: furibus litera T. quia vocat furem *thesht*. Polid. Virg. Recenset diuus Ioannes<sup>h</sup>. quod tempore antichristi omnes pusilli & magni, & diuites, & pauperes, & liberi & serui, habeat characterem bestię in dextera manu sua, aut in frontibus suis: & ne quis posset emere aut vendere, nisi qui habeat characterem aut nomen bestię aut numerum nominis eius. Fuit quidam Histiaus nomine, in Asia natus, qui cum

<sup>c</sup> ad audientiam de crim. falsi. lib. 5. tit. 20.

<sup>g</sup> li. 26. histo. Anglica. h in apo. c. 13.

in Persis apud Darium esset, Aristagoræ cuiusdam res quasdam occultas cum nuntiate furtiuo scripto vellet seruo suo ægro capillum ex capite omni, tanquam medendi gratia derasit, caputque eius leue in literarum formas compinxit quæ voluit. hominem postea quoad capillus adolesceret domi continuit, & ubi factum hoc est, iussit eum ire ad Aristagoram, & cum ad eum inquit veneris, mandasse me dicito ut caput tuum sicut nuper egomet feci, deradat. quod ad eum perueniēs dixit seruus. deraso autem capite Aristagoras perlegit literas ut refert Gellius.<sup>a</sup>

a. lib. 17. c. 9.

13. Illud magis mirabile quod ferunt Epimenidis Phæsti aut Do-  
fiadæ, aut Asiasarchi filium defuncti, cutem longo tempore post li-  
teris distinctam repertam fuisse, ut scribit Suidas in Epimenide.

14. Potuit & tantum ars & ingenium hominum, ut feminibus re-  
rum arborum, & florum, inscriptiones accommodauerit, quæ dein-  
ceps cum fructibus & floribus etiam latius se extendant, & ut naturalia  
quoddam in progenita transfundant.

Non minus quam odoribus & diuersis saporibus macerata & tem-  
perata vel imbuta femina, dum fructum retulerint, eadem ipsa quibus  
imbuta sunt sapius retinent.

Eo pertinet quod ait Virgilius ecloga 3.

*Dic quibus in terris, inscripti nomina regum.*

*Nascantur flores, & Phyllida solus habeto.*

De quo & Crinitus,<sup>b</sup>

b lib. 3. de ho-  
nesta discipli-  
na. cap. 3.

15. Addamus quæ humanam quodammodo superant fidem, sed  
non diuinam potentiam, tantam esse imaginationis & cogitationis  
efficaciam: ut sæpe Dei voluntate quæ quis continuè cogitat articu-  
late in parte aliqua corporis appareant: sicut legimus de Ignatio,  
quod inter omnia sibi illata tempore passionis tormenta nunquam ab-  
inuocatione nominis I E S V S cessabat, & requisitus à Tortoribus cur  
hoc nomen toties replicaret: respondit, se nomen hoc cordi inscriptum  
habere: quo deinceps à leonibus suffocato & lacerato, tortores vo-  
lentes curiosius quod sanctus dixerat experiri, euulserunt à corpore  
eius cor, atque illud per medium scindentes inuenerunt cor eius  
totum scriptum hoc nomine, literis aureis, I E S V S C H R I S T V S.

Simile quod refertur in libro dicto apum, de quodam christiano  
captiuo, qui quum inferuaret gentili tyranno, & honestè in-  
ter alios famulos retineretur, ille, nihilominus tristis, & geme-  
bundus perpetuo incedebat: cuius miratus tyrannus, cum quæreret  
cur non gauderet cum aliis, respondit se quidem cum illis gaudere,  
verum semper stigmata passionis Christi in corde portare. Quo com-  
motus tyrannus, aut indignatus, ego experiar inquit, quæ dixisti  
statimque iussit aperto corpore martyris cor eius euelli, & per  
medium cultro secari, in quo res miranda Tyranno, cum suis  
apparuit & pro sigillo pars vna cordis, altera crucifixi Christi ima-  
ginem continens reperitur. Quo viso tyrannus cum suis credidit, &  
baptismum suscepit.

In eodem.

in eodem libro aliud refertur de priore ordinis predicatorum in Ar-  
gentina ciuitate Theutonix, qui semper siue gradiens siue sedens,  
signum crucis in pectore delineabat: & quod post mortem eius multo  
tempore consumptis carnibus, in osse pectoris, cui ex vtraque parte  
coherent costæ, superius inuentum sit signum crucis substantia ossea  
spissitudine euidentissima eleuata. Proditur ab antiquis de Epimenide  
qui vixit ad minus 154. annis, cuius anima ut scribunt, & si fides adhi-  
benda, quoties volebat egredi & emigrare consueuerat, quod eius  
pellis longo post tempore mortis, notis quibusdam inscripta reperta  
fuit, vnde prouerbiū *Ἐπιμένιδος ἐπιπέλας*, de rebus miraculosis, ut ait  
Suidas.

16. Non possum præterire adhuc aliam speciem materiæ, in qua  
sed diuinitus & inuisibiliter, inscribitur voluntas Dei & lex in fideli-  
bus, nempe cordis, ubi dicuntur carnales esse tabulæ non lapideæ,  
quibus inscripturum se suam legem in suo aduentu Deus testatus est,  
& ita illustrantur mentes supernaturali lumine, de qua materia paulo  
latius in libris Dei dicemus.

17. Materia etiam & charta alia, cui inueni alias literas depictas  
mihi planè incognita est, ut & compositio eius encauti quo scriptatū  
fuit in ea, cuius inquisitione ideo prætermittam referam exēpla. Illud in pri-  
mis ex Casario, qui ait ciuem quendam fuisse Coloniensem, cui ea esset  
consuetudo, ut dum solus esset semper oraret, & deambulando po-  
tissimum salutationem angelicam repeteret, eumque mortuum ap-  
paruisse cuidam nepti suæ habitu splendido, in quo maximè in caligis  
& calceis scriptus erat per totum versiculus *Aue Maria gratia plena,  
Dominus tecum. &c.*

In libro qui scala cæli inscribitur, narratur fuisse quendam sacer-  
dotem deuotum, qui peracto missæ sacrificio vidit retro altare diabo-  
lum scribentem in charta membrana, quam vocant pergamenam,  
longissima, quam cum omnino scripta deficeret, etiam dentibus more  
futorum extendere nitēbatur, ut capaciore esset maioris scripturæ.  
ad quæ accedens sacerdos in virtute domini nostri I E S V C H R I-  
S T I præcepit ut in præsentia populi diceret, quid ibi scripsisset,  
Respondisse autem dæmonem, hæc scripsi omnia peccata, mendacia,  
detractiones, aspectus impudicos, cogitationes immundas, vanitates,  
& omnia peccata populi tui, quæ hodie in ista ecclesia commiserunt:  
quia hæc facta maximè in ecclesiis multum Deum offendunt, &  
nos inimicos eius lætificant. Tuncque sacerdotem assumpta mem-  
brana, & peccatis lectis, populo nunciauit, cumque ad monitionem  
sacerdotis perfectè fuissent confessi, totam illam scripturam fuisse  
à charta deletam, & dæmonem confusum recessisse.

Non pigebit etiam aliam scripturam horribilem à mortuo quo-  
dam sophista portatam, de qua in libro exemplorum<sup>a</sup> hisdem verbis  
sic narratur. Magister Silo, quendam suum scholarem ægotantem  
obnixè rogauit, ut post mortem suam ad se rediret, & statum suum  
sibi renunciaret.

<sup>a</sup> *Distinct. 8.  
c. 65. ex ex-  
cerptis ex vi-  
tis sanctorum.*

Post aliquot igitur dies, apparuit cum cappa de pergameno, tota de sophismatibus descripta & intus flamma ignis contacta: Qui requisitus a magistro quisnam esset, ait: ille utique sum, qui ad te redire promisi. & de statu suo requisitus ait, hæc cappa plus super me pondeat & plus me premit, quam si vnam turrim supra me haberem: & est mihi data ut eam portem pro gloria quam in sophismatibus habui. porro flamma ignis qua cooperta est, pelles sunt delicatæ & variæ quas ferebam; quæ flamma me cruciat, & exurit. Sed cum magister illam leuem pœnam iudicaret, dixit eidem defunctus, ut manum extenderet, & sic facilitatem suæ pœnæ sentire posset. Cumque manum extendisset, ille guttam vnam sui sudoris dimisit, quæ prædicti magistri manum sagitta citius perforauit, ita quod cruciatum mirabilem sensit. & ait talis totus est ille ignis. Ille igitur magister acerbitate pœnæ perterritus, seculum deliberauit deferere, & religionem intrare, vnde mane scholaribus congregatis hos versus composuit.

*Lino coax vanis, cras coruis, vanaque vanis*

*Ad logicam pergo quæ mortis non timet ergo.*

Et sic seculum deferens ad religionem confugit. hæc ibi

18 Recensitum inuenio quoque in sacra pagina, angelos scripsisse seu signum tau, vel aliud salutis in frontibus saluandorum: vtrum non mihi constat qua materia, & quo atramento id factum est. mysteria etiam & Dei opera silentio potius & fide venerari, quam curiosa indagacione conuenit. Referam aliquot exempla vnum ex c. 9. Ezechielis numero 2. & sequentibus. *Et ecce sex viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad aquilonem & vnus cuiusque vas interitus in manu eius: vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius: & ingressi sunt & steterunt iuxta altare æreum. 3. Et gloria Domini assumpta est de Cherub. quæ erat super eum ad limen domus. & vocauit virum qui indutus erat lineis & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis. 4. Et dixit Dominus ad eum, transi per mediam ciuitatem in medio Hierusalem, Et signa Tau super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius. 5. & illis dixit, audiente me, transite per ciuitatem sequentes eum & percutite: non parcat oculus vester, neque miseramini. 6. Senem, adolescentulum, & virginem, paruulum, & mulieres interficite vsque ad internecionem: omnem autem super quem videritis Tau, ne occidatis, & à sanctuario meo incipite. & c. puto tamen illud atramentum fuisse ex sanguine seu sanguinis Dñi nostri IESV CHRISTI virtutem referens vt in Exodo cap. 12. vers. 23. Dominus percutiens Ægyptios & primogenita illorum, non permisit intrare angelum percipientem in domos Iudæorum, quarum superluminaria erant super aspersa sanguine agni.*

Aliud exemplum in Apocalypsi. c. 7. vers. 2.

*Et vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vni: & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens 3 Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus quoad usque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. & c.*

a: Iob. cap. 37.  
vers. 7.

Dicebat & Eliu apud Iob. a Loquens de Dei sapientia inter cætera, qui

*qui in manu omnium hominum signat vt nouerint singuli opera sua.*

In apocalypsi etiam, quod verbum Dei, vestimentum aspersum sanguine habebat, & in eo & femore eius scriptum, rex regum & dominus dominantium. <sup>16.</sup>

Repetam & aliam scripturam terribilem, quæ quidem à quo & cuius iussu facta est, & in qua charta, sed nec de atramento quoque constat, nisi dicamus illud compositum ex atro mortis encauto, apud Daniëlē c. 5. vbi, dum Baltasar rex Babylonis, in cœuiuio prophanasset vasa ablata à tēplo Domini. apparuerūt digiti quasi manus hominis scribentis, contra candelabrum in superficie parietis aule regis, & scriptura lecta à solo Daniele erat, *mane thecel phares*, quam regi Daniel explicauit, *Mane* numerauit Deus regnum tuum & compleuit illud: *Thecel* appensus in statera, & inuentus es minus habens. *Phares*, diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis.

19 In terra scriptum inuenio per dominum IESVM CHRISTVM b, vt & in lapideis tabulis, mandata à Deo scripta dicuntur. <sup>versu 6.</sup>

Constantinus imperator, testamentum probat militis vel voluntatem inscriptam in vagina, aut in clypeo, literis sanguine rutilantibus, aut in puluere, in puluere tamen scriptum non multum durat vt nec in cinere, de quo dicit Suidas *εις τέραν γραφέν inscribere cineri*, cinis quippe leui statu dissipatur & confundit characteres, tamē seruetur vt in consecratione nouarū ecclesiarum, fiat crux in pavimento ecclesiæ de cinere & fabulo, vbi literis græcis & latinis totum describitur alphabetum, vt refert inter alias ceremonias & ritus consecrationis, Guillelmus Durandus. <sup>c. lib. 1. ratio-</sup>

20 In metallis scriptum quoque vel melius sculptum vel exaratum, vt Sicambrorum vel Francorum morem fuisse narrat Triteremius f, <sup>nalis diuino-</sup> <sup>rum officiorum</sup> <sup>num. 6.</sup> <sup>f. li. 1. breuia-</sup> <sup>ryj annalium</sup> <sup>Francia.</sup> <sup>g Machab. li.</sup> <sup>1. c. 8. vers. 22.</sup> <sup>h In Tyranno.</sup> <sup>κὺλλη τινὰ ὀλοῦν προσδουῶν.</sup> <sup>i Elegia 4.</sup> <sup>derum pactiones tabulis argenteis perscribere, vt et scripserunt fœdus perpetuum factum à Franco 17. rege Sicambrorum cum Germanis, Doringis, & Saxonibus. Ita tabulis æreis scriptum fœdus inter Romanos & Iudæos initum. Erāt & Romæ quædam leges æratæ & senatusconsulta & edicta ad perpetuam rei memoriam sic exarata, quæ persequi per singula quæ notissima sunt supersedebo.</sup>

21 Scriptum in aqua, & vento seu aere, dicunt antiqui: sed ea lege vt scripta, citissime oblitterata sint, & vna cum ortu interisse videantur, & perinde in his scribere dixerunt ac nihil agere, vt apud Catullum

*Mulier cupido quod dicit amanti*

*In vento & rapida scribere oportet aqua*

& Lucianus <sup>h</sup> *καί τις ὁ χάρων ἢ καὶ ὁ δαίμων, ἢ δὴ γράφεις, καὶ ἐν Μι-* <sup>h In Tyranno.</sup>

*Vtrum ludis charon, an iam in aqua, quod aiunt, scribis, Quod quidem à Micyllo obolum aliquem expectes?* <sup>i</sup> <sup>Elegia 4.</sup>

*Quæ tibi sint facienda tamen cognosce, nec Euris,*

*Da mea, nec rapidis verba ferenda notis.*

Ceterum quamuis characteres in aqua & vento impressi facile confundantur, & firma illorum figura non fit, tamen effectus sæpe characterum post confusam figuram remanet.

Illud docetur in benedictione solempni aquæ fontis baptismatis,

in vigilia Paschæ, in qua fiunt sex quæ ei vim & potestatem conferant ex Dei sanctificatione, nam sacerdos orat, aquam manu tangit, vocem mutat, cereus Paschalis benedictus immergitur, alij cerei illuminantur, insuflat sacerdos, chrisma miscet, tangit aquam priuam, diuidens aquam in modum crucis, mysteria sanctificationis pronuncians: Secundo tangit, vt eum per inuocationem sanctissimæ trinitatis muniat, Tertio cum eam in quatuor angelos proicit, adhibitis sacris characteribus crucis, & ritibus & precationibus de quibus agit Guillel. Durandus<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> lib. 6. rationalis diuinorum officiorum. cap. 32.

<sup>b</sup> lib. 1. Rationalis diuinorum officiorum. cap. 8.

In aëre quoque cruces infigi nemo dubitat: imo & incenso cruces fiunt in consecratione ecclesiarum, quibus offertur per quendam characterem cognitum, & quodammodo per symbolum, oblatio Christi in cruce facta, vt tradit prædictus Durandus<sup>b</sup>.

Et signum Christi apparebit in cælo, dum ad iudicandum venerit: quotidiana etiam sunt meteora, apparitiones diuersæ in aëre: quæ nemo negare potest fieri, vel naturali quadam impressione, vel supernaturali, Dei, aut angelorum, aut dæmonum Dei promissione.

Fixit Deus in cælo ipso admirabilem illum stellarum ordinem, vnde tot figuræ & veluti literæ colliguntur ab astrologis: illaque pulcherrima viuentium animalium seu zodiaci chorea & consequentia, aliæque sydera & signa cæli.

Omitto modum scribendi noctu per faces ex composito sublatas vel depressas, quem videbis apud Hieron. Carda. de subtilitate.

22 Sed vt inuentum addam exarandi literas omnino admirandum, facile ad bonū vel malū conuertibilem (per artē Typographicā, postulat finalis conclusio quod ferunt ex sculptura) initium habuisse, scribit autem Sabellicus<sup>c</sup>. Et Munsterus<sup>d</sup> artē Typographicam inuenisse Moguntia Ioannem Faustum, quem Gutmanum vocant, cum Petro Schœfero. Refert vt & quidam alij. P. Appianus<sup>e</sup>, vt Iacobus Vvimpelingus<sup>f</sup>, Ioannem Guttenbergium Argentinensem, artē impressoriam nouum scribendi genus, primum excogitasse anno domini 1440. in vrbe Argentinensi: Inde autem venientem Moguntiam, eam foeliciter perfecisse. Platina vero, & fere alij omnes referunt ad Iohannem, vel secundum Polydorum, Petrum Faustinum Moguntinum, & ad annum 1452. Sed Paulus Iouius à Cataynis Indiæ populis per Scytas & Moscos illud ad nos peruenisse scribit.

De literarum occultatione.

### CAPVT IIII.

<sup>g</sup> **E**Xploratores Romanorum, redeuntes à Persis, retulerunt membranam scriptam internis figuris notarum in vagina à Procopio ad illos mandatam<sup>g</sup>.

<sup>h</sup> Herodot. lib. 1.

2 Literas prodicionis Artaxerxis Cyro misit Harpagus in exentato lepore, mittens ei vna venantē, venatorem cum reti & lepore<sup>h</sup>.

3 Cū secreto scripturus esset Octavius Cæsar & Hirtius ad Decium Brutum, ne se M. Antonio dederet, sed opem ab ipso speraret: in tenuem ex plumbo ductam laminam quādam inscripsit verba quædam, eaque chartæ instar inuolutam vrinatori cuidam deferendam tradidit ad Decium, is autem re cognita sic rescripsit<sup>i</sup>.

<sup>i</sup> Dio Cæsarius lib. 46. histor. 10.

4 Sic

4 Sic Diognetus proditor Milesiorum ob amorem Policrite Naxiæ mulieris, epistolam prodicionis consciam plumbeam, in pane fratribus puellæ, quorum vnus Polydes præfectus vrbis, apud Naxios misit puellæ opera, vnde Milesij necati sunt in obsidione, vt scribit Parthenius<sup>a</sup> Andricus<sup>b</sup>, & Theophrastus<sup>c</sup>, & Polyænus<sup>d</sup>.

<sup>a</sup> in Erotich cap. 9.

<sup>b</sup> lib. 1. de rebus Naxiæ.

<sup>c</sup> li. 1. ca. 10. τὸς κερπὲς.

<sup>d</sup> lib. 8. Stratabulas, vt solitum est colluuisse easque tabulas tanquam non scriptas, τὰ γράματα.

<sup>e</sup> lib. 17. ca. 9.

5 De alio modo occultandi scripta meminit his verbis Aul. Gellius<sup>e</sup>. *Legebamus id quoque in vetere historia rerum Punicarum, vnum indidem quempiam illustrem siue ille Hasdrubal siue alius est, non teneo, epistolam scriptam super rebus arcanis, hoc modo abscondisse. Pugillaria noua nondum etiam cena illita accepisse, literas in lignum incidisse, postea tabulas, vt solitum est colluuisse easque tabulas tanquam non scriptas, cui futurum id prædixerat misisse: eum deinde ceram derasisse literas que incolumes ligno incisas legisse.*

6 Subtiliter etiam Attalus rex literas litatis extorum inscripsit, vnde excitaret & confirmaret animos suorum militum contra Galatas vel Gallos. Siquidem vt scribit Polyænus, libro quarto Stratabulas, Rex contrito gummi, inscripsit in dextram manum, *Regis victoria*: inscriptionem efficiens non à sinistris in dextrā, sed contra à dextris ad sinistrā: & cum viscera extraherentur supposuit manum in calidiorem, ac fungosum locum, abstersitque inscriptionem. Et ita vates inuenit incius quomodo accidisset particulam ita scriptam, *regis victoria*, qua significari victoriam regis sibi persuaserunt & milites, & alacriter impugnam educti, vicerunt.

7 Erant alij modi, non tam occultandi literas quam occultandi mentem per literas expressam, de quibus scripsit quædam & confusa vel nimium fastidiosa quibusdam, Trithemius libris *πολυγραφίας*, & Baptista Leo Florentinus de occultis scribendi notis.

Veluti quomodo Iulius Cæsar literas secretiores scribens, quantum semper elementum in scribendo, pro eo quod scribi debebat fumere erat solitus, vt obuia literarum lectio cuius non esset vt scribit Dio Cassius<sup>f</sup>.

<sup>f</sup> lib. 40.

Et Octavianus Cæsar siquid arcani suis necessariis scriberet, proxime sequentem literam pro ea quæ apponi debebat, exarabat. Dio Cass. lib. 51. Suetonius vero Tranquillus. *Quoties, inquit, per notam scribit b, pro a. c, pro b, ac deinceps eadem ratione sequentes literas ponit pro x. autem duplex a, a.*

<sup>g</sup> In eo. ca. 87.

8 Erat scytale genus secretioris epistolæ, quo ad res secretiores vtebatur Lacones, vnde Scytale dicta laconica, quæ erat huiusmodi: imperatori enim ad bellum proficiscenti, Lacedæmonij furculum dabant teretem, alterumque omnino similem penes se retinebant: deinde si quid secretioris rei incidisset, in loco quodam tenui prius ad circulum adaptato, quod visum esset præscribebant. Illudque reuolutum ex furculo ad imperatorem mittebant, qui loro illo per circulum suū complicato literisque coeuntibus commodè quod scriptum erat perlegebat: cuius modum latius præscribit Gellius<sup>h</sup>, Plutharchus in Lyfandro, Harpocratlon & Suidas, Herodot. Frontinuc. *συντάλη* Græcis nihil aliud est, quam lorum, vel flagrum loreum, à quo furculus ille inuoluebatur.

<sup>h</sup> lib. 17. c. 9.

<sup>i</sup> lib. 5. 7.

<sup>k</sup> lib. 3. c. 13.

Gellius etiam dicto loco de C. Caesare sic scribit, *libri sunt epistolarum C. Caesaria ad C. Opium & Balbum Cornelium qui res eius absentis curabant. In his epistolis inveniuntur epistola singularia, sine augmentis syllabarum quas tu putes positas incondite. Nam verba ex his literis confici nulla possunt: erat autem conuentum inter illos clandestinum de commutando sita literarum: ut inscriptio quidem alia, alia locum & nomen teneret: sed in legendo locus cuius, suus & potestas restitueretur, & c.* Suetonius vero Tranquillus apertius sic explicat in Iulio Caesare, c. 56. *extant & ad Ciceronem, inquit, epistola, item & ad familiares domesticis de rebus, in quibus si qua occultius perferenda erant, per notas scripsit: id est, sic struendo literarum ordine ut nullum verbum effici posset: quasi quis inuestigare & persequi vellet quaram elementorum literam id est d. pro a, & perinde reliquas commutet.*

9. Vulgaris est modus occultandi sensum, dum characteribus diuersarum nationum inter alienigenas vel ignaros, scribitur, ut si graecis literis, multo magis idiomate graeco scribas, quod nisi a peritis intelligi possit. Et fuit haec aliquando curiosa quorundam principum sollicitudo, ut non permitterent nisi sua lingua aut characteribus certae nationis scribi. Quomodo Vlid, rex Arabum: postquam Christianorum templum diripit, vetuit in posterum scribi Codices graecis literis, sed tantum Arabicis, ut narrat Paulus Diaconus.

Sic Abdala Babyloniae et Persiae imperans, prohibuit Christianis literas discere et Iudeis & Christianis characteres Mahumeticos iubet inscribi Hierosolymis, ut refert idem Diaconus, quod Thebias Arabum dux, Emeza Iudeos & Christianos ad Menzerizandum compellit, id est ad characteres Mahometis accipiendum.

Cum etiam Suniator potentissimus Pœnorum ea tempestate inimicus, Hannoni duci Carthaginensium, graecis literis, Dionysio aduentum exercitus & significationem ducis familiariter prænunciasset comprehensus epistolis, eo damnato, factum est Carthagini senatusconsultum, ne quis postea Carthaginensis aut literis graecis, aut sermoni Graeco studeret, ne aut loqui cum hoste, aut scribere sine interprete posset, ut scribit Iustinus ex Trogo.

*Qui multos scripserunt libros.*

CAPVT. V.

Svidas in Dydimos, ait Dydimi Salfamentarij filium fuisse cognominatum, sub Antonio & Cicerone usque ad Augustum calchenteron quasi aeneis intestinis praedictum, ob assiduitatem lectionis & scriptionis. Dicunt enim eum ultra tres mille quingentos libros conscripsisse.

2. Aegyptij scriptores, putantes omnia inuenta esse à Mercurio, suos libros mercurio inscribebant, ut ait Iamblychus, quod me mouet ut dicam, tot libros qui titulo Mercurij inscribebantur non eius proprios fuisse: & eo refero, vel saltem vix credi potest, quod eodem loco adfert Iamblychus, de diuinis plura tradidisse Mercurium Trimegistum per viginti millia volumina: vel inquit, sicut Menetheus recenset, per

a lib. 20. rerū Romanorum.

b lib. 22. Rom. hist. & lib. 23. quoque scribit.

c lib. 20.

d lib. de mysteriis aegyptiorum.

per triginta sex millia quingenta viginti quinque.

3. Refert Hieronymus ad Pammachium & Oceanum, mille & amplius tractatus Origenem loquentum in Ecclesia, & edidisse innumeros praeterea commentarios quos nec quisquam nostrum inquit, legere posset. Scribit & Isidorus Hieronymum, fassum se legisse sex millia librorum Origenis.

4. Multa scripsisse Salomonem, & de omnibus rebus, & de omnibus lignis à cedro qui est in Libano, usque ad Hyssopum, refertur in 3. reg. c. 4. in fine: ferturque eum composuisse librorum octo millia. nempe quinque millia odarum & carminum: Dramatum, parabolarum, & eínovov, tria millia. Inter quos, recensetur liber praecantationum, quod docebatur modus depellendarum aegritudinum, quem vocat de morborum curationibus Rabi kimhi. in comment. ad praedictum c. 4. lib. 3. regum reliquerat & tractatum de exorcismis contra daemones, ut praedicto loco Iosephus ait, & extitisse suo tempore scribit Origenes Menius & Gratianus in princip. 21. distin. & Zonara. tomo 1. c. 58. Et Dominus Christus cap. 11. diui Matthaei. *Si in Belzebeuicio daemonia, filij vestri in quo eiciunt, & c.*

*De librorum multitudine.*

CAPVT. VI.

Sicuti qui annonam parant populo, laudabiles sunt, & qui dispensant in tempore: avari autem, qui nec ea vtuntur, nec vti alios patiuntur, detestabiles: Sic qui librorum copiam habentes, aliis & sibi vsui sunt, bene consulunt, & bibliothecas in vsu reipublicae parant, digni habiti sunt honore, qui vt eas propriis laboribus & opibus seu libris à se editis, vtiliores reddunt, vel componentibus operam subministrant, quales Typographi, Bibliopola, Si modo improbas merces & vetita volumina temere non admisceant: praestantiores & illi qui illis vti sciunt, & consilia horum consiliariorum magistrorumve mutorum domi loquentium, in publicam vtilitatem conuertunt, & vtuntur. Ita & profus damnandi vel ridiculi, qui in librorum multitudine sibi complacent, & inde solum se haberi doctos & admirandos esse, persuadent, instar canum hortularij, qui nec caules comedunt, & aliis comedentibus inuident.

Sicut Lucianus, eum irridet, qui librorum suppellectile longa tumebat *simia* inquit, *semper est simia, etsi aureum cultum portet, & semper indoctus qui multos libros habet, etsi tot ei sint quot Athenis in Italiam Sylla aduexit.* vt neque Bibliopolas, librorum copia doctos facit: non armorum copia, militem: non terram diuitem thesaurus ei inutilis in visceribus conditus, si non splendeat vsu. Neque quisquam quod habeat tibias Timothei, aut quas Ismenias septem talentis emit Corinthi, artis ignarus instabit: neque si quis arcum habeat Herculis, cum Philoctetus non sit, qui solus tendere potuit, quod collimasset figere pos-

a lib. 7. etymologiar. c. 7.

b vide Iosephum li. 8. antiquita. c. 2.

c tracta. 35. in Matthaei.

d oratione aduersus indoctos.

set. Librorum chartis infiniti thesauri & inestimabiles teguntur, sed nisi effodiantur, non sunt possessoribus peruij.

a lib. 1. de tran-  
quillita. vitæ  
c. de vanaglo-  
ria,

b in dialogo  
de rebus anai-  
stictor, καὶ ἀνα-  
στατικῶν ἀντι-  
μαθῶν, id. ad in-  
eruditum &  
multos coemē-  
tes libros irri-  
dens inutiliter  
libros posside-  
tem.

Quo mihi, inquit Seneca, <sup>a</sup> innumerabiles libros & bibliothecas, quo-  
rum Dominus vix tota vita sua indices perlegit? onerat discipulum turba  
non instruit multoq; satius est te paucis authoribus tradere, quæ errare per  
multos. Lucianus <sup>b</sup> ait, Et nostra inquit, etate quis, & adhuc superest  
opinor, qui stoici Epicteti fictilem lucernam tex mille drachmis emit: spera-  
bat enim opinor & ille, si noctu ad eam lucernam legeret, continuo & Epi-  
cteti sapientiam in somnis se adepturum & se simile fore admirandi illius  
senis.

Euenit autem, in pluribus libris alicuius, & in bibliotheca diuerso-  
rum authorum, quod accidit Theauris, vt rubigo & quædam aut nul-  
lius aut propemodum exiguæ utilitatis inueniantur. Sic enim aliquan-  
do scribendi libido transfert ingenia, vt vel omnino inutilia interdum  
etiam nociua, interdum parum accommoda inculcentur, in quibus a-  
gemus iudicio & delectu. *Componendorum & scribendorum enim libro-  
rum*, inquit Salomon, *nullus est finis*. Scribunt docti pariter & indocti,  
vt ait Horatius.

Verum quemadmodum diuitibus accidit, diuitiarum suarum om-  
nium vsum per se habere, eò tamen honore fruuntur vt suo benefi-  
cio plures ditent: vel vt cum opus est, ex suis non ex alienis accipiant,  
sic qui multos habent libros, possunt, ex illis, & sibi accomodos fa-  
miliares deligere, & aliis eosdem & alios consulendos præbere: & ita si  
quid ex illis, colligere poterint, dum opus fuerit, in vsum vtilem trans-  
ferre. Vtque plures vrbes præternavigasse pulchrum est, sed expedit v-  
nam incolere, & optimam: ita nobis quæ plurima sunt cognoscenda,  
retinendaque optima.

3. Iudicium requiritur & discretio in legendis libris, neque etiam  
omnes omnibus conueniunt, vt. Neque qui sapiunt, statim à quouis  
bibunt fonte, propterea quòd alij salutem adferunt, alij perniciem, nò  
nulli furorem: sicque etiam non est tutum quemlibet librum euoluere,  
quòd ex aliis haurias affectum animi bonum: ex aliis libidinem aut  
ambitionis insaniam trahas. Et sicut corrumpunt bonos mores collo-  
quia praua, sic & lectio malorum librorum, qui nobiscum sine lingua  
colloquuntur. Sunt ingenia quæ non per se valent pleraque concipe-  
re, quæ, cum malè decoquant nec intelligant conuertunt in sui damna-  
tionem, etiam alioquin vtilissima: vt de epistolis D. Pauli. & aliis per  
indoctos non intellectis, dicebat D. Petrus <sup>c</sup>.

c 2. epistola  
D. Petri c. fin.  
vers. 15.

Quemadmodum sunt ægri qui tam inualido sunt stomacho, vt et-  
iam vel panem vel escas suauissimas & sanis accommodas, in morbi  
incrementum conuertant. Et iisdem floribus bonis, apes, mel, aranæ  
venenum, propter diuersam naturam conficiunt. Sicut autem apes è  
variis variis colligunt succos, sed eos suo spiritu mutât ac digerunt, a-  
lioquin non facturæ mel: sic euoluendi sunt omnes authores, sed quod  
legeris in tuos vsus transformandum.

Libri etiam vetiti & improbatæ religionis permitti quibusdam  
sunt, qui ex illis possunt quippiam utilitatis in causam publicam trans-  
ferre:

ferre quemadmodum & pharmacopolis permittuntur bona pharma-  
cæ & venena, quibus alia temperare vel tollere secundum artem sibi  
cognitam, possint, quamvis lætale alioquin sit ignorantibus vim, ea  
committere. Nullus tam malus liber, ex quo qui ingenio valet, non  
possit quandam vtilitatem colligere. vt nulla tam via aspera ac salebro-  
sa, in qua nonnunquam violæ flosculique non occurrant: verum, vt  
monui, iudicio opus est, ne interdum pro rosis vel vtilibus, fucis illita  
mala colligamus. omnia itaque probanda prius, postea quod bonum,  
est tenendum. Scarabei fugiunt vnguenta, delectantur fœtoribus, &  
nonnullis pessima pro optimis placent: eòque dirigitur maledictio, *vt  
qui dicitis bonum, & malum bonum, potentes tenebras lucem, & c.* <sup>a</sup>

a Esaiæ c. 5.  
vers. 20. &  
proverbiorum  
17.

Quomodo autem hæc discernere quis poterit, paucis respondeo: id  
se affecuturum, se regulas cathologorum librorum, & censuras sequatur:  
si doctorum & peritorum præponat iudicium, & si dum intellexerit  
suspectum aliquem esse librum, ita illum percurrat vt non omnino ei  
fidat, imo ita etiam eum ea cautione legat, talique metu, quo tenentur  
qui per itinera de latronibus aut decipulis suspecta incedunt.

De bibliothecis.

### CAPVT VII

Quemadmodum in republica, & priuatim & publicè, thesauri col-  
liguntur & reconduntur in vsum necessitatis, vel ad pompam seu  
celebritatem nominis comparandam, & quo maiores & præstantiores  
eo preciosiores habentur: sic Theauri literarum & bonarum doctri-  
narum, artium & scientiarum qui in libris & magistris mutis consistunt,  
inter præclara reipublice bona reposita sunt, à priuatis & publicis per-  
sonis: qui possunt vniuersæ reipub. & priuatorum commodis cum ne-  
cessitas iubeat, inferuire vtroque tempore & bellorum & pacis.

2. Epaphroditus Cheronensis, parauit sibi triginta millia libro-  
rum, eorumque bonorum & minimè vulgarium, Suida teste. <sup>b</sup>

b in ἀνακτα-  
ριστικῶν.

Et Apellio Theius, bibliothecam habebat, quam nactus est Sylla. <sup>c</sup>  
Meminit idem Suidas, in verbo ἑπιστολῶν, epistolæ Iuliani Parabatae  
ad Porphyrium catholicum, qua ait copiosam & magnam fuisse Geor-  
gij bibliothecam, omnis generis philosophis, & multis commentariis  
refertam, & potissimum Galilæorum (sic enim Christianos vocabant)  
scriptis multis & variis refertam, iubens eam diligenter Antiochiam  
perferri.

c In verbo  
ἐπιστολῶν.  
d Eusebium li.  
6. c. 32. Nice-  
phorum lib. 5. c.  
19.

Laudatur merito Origenes Pamphilus martyr, quòd vnde quaque li-  
bros sacros in vnum cogeret. <sup>d</sup>

e Hesychium  
Milesum illu-  
strius, lib. ἀεὶ  
σοφῶν, &  
Suidas.

Tyrannion Emiffenus prius dictus Theophrastus grammaticus, Ro-  
mæ diues habitus quòd Bibliothecam haberet triginta millium volu-  
minum librorum. <sup>e</sup>

Celebrat Plinius <sup>f</sup>, M. Varronis bibliothecā, quæ prima in orbe ab A-  
finio Pollione ex manubiis publicata Romæ est, & *Asinij Pollionis inuē-  
tū esse Romæ, vultus authorū pingere, qui primò bibliothecā inquit dicādo,  
ingenia hominū republicā fecit. an aut priores cæperint Alexandriæ & Per-  
gami reges, qui bibliothecas magno certamine instituere, nò facile dixerim*

f lib. 7. c. 30.  
g li. 35. c. 2.

& paulo ante, non est inquit pretereundum & nouitium inuentum. Siqui-  
de non ex auro solū argenteo, aut certe ex are in bibliothecis dicantur illi,  
quorum immortales anime in iisdem locis ibi loquuntur: quinimo etiam  
quæ non sunt, finguntur, patiunt que desideria non traditi vultus, sicut in  
Homero euenit.

a Dio. Cass.  
lib. 53. historia  
Roma.  
b In libro de  
illustrib. græ.

c Inl. Capit.  
libro de gestis  
Gordianorū.

d Dio in Tra-  
iano.

e Nicephor.  
Callixt. li. 14  
hist. eccl. c. 3.  
f A. Gellii. li.  
16. c. 7.

g Zonaras to-  
mo 3.  
h de ratio. iē-  
porum.

i li. 13. c. 4. S.  
7.  
lz Theoderit.  
in fine lib. 5.

1 Zona. tom. 3.

m L. r. dipno-  
sophiston. c. 1.

n in 1. lib. seu  
in Atticū.  
o in Alex. 1.  
summi ponti.

Anno ab vrbe condita 726. Octavianus Cæsar cum templū Apollin-  
is in palatio dedicauit, bibliothecas perfecit. <sup>a</sup> forsā hæc fuit palati-  
na bibliotheca, cuius præfectum fuisse Caium Iulium Higinum Au-  
gusti libertum, dicitur à Suetonio <sup>b</sup> vt & C. Melissus, ab eodem fertur  
ex delegatione Augusti, habuisse curam ordinandarum bibliothecarū  
in portu Octauie. Serenus Samonicus, præceptor Gordiani filij im-  
peratoris, patris sui libros, Gordiano dedit, qui censebatur ad sexagin-  
ta duo milia. <sup>c</sup>

Bibliothecas instruxit etiam Vlpus Traianus. <sup>d</sup>  
Theodosius Iunior, filius Arcadij, in bibliotheca paranda non fuit  
Ptolomæo. <sup>e</sup>

3 Celeberrima erat in Alexandria Egypti bibliotheca, quæ forte  
fortuna fuit in direptione à militibus auxiliariis combusta. Sic alia re-  
fertissima Constantinopolitana sub Basilisco imperatore casu combu-  
sta. 8 Bibliotheca Constantinopolitana præcipue etiam libros sacros  
& patrum continebat, ex qua Constantinus 4. pognatus imperator  
libros antiquorum patrum, patribus qui in sexto consilio Constanti-  
nopolitano, fuerunt in Trullo in palatio subministravit, vt ait Beda. <sup>h</sup>  
& Antoninus <sup>i</sup> cuius erat custos seu chartophylax Georgius Diaco-  
nus. Sic etiam Romanus satisfaciens vxori, incautus cum templo Tra-  
iani, & celeberrimam bibliothecam combussit. <sup>k</sup> At Conon Isaurius im-  
perator data opera combussit bibliothecam regum Constantinopo-  
litanam cum duodecim custodibus eius doctissimis, quod nollet illi  
in fractionem imaginum subscribere. <sup>l</sup>

4 Fuisse regibus Persarū bibliothecas, cōstare potest ex 3. Esd. c. 6.  
ver. 23. Nehemias etiam construxit bibliothecam, & congregauit de  
regibus libros, & prophetarum, & David, & epistolas regum, & de  
donariis. Similiter & Iudas Machabæus ea quæ didicerat per bellum  
quod Iudæis acciderat, & erant apud illos 2. Machabæorum capite  
2. versiculo 13. & 14.

5 Athenæus <sup>m</sup> celebrat Larenij laudes, eiusque insignem librorum  
numerum & bibliothecam, & refert inter eos qui admiratione digni  
visi sunt in congregandis libris, Polycratem, Samium: Pisistratum,  
qui regnauit Athenis: Euclidem & ipsum Atheniensem: Nicocratem  
Cyprium, & reges insuper ipsius Pergami: Euripidem poetam, Ari-  
stotelem philosophum. Et Nileum vtriusque libros seruantem, à quo  
emptos libros vna cum Rhodiis & Atheniensibus Ptolomæus co-  
gnomento Philadelphus rex, duxit ad pulchram Alexandriam.

Adrianus, ædificauit Atheniensibus Iunonis ac Iouis Pauellenij  
templū, communemq; omnib. diis eodē. Bibliotheca erat in eodem tē-  
plo & gymnasium Adriani cognomēto, in quo columnæ centū ex Ly-  
bicis lapidinis, vt ait Pausanias. <sup>n</sup> Hanc fuisse amplam, scribit Pla-  
tina. <sup>o</sup> Inter reges Alexandria, & Pergamenos hæc vt Galenus ait præ-  
clara

clara contentio fuit, præ ardore ac summo studio literarum, vter maio-  
rem copiam librorum in bibliotheca compararet. Quamobrem in hac  
Pergami, fuisse ducenta millia, narrat Plutarchus in M. Antonio: in al-  
tera Gellius, <sup>a</sup> millia septingenta fuisse voluminum.

Fuit Bibliotheca antiquitas Romæ, de qua mentio fit apud D. Gre-  
gorium <sup>b</sup> & ibi ingens librorum numerus, vt ait Iohan. Magnus. <sup>c</sup>

Nicolaus 6. Sum. pontif. Vaticanam erexit, missis quoquo versus do-  
ctis ad comparandos libros. <sup>d</sup>

Quinque ducatorum millia, ad se Euangelium D. Matthæi Hebrai-  
cum afferenti promisit, vt scribit Ekius. <sup>e</sup>

Erat Hagustaldi bibliotheca, quam Acca Græcis & Latinis scripto-  
ribus instruxit. <sup>f</sup>

Carolus magnus, magnam librorum bibliothecam instruxit, quos  
moriens ab his qui eos habere vellent, emi iussit iusto pretio, & pre-  
tium in pauperes erogari, vt scriptum est in diuisione facta ab eo the-  
saurorum suorum, quæ ponitur ab Eginarcho in fine libri de vita &  
gestis Caroli Magni.

#### Librorum & authorum reprehensiones.

#### CAPVT VIII.

Longè procliuus est, inquit Dio Cass. <sup>f</sup> alios reprehendere, quàm  
sibi ipsi moderari: facillimèq; fit vt qualium rerum causa alios ho-  
mines pœna dignos iudicant, has ipsi easdem admittant. vt argumen-  
to non sit, propter quas alios accusant, has ipsas odisse. Alludit ad illos  
Martial. <sup>g</sup> *Ista tamen mala sunt, quasi nos manifesta negemus? Hæc mala  
sunt, sed tu non meliora facis.*

Proniores sunt homines ad detractionem & ad reprehensionem  
scriptorum, quàm ad imitationem, hoc naturale quoddam esse videtur  
vitium, & ad dissentendum facilitas naturalis.

2 Aliqui tamen detrahunt aliis rectè sentientes, & hoc est rectè  
emendare, & plerunque meritorium. Porro alij inuidia laborant: &  
dum alios sibi præponi vident, illos deprimere satagunt, alij suo errore  
ita obcæcantur, vt aliorum veritas eis officiat. Sic enim humanæ sen-  
tentia tanta est varietas, vt non omnibus eadem res quantumuis iusta,  
sancta, & laudabilis sit, probetur. neque contra quippiam est tam malè,  
impiè & stultè dictum aut factum, aut scriptum, quod non inueniat se-  
ctatores, adulatores, & comprobantes.

3 Quidam in Platone criminantur confusionem, sepiam vocant  
Aristotelem: infamant Virgilium velut vsurpatorem: exoratoribus, Ci-  
ceroni non placet Demosthenes, nec Trogo Liuius, cuius orationes  
damnat tanquam fictas & imaginarias. Lenæus Pompeij magni liber-  
tus, scholæ grammaticæ præfectus, tanto amore erga Pompeium exti-  
tit patronum, vt Salustium Historicum quod eum oris improbi, animo  
inuerecundum scripsisset, acerbissima Satyra lacerauerit, Lastaurum &  
Iurconem, & nebulonem, popinonemque appellans, & vita scriptisque  
f

a Gellius lib.

6. c. 17.

b lib. 7. epist.

27.

c lib. 15. Go-

thica historia

c. 20.

d Homilia de

sancto. Matt.

e Sigebert.

f lib. 36. histo-  
ria.

g c. item si plu-  
res, s. princi-  
paliter & re-  
cep. arbit. P. li.  
2. epig. 8.



monstruosum, præterea priscorum Catonisq; verborum, ineruditissimum furem. Asinius etiam Salustium affectatorem nuncupat: Senecam, utpote calcem sine arena, irridet Quintilianus. Salustius, Ciceronem ut nouum hominem, peregrinum, Romanum Arpinatem, patronum mercenarium, cum vxore Terentia sacrilega, & Tulliola filia matris pellice.

Quidam Azonem Agazonem, dicunt, Iustinianum Analphabatum, Bartholum Battum, & quod, *Bartholus in syluis tēdebat retia gril-lis*. Baldum Bardium.

Suetonius ait, Caligulam Cæsarem parum affuisse, quin statuas, & scripta Liuij ab omnibus bibliothecis amoueret, carpens eum ut verbum & negligentem in historia, qui suppressisset triumphos Romuli habitos & partos victoria Tuscorum, quod in historia est genus falsitatis dignum abolitione authoris.

<sup>a lib. II. dipno  
Sophiston, cap.  
22.</sup> Athenæus <sup>a</sup>, Platonem mordet, eumque notat ut inuidum, moribus minime probum, gloriosum: irridet libros eius de republica, & leges ibi descriptas, utpote scriptas hominibus à se fictis, ita ut qui his utantur postea perquirere oporteat: neque Timæos, Gorgias, aliosque his similes dialogos, ubi percurrit de mathematicis, naturalibus aliisque compluribus, idcirco admirandos: siquidem & ipsa ex aliis percipere liceat vel melius dicta, vel non deterius certe. Nam & Theopompus Chius in libro contra Platonis consuetudinem, complures eius dialogos inutiles & mendaces esse testatur, multos etiam alienos, nonnullos Antistenis, aliosque Heracleotici Brysonis.

Senecam vero damnare, inuisumque habere, Quintilianus est solitus, ob corruptum & deprauatum dicendi genus, ut scribit Angelus Politianus, in præfatione, in M. Fabij Quintiliani institutiones. Narrat & Suetonius, Senecam auertisse Neronem discipulum, à veterum oratorum cognitione, quo eum diutius in admiratione sui detineret.

Lucilius insectatur Vectium utentem sermone Tusco Sabino & Prænestino. Quemadmodum Pollio reprehendit in Liuio Patauinitatem, ut refert Quintilianus <sup>b</sup>.

<sup>b lib. 5. Insti-  
tutionum cap. 5.</sup> 4 Nicolaum Perotum, Sympotinum præfulem, hominem acuto ingenio præditum, & multa lectione exercitatum, qui cornu copiam in Martialem adidit, exosum habuit Domitius Calderinus, vir & in ea tempestate doctus, æmulatione doctrinæ & morum dissimilitudine, eumque iurgis & cōuitiis apud suos plerunque sectatores incessabat, sæpiusque apud studiosos in inuidiam crimenque vocabat, ut refert Alexander ab Alexandro <sup>c</sup>. Laurentius Valla in plerosque temerè, ut plerunque in elegantis suis debacchatur.

<sup>c lib. 4. genial-  
dier. cap. 21.</sup> 5 Terentius Afer, poeta præstantissimus à L. Lauino vrgebatur, qui eum quasi publici ærarij furem criminabatur. Quod & passus à suis æmulis Virgilius Mantuanus, qui cum quosdam versus Homeri transfulisset ad verbum, compilerator veterum dicebatur, ut scribit Hieronymus in epistola libri de locis & nominibus Hebraicarum quæstionum. Quemadmodum ibidem refertur M. Tullium Ciceronem

ORATO

oratorum facile principem, & linguæ Latinæ illustratorem, repetundarum accusari à Græcis.

6 Diuus Hieronymus, (de quo diuus Augustinus dixit, nemo hominum sciuit quod Hieronymus ignorauit) sæpe conqueritur de obtræstationibus, calumniis, & detractationibus quibus eum æmuli persequebantur, ut plene liquet ex epistola eius ad Afellam virginem, quæ incipit, *Si tibi putes gratias à me referri posse, &c.* & in epistola præposita tractatui de locis & nominibus Hebraicarum quæstionum, & in prologo super Iosue & alibi.

7 Reprehenduntur plures qui libros alienos, suis nominibus ædiderunt aliquando, signis tantum exigua forma mutatis, aliquando etiam emendicatis ex aliis capitibus tantum nominibus, sicque ut plagiarij & fures incusantur, de quo conqueritur Martialis.

Cæcilius, sex libros de Menandri furtis scripsit, ut Philostratus Alexandrinus de Sophoclis furtis, Lyfimachus de furtis Ephori diligentis Græci historiographi duos libros. Asinius Pollio, iustos libros de furtis Theopompi, quem tamen historiarum patrem Cicero nominat. Et Apollodorus Atheniensis, ut ait Diogenes Laertius, cum docere contenderet Epicurum multo plura quam Chrysippum ingenij viribus, & sine vilo cuiuspiam adminiculo scripsisse, dixisse fertur, si quis tollat de Chrysippi libris omnia quæcunque sunt aliena apposita, vacua illi charta relinquatur.

Quintilianus etiam dixit primum Romana in historia Salustium, & tamen de eo dictum.

*Et verba antiqui multum furate Catonis  
Crispe Iugurthina conditor historia.*

Eugranion Cyrenensis musæi librum integrum de Thesprotis, ut ait apud Eusebium Porphyrius, sibi attribuit.

8 Omitto similes, & eos quos inuidia lacerauit: neque enim à præstantissimis ea authoribus abstinauit, ut & Varro omnium Romanorum doctissimus à Quinto Rhemio Palæmone porcus appellatus sit. Cicero qui vim Demosthenis, Isocratis iocunditatem, copiam Platonis effinxit, ut ait Quintilianus, inter suæ ætatis homines dictus tumidior, asianus, redundans petitionibus nimium, ut in salibus aliquando frigidus, in compositionibus fractus: & elumbis, mollis à Bruto.

Et ut Apollodorus insequutus est Chrysippum, Sic Zoilus Homerum. Et dixerunt inuidi Demosthenis, orationem eius olere lucernam.

6 Inter libros qui rectè reprehensi sunt in optima republica, generaliter illi annumerantur, qui mores corrumpunt turpiloquio, vel vanitate verborum detinentes ingenia hominum, vel ut melius dicam corrumpentes mores, non minus quam colloquia praua, quæ & bonos mores inficiunt, ut ait diuus Paulus <sup>a</sup>.

Narrat Nicephorus Calix. libro duodecimo capite trigesimo <sup>a priore ad Co-  
rimb. 15. vers.</sup> quarto, In Thessalica synodo prouinciali statutum, librum qui amatoria tractaret, cui nomen Æthiopica historia, seu *χαριμετα* & quod

amores attenderet, aboleri debere, vel auctori eius qui dicebatur Heliodorus Tricensis episcopus, functionem episcopalem esse adimendam, qui tamen maluit episcopatum deponere, quam scripta sua supprimere.

Lacedæmonij etiam, libros Archilochi, è ciuitate sua exportari iusserunt, quod eorum parum verecundam & pudicam lectionem arbitrabantur: noluerunt enim ea liberorum suorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quam ingenijs prodesset. Atque maximum poetam aut certè summo proximum, quia domum sibi inuisam (nempe Licambæ foceri) obscenis maledictis lacerauerat, carminum exilio multarunt, vt scribunt Plutar<sup>a</sup> & Valerius Maximus. <sup>b</sup> Ouidius etiam vetat attingi alioquin eruditissimos auctores, quia amatoria cecinerint, quibus mores corrumpi possunt,

<sup>a</sup> in apophth.  
<sup>b</sup> lib. 6. c. 3.  
<sup>c</sup> lib. 2. de re-  
medio amoris.

*Eloquar, inquit, inuitus teneros ne tange poetas.*

*Submoneo dotes impius ipse meas.*

*Callimachum fugito non est inimicus amori,*

*Et cum Callimacho tu quoque Coe noces.*

*Me quoque Sapho meliorem fecit amica.*

*Nec rigidos mores Teia musa dedit*

*Carmina quis potuit tuto legisse Tibulli?*

*Vel tua cuius opus Cynibia sola fuit?*

*Quis potuit lecto durus discedere Gallo.*

Sic prohibet legi ob vitam venerem Callimachum, Philetam, Anacreontem, Sapho, Tibullum, Propertium, Cornelium Gallum, & seipsum, vt & certè hodie, eadem ratione indigni putari videntur qui legantur, vt corruptores pudicitia. Fuit verborum obscenitas humanis & diuinis legibus prohibita, & ex lege Perfarum, quæ facere non liceret, eadem nec licebat dicere, teste Herodoto, & admonet D. Paul. ad Ephes. 4. *omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.* quod explicat Clemens Alexan. In pædagogico libro 2. capit. 5. *ἐξ ἀπολογίας*, de verborum obscenitate: multo magis scriptorum obscenorum quæ perpetuo teruntur erit tollenda memoria. qualia certè in perniciem reipublicæ sunt hodie tam multa, vt turpitudine sua perniciosiora sint Elephantidis libellis, vel Milesia Aristidis, vel Sibarithici Hemithernis, aut aliorum prodigiosarum & arcanarum libidinum magistrorum, quibus populus inficitur.

10 Sunt & merito reiecti, qui contra fidem Christianam editi sunt ab hæresiaris, sicuti & qui olim in christianismum scripserunt ipsi auctores.

Vt Libanius Sophista, qui cõtra Christianos præ timore Iuliani fuit declamator: is enim, quamquam fuerit eloquens, tamen & leuis sophista fuit, Quoniam et in Constantium viuentem laudatorias orationes scripsit: in mortuum autem inuectiuas. vt ait Nicephorus Callixt. lib. 10. histor. c. 36.

Sic Porphyrius qui Christianismum abrenūciauit, et in eum scripsit, quod à Christianis quibusdam Cæsareæ verberatus, iniuriam non ferret

ret, vt refert idem Nicepho. eo. lib. et c. 36.

Cum Antiochus illustris rex Græcorum voluit corrumpere legem Dei, misit libros per manus nunciorum in Hierusalem, et in omnes ciuitates Iudæ mandatum, vt sequerentur leges gentium terræ, et libros legis Dei iussit comburi, et apud quemcunque inueniebantur libri testamenti domini, secundum edictum regis trucidabantur per singulos menses perquisitionem facientes, Machabæorum.

11 Inter libros reiciendos illi sunt quoque qui inepti indocti, quales forsitan scribo, maledici famosi, rabiosi, impij ac seditiosi, Qui merito prohibiti & auctores eorum puniti.

Acciunt enim in odium ingenia hominum, & magnarum cædium causa in repub. existunt, crudeliores duobus libris inuentis post mortem Caij Calligule, quorum vni erat titulus, *gladius*, alteri pugio, ambo continentes notas & nomina morti destinatorum: Hi enim in secretis eius inuenti sunt, vt scribit Suetonius, at qui nunc tales conspiciuntur publicè cuiusque oculis impune subiiciuntur, & inimicitias immortales ex leuioribus lituris seminant.

<sup>a</sup> lib. 1. c. 1.  
<sup>vers.</sup> 46. &  
59. 60. 61.

<sup>b</sup> in l. unic. de  
famof. libellis  
<sup>c</sup>

<sup>c</sup> in eim vitæ  
c. 49.

De Scribis.

### C A P V T I X.

Scribarum necessitas, in literarum causis non minus consideratur, quam linguæ in sermone, vt et fideliter scribant, aperte, clarè, et dilucidè sine confusione, et distinctè, maximè quando fide publica illis committitur tabularum vel scripturæ negotium, vt notariis sit secretariis, et qui à secretis sunt principum, qui actus iudiciales reique publicæ scribunt, vel quæ ad publicam auctoritatem pertinere possunt, publicorum consiliorum facti participes. Cicero de scribarum ordine. <sup>d</sup> *Ordo*, inquit, *est honestus quis negat? est verò honestus quod eorum hominum fides. tabula & publica periculaque magistratum committantur.* Honestas tamen & honor eorum ex moribus nationum distinguuntur: sicuti liquet ex his quæ Æmilius Probus tradit in Eumenis vita, dum tradit, Eumenem Cardianum, fuisse Philippi Macedonis regis scribæ, & familiarissimum, quod munus scribæ multo apud Græcos esset honestius quam apud Romanos: Nã apud Romanos, inquit, re vera sicuti sunt, mercenarij existimantur scribæ: at apud Græcos contra. Nam nemo ad officium id admittitur, nisi honesto loco, & fide & industria cognita, quod necesse est omnium consiliorum eum esse participem. Quando ars typographica latebat, tunc fides maximè scriptorum & transcribentium libros, leges, documenta publica requirebatur: tum vt nihil detraheretur vel adderetur. Tum etiam, vt vitia non communicarentur.

Tantaque vel in scribis librorum, vel in descriptoribus legum & constitutionum, fides & ars cum diligentia desiderabatur, vt non immerito Iustinianus <sup>e</sup>, dignum existimauerit sanctione, cauere de scripturis illorum in legibus, vt ex integro & sine siglis & notis fierent.

Laudatur Origenes, quod plures libros sua manu transcripserit, id-

<sup>e</sup> in l. 1. §. no-  
stram autem  
consummatio-  
nem de veteri  
iure enuclean.  
<sup>c</sup>

que verè & sine immutatione, sed maximè libros patrum & sacræ Theologiæ.

3. Eo autem & scribæ erant laudabiliores, quo libros sanctiores & plures transcripsissent, quod miraculo comprobatum fuisse, memini me legisse apud Cæsarium: cum tradit in Arinsberich monasterio ordinis Præmonstratensis, scriptorem quendam fuisse Richardum nomine, natione Anglum, qui plurimos libros in eodem cœnobio manu propria conscripserat, mercedem sui laboris præstolatus in cœlis. Et huic, cum fuisset sepultus, post viginti annos in eius sepulchro manum dexteram tam integram tamque viuïdam fuisse repertam, ac si de corpore animato recenter fuisset præcisa, reliqua carne in puluerem redacta. In cuius miraculi testimonium ait, dictam manum in monasterio referuari: Egent certè maxima scriptoris vel Typographi fide: libri sacræ paginæ, in quibus vnus etiam apex vel iota, non debet esse sine effectû. Non minore etiam publica monumenta, vnde scribis vt Efdra sacræ prius literæ commissæ.

4. Et curabant antiqui reges, populi, magistratus, vt annales rerum gestarum, & veraciter & fideliter conscriberentur, vel à pontificibus ipsis, vel aliis, ad quos cum opus esset recurreretur. Sicut quo tempore Assuerus rex insomnem noctem transigens, iussit sibi adferri & legi historias & annales priorum temporum <sup>a</sup> eadem ratione qui impedire volebant Iudæos ne ædificarent Hierusalem, <sup>b</sup> annales regum obiecerunt, & scripserunt ad regem Artaxerxem, *Idcirco misimus & nunciauimus regi, vt recenseas in libris historiæ patrum tuorum, & inuenies scriptum in commentariis, & scies, quoniam vrbs illa vrbs rebellis est, &c.*

Ex priuilegio potestas facta est Romæ Pontificibus maximis, memoriam rerum gestarum in tabulas conferendi, & hos annales appellabant equidem maximos, quasi à pontificibus maximis <sup>c</sup> factos. Atque olim non passim historiæ & annalium describendorum facultas, omnibus dabatur, sed grauioribus & fide dignis hominibus: ne falsa sub historiæ specie posteris persuaderentur, vt hodie à viris perturbati animi scribitur, qui suis mendaciis & adulationibus & maledictis, turbant & lacerant omnes respublicas. Ita apud Chaldæos, penes sacerdotes solos erat publica fides annalium temporum gesta, & regum, vt author est Metasthenes, libro de iudicio temporum.

Fuerunt in Gallia meo tempore, qui titulum historiographi regij impetrarunt à principe: sed quantum isti adulationis & mendaciorum inseruerint, erunt qui iudicent, tacentes vitia principum, & immeritos laudantes, quod ne fiat, cauendum est in republica. Et si quorum talia scripta ædita inueniantur suppressenda vel tollenda etiam publico decreto erunt.

5. Diligentia & fidei scribarum librorum antiquorum testimonium est locuples quod ad euitandam additionem vel minutionem, solerent per numeros, versus vel sententias notare, & quot versus vnum quodque volumen haberet, vel quot singula capita, in summam

postea

postea conuicere.

Exempla habemus in sacris bibliis. Nam vt ait Rabinus Kimhi, <sup>a</sup> connumerati sunt apud Hebræos in libris legis versus, 5845. in prophetis, 9294, in apographis, 8064. <sup>a</sup> in directorio viarum lingue sanctæ.

Idipsum & in legibus, & in interpretum libris aliquando obseruatum. Nam refert Iustinianus Cæsar, in lege secunda de veteri iure e-nuclea. C. antiquæ iurisprudentiæ fuisse penè duo millia librorum conscripta, & plus quàm tricies centena millia versus à veteribus effusa. Idem in prooemio. P. in §. & antea.

Sic Aemilius Probus in Epaminonda, vno volumine, inquit, hoc, vitas excellentium scriptorum quamplurimum concludere constituimus, quorum separatim multis millibus versus complures scriptores ante nos explicarunt.

Et Diogenes Laertius in Aristotele, postquam libros ab Aristotele scriptos connumeravit, subiicit *γίνονται αὐτῶν μυριάδες ἑξήκοντα τέτραρες ἢ τετραράκοντα, πρὸς τὴν πεντακισχίλιον ἢ διακοσίον ἑβδ ομήκοντα, καὶ ἑξάκοντα μὲν αὐτῶν πεπραγμένα τῶν βιβλίων.* Efficiuntur omnino versus myriades quatuor & quadraginta cum quinque millibus & ducentis & septuaginta.

Idem quoque Laertius in Theophrasto, *In summa sunt*, inquit, versus myriades centum octingenti octo. Et Plinius libro 30. capit. 1. Hermippus qui de tota ea arte diligentissimè scripsit, vicies centum millia versus à Zoroastre condita, indicibus quoque voluminum eius positus, explanauit.

6. Vsum notariorum seu scribarum, in aliis reipublicæ negotiis esse, eumque necessarium, constare potest ex amanuensium iudicum constitutione, qui acta iudicij describunt, ex notariorum argentariorum seu tabellionum officio, qui contractus perscribunt fide publica, & conseruant.

7. Qualis etiam sit vsus cancellariorum, & eorum quos vocamus Secretarios, principum vel rerumpublicarum, quamue necessaria illorum fides, omnes planè norunt: & maximè esse eos viles si cum fide quoque adhibeant silentium consiliis præscriptis, vt contra valde esse perniciosos, si falso præscripserint decreta, si consilia detegant inimicis, si prodant dominos, si largitionibus & muneribus corrumpantur.

Quemadmodum Philidas Thebanus, Archiæ & aliorum polemarchorum Thebanorum scriba, eos prodidit.

Et Aurelianus imperator memoratur in Thracia interiisse, Meneftiici notarij vel scribæ sui fraude, qui ad quosdam militares amicos eius, nomina eorum annotata pertulit, falso manum illius imitatus, perinde ac eos Aurelianus interficere constituisset, vnde ab his occisus est imperator.

De librorum affectione.

CAPVT. X.

f 4

b c. quoniam contra II. de proba. lib. 2. r. 19. der. §. 1. 30. q. 1. ad hoc, de fid. instrum. l. §. illud etiam, de his qui ingrediuntur ad appella. c. c. ad audientiam, de præscrip. c. illud, de præsumptionibus. tit. de tabellionibus. in nouell. l. 1. & seq. C. de eodem P. d. Xenophon lib. 5. rerum Græcorum Aemilius Probus in pelopida. e. Flavius vespiscus victor & Eutropius in Aureliano.

Quia quæ placent, chariora nobis sunt, & magis dilecta cæteris præponuntur; sic qui scientias et artes profitentur, prout sibi illis placent. Et artifices, artificij peritos, librosque eorum aliis præferunt. Ideo à Jurisconsultis inæstimabile censetur interesse, quod ex libris percipi potest.

a l. penult. ad exhib. P. lib. 10. t. 4.

Ex libris quippe quis doctior et melior euadere potest: inæstimabilis autem est scientia et probitas. Sed et, ut erga certos homines quis ad amandum propensior est, et quidam aliquid alij aliud magis diligunt, Sic,

2 Singularis est hæc librorum affectio, maximè quando aliquibus iam ea est opinio concepta, ut quæ diligunt præstantiora existiment. Nec etiam parcunt laboribus aut sumptibus ut amata consequantur. Plato, quamuis tenui admodum pecunia fuerit, tamen fertur emisisse tres Philolai Pythagorici libros, decem millibus denariis; quod pretium ferunt ei donasse quidem Dionem Syracusanum amicum. Aristoteles quoque creditur libros pauculos Speusippi emisisse tribus Talentis Atticis, quorum summa sit apud Romanos HS. duo et septuaginta millia.

b Aulius Gellius lib. 3. c. 17.

Alcibiades Homerum valde admiratus est, et in pretio habuit. Proinde cum aliquando in ludum literarium venisset, Iliadem petiit. Et cum ludimagister se nihil Homeri habere affirmaret, insilixit ei pugnum, atque eum imperitum, et similes sui pueros efficere, dixit, ut scribit Ælian.

c lib. 15. variæ historia.

Cyprianus lectione Tertulliani quotidie utebatur, et illum vocabat Magistrum.

d Nicephorus Calixtus lib. 4. historia c. 34.

Plato tantopere probavit libros à Sophrone Syracusio Agathoclis filio, mimographo scriptos, antea neglectos, ut primum Athenas inuenerit, quæstumque ex eis duxerit, eosdemque etiam dormiens atque moriens capiti suppositos habuerit, ut ait Diogenes Laertius.

Tanti fecit Pindarum poetam lyricum antiquitas, ut et Alexander magnus cum Thebas vastaret Pindari ædibus inscripserit, ut Dion testatur, Πινδάρου τῆς μελοποιῆς τὴν ἐστὴν μὴ καλεῖται. hoc est Pindari testum ne cremate.

Commendauit populo suo Deus libros legis. Non recedat inquit volumen legis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut custodias & facias omnia quæ scripta sunt in eo. Tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. Non declines à verbis legis huius ad dextram vel sinistram, ut intelligas omnia quæ agis.

Carolus magnus delectatus valde libris D. Augustini de ciuitate Dei, quos sibi legi et historias inter cœnandum curabat, ut ait Cranzius lib. 2. de ciuitate Dei c. 8.

3 Ailius Verus Cæsar adoptatus ab Adriano, ut post eum esset Cæsar libros amorum semper in lecto habuit, et Martialem epigram-

epigrammaticum poetam Virgilium suum dixit.

4 Alphonsus rex Hispaniarum, semper in omni expeditione, commentaria Inlij Cæsarit tulit, Idem etiam librum apertum pro insigni gestauit, quod bonarum artium cognitionem maxime rebus conuenire intelligeret, quæ videlicet ex librorum cognitione atque euolutione perdisceretur. Fuisse enim eundem, cap. 15. ait librorum studiosum ut milites in direptione urbium, si quos libros comperissent ad eum deferrent. Gloriabatur idem, se biblia sacra quater & decies, cum glossis & commentariis perlegisse, ut refert idem Panormit. refert etiam Alphonsus cum libris cubasse in sponda positus, & in cap. 34. dicere solitum, se malle vniones margaritæque suas perdere, quam qualemcunque librum.

a Ailius Sparbianus in Aelia vero.

b Antonius Panorm. lib. 2. de dictu & factu Alphonsi cap. 13. & 14. c cap. 17. li. 2. d lib. 4. ca. 31.



## DE REPUBLICA

sive,

DE LIBERALIBVS DISCIPLINIS.

LIBER XVII.

De arte loquendi seu grammatica.

CAPVT PRIMVM.

GRAMMATICA, quæ à literis appellata quas grammata dicunt Græci iam locum secundum suam partitionem occupauit, in eo qui bene legendi scribendique adeptus fuerit facultatem. Proximus est in loquendi scientia, & enarratione scriptorum. Scribendi ratio coniuncta cum sermone est, & enarrationem præcedit emendata lectio. quod non solum in Græco Latino Hebraico sermone sibi adsciscit locum, sed in omni genere linguarum quæ ad præcepta reuocata fuerunt, & habent quandam à corruptione vulgaris sermonis perfectionem, aut minus imperfectam eloquutionem.

Grammatica olim ut ait Suetonius Romæ, & puto etiam alibi, in usu quidem, nedum in honore vllò erat, rudi scilicet ac bellicosa etiam tum ciuitate, nec dum magnopere liberalibus disciplinis vacante. Neque puto esse quippiam aliud grammaticorum in omni lingua operam, quam facilioris compositionis verborum, aut pronuntiandi aut intelligendi quædam methodum, sub regulas redactam. Appellatio porro Grammaticorum, Græca consuetudine inualuit: sed initio literatores vocabantur. Cornelius quoque nepos quum distinguit literatum ab erudito, literatos quidem vulgo appellari ait,

e Suet. de illustrib. Grammaticis in principio.

eos, qui aliquid diligenter & acutè, scienterque possint aut dicere, aut scribere: ceterum propriè sic appellandos poetarum interpretes qui à Græcis γραμματισμοι nominentur, eosdem literatores vocatos. Sunt tamen qui literatum à literatore distinguant, ut Græci grammaticum à grammata: & illum quidem absolutè, hunc mediocriter doctum existiment.

2 Veteres grammatici & rhetoricam docebant. Et quanuis postea discretæ fuerint professiones, attamen adhuc grammatici quædam vel retinuerunt: vel instituerunt, quæ ad eloquentiam præpararent: ut problemata, periphrases, eloquutiones, ethologias, atque plura id genus: ne scilicet ficci omnino, atque aridi pueri Rhetoribus traderentur. Erat grammatica ita olim perfecta loquendi eloquenter scientia: sicut & Suetonius ait memoria patrum audiuisse è grammaticis statim è ludò transisse in forum, atque in numerum præstantissimorum patronorum receptos. ita ut non mirum videri possit, quod idem refert, fuisse in vrbe super viginti grammaticæ scholas celebres, pretia grammaticorum tanta, mercedisque tam magnas, & in honore grammaticos, ut neque etiam minima ciuitas postea inuenta sit, quin institutioni puerorum, saltem non inueniantur professores instituti grammaticos.

3 Sapientum inuentum dicitur Grammatica, ut certè non nisi à diligenti sermonis obseruatore, potuerint præcepta certa, formulaque loquendi & scribendi deprehendi. Atque Eupolemus Historicus, libro de regibus Iudææ, Mosem ait primum fuisse sapientem, & primum grammaticam dedisse eam qualis tunc habebatur: Phænices verò à Iudæis possedisse scientiam, ut pote illis conterminos, tradidisseque Græcorum pueris, etiam ut inquit,

a meminit huius histor. Cle. Alex. in lib. Stromaton. & Cyrillus arch. Alexadrin. li. 7. contra Iulianum. apostatam. b Vlpian. l. i. de ludi quoque liter. de vari. & extraordi. cognitio. P. c In l. tunc de studiis liberal. urb. 43. lib. 11. C. tit. 18. l. 5. de profess. lib. 10. C. d In c. 3. de vi ta & honesta. cler. lib. 3. tit. 1.

Mibi qui apud eos fui, & prima didici elementa<sup>a</sup>

Suidas Thasymachum Calcedonicum sophistam primum ait in Bythinia Periodū & Colon demonstrasse, & vstratum etiam nunc Rhetoricæ rationem instituisse.

3 Possunt ludi literarij magistri, in republica distingui à professoribus grammaticæ, ut & distinguit Vlpian.<sup>b</sup> Literatores illi qui legere & pingere literas docent, dici possunt, per quas dehinc ad concipiendas & intelligendas peruenitur scientias, acceditque grammatica quæ rectam scripturam, seu orthographiam, seu iungendi syllabas & literas necessarias, docet rationem. & pronuntiandi modum, & deinceps lectorum dictorumque mentem. Atque ita & grammatici publicè docentes & probati à republica seu ciuitatibus, inter professores numerantur priuilegiatos<sup>c</sup> ultra quos ex sacris canonibus & consiliis, & municipum prouisionibus, sunt in singulis fere parrochiis & pagis literatores, vel ipsi curiones, vel illorum clerici, qui pueros doceant fidem vel literas primas, seu legere & cantare<sup>d</sup>.

5 Literæ sunt elementa prima scripturæ, ex quibus syllabæ componuntur, & ex syllabis dictiones, ex illis oratio. Pronuntiatio eadem elementa habet vocalium & literarum & syllabarum, dictionum & sermonis. Sed videntur elementa muta literæ & scripturæ: audiuntur eadem

eadem elementa in voce. Grammatica à literis dicta ars quæ & literas pronuntiare doceat, & distinguere auditu & visu. Ianua sermonis hæc & scripturæ emendatæ, ut omnium rerū elementa proculdubio prima, & cognita necessaria antequam ad composita ex illis perueniatur. Neque potest rectæ loquutionis aut scripturæ peritiā sibi vendicare, qui elementa illa ut oportet non bene didicerit. Sicut Citharistæ artē, perfectè didicisse nihil aliud est, quam vnumquemque tonum cuiusque chordæ dignoscere, quæ elementa musicæ quilibet appellaret ut disputat Plato.<sup>a</sup> & ita inquit, λόγος tria significat, quæ eandem videntur habere naturam, orationem, rationem, & definitionem, Et primum cogitationem suam voce per verba nominatque exprimere, opinionem propriam in voce, perinde ac in speculo & aqua figuram monstrantem ratio, interior sermo est: exterior, loquela, definitio eius, determinatio. Et cogitatio & oratio idem: nisi quod cogitatio dicitur illa ipsa sine strepitu vocis interior collocutio: qua sese animus noster alloquitur, sed per os effluxus prolationis ab illa dicitur oratio.<sup>b</sup> Dicitur etiam Latini orationem, quasi oris rationem.

6 Magistris & grāmaticis Græcis & latinis immunitatē ne hospitē reciperent à principibus indultam, Vespasianū & Adrianum cc. rescriptisse testatur Arcadius Iuriscōsultus<sup>c</sup>. Ab Antonino Pio, vacatio munerum quoque professoribus eius artis intra numerum permissum in singulis ciuitatibus<sup>d</sup> data. imò & illis dignitas comitiuæ, delata est, si docuerint in ordinem allecti & probati, per viginti annos: qualis & cæteris liberalium artium & philosophiæ, & iuris professoribus<sup>e</sup> concessa.

Consultum enim sic reipublicæ visum est, si ad docendum & otio, & immunitate, & honore foucantur probati ab ordinibus decurionum: ut contra grammaticos seu oratores, decreto ordinis probatos, si non se vtilēs studentibus præbeant, denuo ab eodem ordine reprobari posse, incognitum non est.<sup>f</sup>

DE ELOQUENTIA EIUSQUE  
utilitate, reprobatione, abusu, & remediis  
contra abusum.

CAPVT II.

Ars bene aptè & copiosè dicendi existimatur eloquentia, quæ ex rhetoricorū præceptis constat, bona certè reipublicæque vtilissima per se, & cui plurimum tribuatur, tanquam instrumento & organo, quo mentis sublimes comprehensiones quæ expediunt: quæ nocent, quæ sequenda, fugiendæ sunt, demonstrari, deliberari & consuli, & indicari queant. Præludia quæ præcedunt vtilitatem publicam ad quæ dirigitur eloquentiæ institutum, sunt illa rudimenta concipiendi cum artificio quæ dicenda sunt: item illæ vmbrales declamationes, seu fictitiæ, quæ ad acuendum ingenium, & ad parandam promptitudinē

a Plato li. 16<sup>o</sup> seu in Theate to, vel de scientia.

b Plato in sophista, vel de ente, dialogo 15. c in l. fin. §. f. de muner. & honori. lib. 50. P. ii. 4. & l. f. de professorib. & medicis li. 10. C. tit. 52. d l. si duas habenti. 6. §. grāmatici. de excusationib. tur. li. 27. P. iii. 1. e l. unica de professorib. qui in vrbe constantin. docentes, ex lege meruerunt comitiuam li. 12. C. ii. 15. f l. 2. de professoribus & medicis, li. 10. C. vi. 52.

a Aristoph. in ranis.

Et vt Aristophanes dicebat, ἐκ τῶν κερδαῖς ἰσὸν ἄλλο, καὶ λέει λόγος, non est persuasionis sacrum aliud quam sermo.

Si modo suis partibus constet oratio, & si emendata sit, quod ex Grammatica accipit: si elegans, quod ex Rhetorica: si probabilis, quod ex Dialectica mutuatur. Maxime: Si habeat ornamenta, quæ in pronuntiatione apta, & conuenienti corporis motu consistunt, quibus cum se instruxit, tribus modis homines aggreditur, animos eorum ipsa inuadendo, horum alteri aures, alteri oculos permulcendo tradendo b.

b Valer. Maxim. li. 8. c. 10.

3 Pacis comes, otiique focia, & iam bene constitutæ ciuitatis quasi alumna eloquentia c. Duæ quippe sunt artes, quæ possunt loca- re homines in amplissimo gradu dignitatis: vna imperatoris, altera oratoris boni: ab hoc enim pacis ornamenta retinentur: ab illo, pericula belli repelluntur d.

c Cicero de claris oratoribus.

d Cicero pro Murena.

e 4. de finib. Cicero.

f in decem orat.

g Plutarch. de decem orat.

Sed & ipsa eloquentia principibus maximè ornamento est e. Comparabat Philippus Rex Macedonia orationes Demosthenis propter pomposos neruos, militibus, vt ait Plutar- chus f. Et Isocrate requirenti quid ars oratoria polleret, respondit, par- ua magna, & magna reddere parua g. Incitat ad bella, ad pacem, quan- cumque in partem se inflectit animos auditorum secum trahit. Tyr- tæus ludi magister Atheniensis Lacedæmonios suis carminibus ita inflammavit, vt cum à Messeniis ter essent victi, illius eloquentia pri- stinam fortitudinem recuperarint. Et Epaminondas Thebanus, cum in Græciæ consilio, de Lacedæmoniorum tyrannide & libidine dominandi, multa differuisset: vsque ad eo Græcorum animos com- mouit, vt à Lacedæmonii deficerent, & Leuctriæ calamitatis ocio- sos spectatores se exhiberent, & ita prius lingua sua quam armis vicit Lacedæmonios h Epaminondas. Demosthene loquente, Græcia vni- uersa pacem & bella suscepit, suscepta deposuit, fœdera cum regibus iunxit, coniuncta dissoluit i. Hegetorides Thasius eloquentia sua, contra legem fœdus cum Atheniensibus faciendum esse, Thasii per- suasit k. Armatam plebem Romanam, quæ regibus exactis nimia li- bertate secesserat à patribus iuxta ripam fluminis Anienis, pestifera seditione diuisam, & miserrimum reipublicæ statum, P. Valerij elo- quentia in pristinum statum reduxit, & verbis facundis ira, confter- natio, arma cefferunt l. Menennius quoque Agrippa, tantum elo- quentia valuit, vt rursus plebem à patribus dissidentem, solus sua oratione, quo voluerit flexerit pulcherrimo illo apologo corporis humani & membrorum, seditionem cõtra stomachum mouentium m.

h Amilius Probus in eius vita.

i Plutarch. in Demosthen.

k Polyanius lib. 1. Stratag.

l Valer. Maximus li. 8. c. 9.

m Plinius li. de uiris illu- stribus ca. 18.

Plutarch. in Coriolan. Li- uius Dionys. Halicarnas. in 6.

n Cicero in Brut.

o Plutarchus in Politicis.

re homines in amplissimo gradu dignitatis: vna imperatoris, altera oratoris boni: ab hoc enim pacis ornamenta retinentur: ab illo, pericula belli repelluntur d.

Sed & ipsa eloquentia principibus maximè ornamento est e. Comparabat Philippus Rex Macedonia orationes Demosthenis propter pomposos neruos, militibus, vt ait Plutar- chus f. Et Isocrate requirenti quid ars oratoria polleret, respondit, par- ua magna, & magna reddere parua g. Incitat ad bella, ad pacem, quan- cumque in partem se inflectit animos auditorum secum trahit. Tyr- tæus ludi magister Atheniensis Lacedæmonios suis carminibus ita inflammavit, vt cum à Messeniis ter essent victi, illius eloquentia pri- stinam fortitudinem recuperarint. Et Epaminondas Thebanus, cum in Græciæ consilio, de Lacedæmoniorum tyrannide & libidine dominandi, multa differuisset: vsque ad eo Græcorum animos com- mouit, vt à Lacedæmonii deficerent, & Leuctriæ calamitatis ocio- sos spectatores se exhiberent, & ita prius lingua sua quam armis vicit Lacedæmonios h Epaminondas. Demosthene loquente, Græcia vni- uersa pacem & bella suscepit, suscepta deposuit, fœdera cum regibus iunxit, coniuncta dissoluit i. Hegetorides Thasius eloquentia sua, contra legem fœdus cum Atheniensibus faciendum esse, Thasii per- suasit k. Armatam plebem Romanam, quæ regibus exactis nimia li- bertate secesserat à patribus iuxta ripam fluminis Anienis, pestifera seditione diuisam, & miserrimum reipublicæ statum, P. Valerij elo- quentia in pristinum statum reduxit, & verbis facundis ira, confter- natio, arma cefferunt l. Menennius quoque Agrippa, tantum elo- quentia valuit, vt rursus plebem à patribus dissidentem, solus sua oratione, quo voluerit flexerit pulcherrimo illo apologo corporis humani & membrorum, seditionem cõtra stomachum mouentium m.

M. Popilius Lænas Consul, eodem tempore quo sacrificium publi- cum cum Læna faceret, quia carmentalis flamen, plebis contra patres seditione nunciata, vt erat Læna amictus ita venit in concionem, sedi- tionemque tum autoritate, tum etiam oratione sua sedauit n.

Oratione, velut gubernaculis naues, ac freno equos, gubernant in populum principes o.

Solet oratio suis partibus bene composita, mederi malis animi pas- sionibus, si à bonis perite & cum suadela seu eloquentia proferatur: non minus quam pharmacum bene compositum in quo aliquid dulce misceatur, solet lubentius ab ægrotis sumi, & iucunde accipienti- bus pro-

bus prodesse, vt fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei, ver- bum autem Dei à peritis concionatoribus rectius excipitur. Et De- mosthenes a, Enimvero inquit ad Athenienses, me nõ parũ prodesse reipu- blicæ censeo: si vos optima audire cõsuefaciã oportet enim vt qui de ciuitate nostra bene mereri cupit, aurib. primũ vestris medeatur, corrupte enim sũt. a Demost. o- ratio de re pu- blica ordinã- da.

Inest vis quædam prorsus rationis incognitæ, quæ in oratione mira- biles producit effectus, & emphasin ad mouendum interiora audito- rum, imò verò & loquentium ipsorum, sed eo magis quo intelligetur & rerum præstantiorum est enarratrix, & Deum & Spiritam Diuinum habet concomitantem, qui nunquam deest inuocantibus, & qui eius mirabilia, laudes & voluntatem, ad institutionem morum reipublicæ- que Christianæ vilitatem, sermones & orationes componunt superat- que omnem ornatum Rhetoricum, & præstantior est autoritas & ef- ficacior, & penetrabilius omni gladio ancipiti verbũ Dei, quod pro- latum sua autoritate flectit superbõrum ceruices, fugat demones, demit torporem, excitat ad agendum commortuas vires.

4 Sunt in eo numero præcipuè sacre scripturæ verba, quæ recitata memorabilem vim habent, vt I. E. S. V. Naue conspecta hostium acie, cum in terram promissionis venisset, coeuntibus ad præliũ contra eum regibus Amorrhæorum, ipse pro armis & gladiis Deuteronomium re- citans in aures omnium, verbæque legis in memoriam renouans, & his populum armans, hostes superauerit. Josias etiam inuento eo libro, re- citatõque ad omnium aures, nihil amplius hostes timebat: verum vt ait Athanasius b, fide & sana affectione opus est, vt lex nostris precibus coope- retur, & olim Israelitæ in recitandis scripturis sacris, demones expellebat, & eorũ insidias detegebant cõtra homines: quia & demones sanctorũ viro- rum voces exhorrent, & ferre nequeunt. Eodem modo ista super eos quæ pa- tiuntur recitata sunt, ac magis profueris, & tuam ipsius fidem veram fir- mamque esse approbaueris, adeo vt eam respiciens Deus, solidum remedium indigentibus præstet. Rursum idem Athanasius c, vt animi cogitatus ver- bis prodimus & significamus, ita spiritalis in anima contentus signum esse volens dominus melodiam verborum, psalmos vt modulis canerentur, insti- tuit, & cum huiusmodi harmonia recitari voluit: sicut scriptum est si quis in mœnore est, psallat: si quidem, quod in anima turbidum est, asperum & incõ- positum complanatur, & tristitia mitigatur nobis psallentibus.

b D. Atha. epistola ad Marcellinum. de interpreta- tione psalms.

c eodem loco ad Marcelli- num.

5 Quemadmodum mentis imagines proculdubio sunt sermones, vt sermonum literæ, sic ex vtrisque veluti per sigillum, in mente au- dientium imprimuntur similes imagines, quæ fortius interdum scul- ptæ diutius remanent, & in phantasia retinent impressiones, quæ ge- nerant imitationem quandam affectionum, retinent & sentiunt veluti transeuntis sermonis aculeos. Neq; alia quam admirabilis, illa dicitur eloquentia, quæ veluti viuã imagine rem qualis est vere representat, & penicillo viuæ vocis mentibus obiicit auditorum, in qua plus ipsa res an verba operentur certum non est, dicere. qua tantum valuit Hege- sias Cyrenæicus philosophus, qui sic mala vitæ representabat, vt eorum miseranda imagine audientium pectoribus inserta, multis voluntariæ mortis oppetendæ cupiditatem ingeneraret. Ideo quæ à rege Ptolomæo ulterius hac de re differere prohibitus est. d.

d Cicero 1. Tu- scula. Diogen. Laert. lib. in Aristip. Val. Max. li. 8. ca. 9. in fine.

a Lucian. in  
παραλήξει.

6 Lucianus<sup>a</sup> in quadam præfatione de Hercule Gallico seu Celtico eiusq; pictura agens, tradit eius simulachrū fuisse apud Celtas, senis trahentis confertissimā turbam hominū alligatam auribus catenulis auro electrove fabrefactis, pendentibus ex lingua eius, quo significabāt eloquentiam eius vehementem. Senem enim fecerunt, quia senectus sciat doctius dicere quā iuuentus possit, quemadmodū & apud Homerum dicitur ex Nestoris lingua fluere mel: & Troianorum oratores, τλω λερπέσσαν *lirioessan*, vocem, quandam vocem emittere id est floridam: nam *liria*, vocantur flores. Proinde & quod auribus homines ad linguā vincos trahebat senex, ille Hercules, illud & Sermo: cum linguæ & aurium magna sit cognatio, sicuti & apud poetas *Iambos* comicos dicit idem Lucianus scriptum, loquacibus extrema in parte omnibus linguā esse pertusam. Ita & opinabantur Herculem oratione omnia perfecisse, virum quidem sapientem & ita senem, qui persuadendo facundia quā plurima subegerit: siquidē tela ipsius, acutos, certos, celeres, & animas sauciantes sermones interpretamur, sicuti & apud Græcos *πλεόπειρα* ἐπιπennata verba etiam dicta. Cathenæ quæ vincunt homines, certe & verba sunt, quæ & illos illiciunt & ligāt. Sicut apud Eunapium Sardinum, libro de vita Sapientum, de Porphyrio dictum eloquenti homine, quod is veluti cathena mercuriali ad homines tracta, produxit omnia clarè purèque variæ doctrinæ arcana. Cicero firmat locis quā plurimis<sup>b</sup>, eloquentiā homines trahere quo velit. Eo referendū putāt quod aiunt, Orphæū Cytharæ dulcisonæ modulos, feras & saxa mouisse: nempe ad eloquentiā: quam Euripides Reginā, & Ennius flexanimā appellauit. Sic Deucalionē lapides in homines mutasse finxerunt, non alia ratione quā quod vitam rudem & agrestem illorum mitiorē reddiderit sermone & apta oratione. De Amphione, id ipsum explicat cōiunctim cum Orphæo Horatius, de arte poetica.

b Cicero. I. de oratore. I. de inuentione, pro Sextio. Et ubique genus humanum in moribus ac sylis dissipatū, oratione disertorū & prudentiū consilijs, in unum locū compulsum & congregatū, dicit.

*Syluestres homines sacer interpretque Deorum  
Cædibus & victu sædo deterruit Orpheus:  
Dicitur ob hoc lenire tigres, rabidosque leones.  
Dicitur Et Amphion Thebanæ conditor urbis  
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda  
Ducere quo vellet. Fuit hæc sapientia quondam  
Publica priuatis secernere, sacra prophanis  
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis,  
Oppida molliri, leges incidere ligno.*

c Pausanias  
in Atticis.

d Plato li. 16.  
de causis, vel  
de regno.

e Archadius  
iurisco. in l. fi.  
S. fi. de numer.  
& hon. lib. 50.  
l. iii. 4.

Ita Theseus cum in vnam ciuitatē, ex agris Atheniensiu populū cōpulisset, veneris popularis & suadela cultum, induxit: huic, propter politię constitutionē, quia sua persuasione populus cōuenisset: illi, ob ciuitatis conseruationē. Plato<sup>d</sup> etiā in ciuili scientia connumerat, præfecturam exercitus, iudicalem præturā, oratoriā dignitatē cum regia autoritate communicantē, dum quod iustū est, persuadet: & cum illa publicas res gubernat, quæ si quis modo quodam facile segreget nudum iam ac solum illum quem quærimus, inquit, ciuilem nobis ostendet.<sup>e</sup> Et quia vtilis vis fuerūt oratores reipublicæ, vt magistris, grāmatis, ita illis fuit immunitas concessa, ne hospite reciperent, vt tranquillus possent meditationi studiorum vacare. refert Arcadius Iurisco-

fultum ita rescriptisse à principibus concessum imperatores Vespasianum & Hadrianum. Suetonius quoque tradit Vespasianum primum Romæ rhetoribus stipendia seu salaria è fisco cōstituisse quod Cassiodorus Domitiano adscribit, Lampridius Alexandro: potuit enim fieri vt isti principes, & alij illis salaria præstanda temporibus decreuerint. Et Antoninus Pius etiam edicto ciuitatibus certum numerum concessit habere Rhetorum prout maiores & minores essent, qui immunitatem à muneribus haberent, & vacationem, vt respondit Modestinus<sup>a</sup> & Cæsarum constitutionibus & aliis legibus firmatum est<sup>b</sup>. Ad oratores priuilegiatos & vtilis reipublicæ referre possumus causarum difertos patronos. Nam vt ait Anastasius imperator, laudabile, vitæque hominum necessarium aduocationis officium, maximè principibus præmiis oportet remunerari, cōaduocati inquit Leo & Anthemius cc. qui dirimunt ambigua fata causarum, suæque defensionis viribus in rebus publicis & priuatis, lapsa erigunt, fatigata reparant, nō minus prouident humano generi, quam si præliis ac vulneribus patriam parentesque seruarent. Nec enim solos nostro imperio militare credimus illos, qui gladijs, clypeis & thoracibus nituntur: sed etiam aduocatos militant namque causarum patroni, qui gloriosæ vocis cōfissimū minime, laborantium spem, vitam & posteros defendunt<sup>d</sup>.

7 Ceterum fuerunt, quibus exosa fuit eloquentia, & rhetorum confessus & declamationes; imo ipsi eloquentes fuerunt, veluti inanes & vani & dolosi, suspecti.

D. Bernardus<sup>e</sup> Geobosulum adolescentem & studentem eloquentiæ, cum sapientiæ sit inanis, non aliud quā iustitiæ hostem reputes. Hieronymus, fertur à Rabano per angelum<sup>f</sup> correptus, quod vir christianus eloquentiæ Ciceronis studeret curiosus.

Iulius etiam pontifex maximus<sup>g</sup>, in rebus ecclesiasticis, non specimē inquit eloquentiæ, sed canones apostolici requiruntur, operaque dari solet ne quis ex paruis scandalizetur. Et Basilius magnus<sup>h</sup> Sacra schola, præcepta Rhetorum aut instituta non sequitur, nudam rerum expositionem pro encomijs habet, quam & nobis & sanctis, satis esse existimat.

Fecit Eudoxius Arianus tempore Valentis Cæsaris, Eunomium quendam sophistam & dialecticum dictum Atheum, in Cyzico episcopum, expellere nisi Eleusinum, cumque illuc venisset, vtens more solito Dialectica & Rhetorica, quasi peregrinum aliquid auditoribus inferebat: quamobrem Cyci tumultus exortus est, eumque vrbe pulerunt, non ferentes eius fastum verborum.<sup>i</sup>

Caio Fannio Strabone, Marco Valerio Messala consulibus senatusconsultum de philosophis & Rhetoribus latinis factum est. Marcus Pomponius prætor senatum consuluit. de ea autem re ita censuit vt M. Pomponius prætor animaduerneret curaretque, vt ei è reipublica fidèque sua videretur, vti Romæ ne essent: & aliquot deinde annis vt refert Gellius<sup>k</sup>, post id senatusconsultum, Cn. Domitius Enobarbus & L. Licinius Crassus censores, de coercentis rhetoribus latinis, ita edixerunt. Renunciatum est nobis esse homines qui nocuum genus disciplinæ instituerunt: ad quos iuuentus in ludum conueniat eos sibi nomen imposuisse, Latinos Rhetores. Ibi, homines adolescentulos dies totos

eadem & iisdem verbis refert Sueton. Tranquillus lib. de claribus orat. in principio.

a Modestinus  
in l. si duos. 6.  
§. l. grammatic.  
& §. est autē  
de excusationibus.  
& cura.  
li. 27. ii. 1.

b l. viij. de  
professor. qui  
in vrbe C. ff.  
& lib. 12. C.  
li. 15. l. fina. de  
professorib. &  
medicis. li. 10.  
C. ii. 52. l. 1. de  
extraordinar.  
cognitio. li. 50  
p. ii. 13.

c l. laudabile  
4. de adu. diu.  
ind. li. 2. C. 1. 8.

d l. aduocati  
14. de adu. di.  
ind. li. 2. C. 11.

7. priuilegia  
multa aduoca-  
torum. vide  
in dictis li. 2.  
C. ii. 7. & 8.

e Bernar. li.  
4. de consider.  
ad Eugenium  
papam.

f Rabanus  
li. de presuris  
ecl. c. 7. legi-  
mus 37. distin.

g Iulius Ro-  
ma. pontif. ad  
Diaconum  
Hacillū, Nar-  
cissum, Euse-  
bium & alios  
qui ex Antio-  
chia ei scripse-  
rant, cuius e-  
pistola ponitur  
in apologia 2.  
Athanasij.

h Basil. in ser-  
mone. in Gor-  
dianum marty-  
ran militem  
Casariensem.

i Scribis So-  
crates li. 7. hi-  
storia riparti-  
ta. c. 19.

k li. 15. c. 11.

desidere. Maiores nostri quæ liberos suos discere, & quos in ludos i-  
tare vellent, instituerunt. Hæc noua quæ præter consuetudinem ac  
morem maiorum fiunt, neque placent, neque recta videntur. Qua-  
propter & his qui eos ludos habent, & iis qui eo venire consueuerunt,  
visum est faciendum, vt ostenderemus nostram sententiam nobis non  
placere.

M. Cato censorius, cum philosophum Carneadem de iustitia aca-  
demico more in vtramque partem differentem Romæ audiuisset, pa-  
tribus suasis, hominem hunc cito dimittendum, ne sua eloquentia a-  
nimos ciuium corrumpere. <sup>a</sup> Lacones Cephisophontem sophistam  
eiecerunt, qui se profitebatur de re quavis posse totum diem dicere.  
dicentes boni oratoris esse, sermonem habere rebus parem <sup>b</sup>. Sed &  
quidam plebeius ex illis cum lusciniam comprehendisset, neque cor-  
pulentiam voci respondere vidisset, eam abiecit; tu quoque inquis  
nihil aliud quam vox es. <sup>c</sup>

<sup>a</sup> Quintilli. li. 12. instit. ora-  
tor. c. 1.

<sup>b</sup> Plutar. in  
Laconic. apo.

<sup>c</sup> Plutar. in  
Laconic.

8 Neque conuenire videntur reipublicæ homines, qui plus tem-  
poris terunt in dicendo quam resoluendo: pretiosum enim tempus est  
& necessarium expediendis & efficiendis rebus. vt non immerito lau-  
data Phocionis oratio, quæ verborum paucitate pressior erat & per-  
breuis, multa verò sententiarum magnitudine ac grauitate, vt in eo  
intentus cunctabundus obambulans, semper dispiceret, num quid ex  
his quæ apud Athenienses erat dicturus, eximere posset. <sup>d</sup> Cum etiam  
Samij a Policrate tyranno exacti, Spartam venerunt: & ad eunt s prin-  
cipes, multa more supplicum commemorarent: Lacedæmonij primo  
cœtu responderunt: eorum quæ dixissent, priorum quidem oblitos  
esse se, posteriora verò non intelligere: vbi autem secundo congressu  
Samij nihil dixissent aliud quam oblato panario, illud pane indigere,  
Lacedæmonij responderunt, panario superfuturum. Et sic, paucis in-  
terpellati, paucis ferendam opem censuerunt. <sup>e</sup>

<sup>d</sup> Plutar. in  
vita Phocionis.

<sup>e</sup> Herodotus  
in 3.

9 Pernitiosi valde reipublicæ sunt eloquentes malæ conscientiæ  
& infidi, ambitiosi, avari, & cupidi: & quo artis peritiores eo perni-  
tiosiores, non minus quam incantatores & aucupes: etenim

*Fistula dulce canit volucrem dum decipit auceps.*

Vbi enim mentem sermonibus suis populi demulserint, & ita fa-  
scinauerint, iam voluntatis illorum magistri facti, iisdem ex arbitrio  
ad consentiendum abutuntur, & obcæcatos ne vtiliora meliorave vi-  
deant, efficiunt. Pisistratus, dicendo tantum valuisse creditur, vt ei A-  
thenienses, regium imperium oratione capti permitterent: cum præ-  
fertim ex contraria parte amantissimus patriæ Solon niteretur. Sed  
alterius salubriores erant conciones: alterius disertiores: quo euenit  
vt alioquin prudentissima ciuitas, libertati seruitutem præferret. <sup>f</sup> Ita  
idem Pisistratus eloquentia sua Atheniensi populo persuasit, vt præ-  
sidium militum contra inimicorum insidias sibi concederet, quo ac-  
cepto tyrannidem inuasit.

<sup>f</sup> Valeri. M.  
lib. 8. c. 9. lu-  
stinus in 2.

Plutar. in Sol.  
Herod. in 1.

<sup>g</sup> Aristoph.  
in Acharnæ-  
sibus.

Taxauit immodicam eloquentiam Aristophanes <sup>g</sup> alterius tyranni  
Periclis, eiusque concitatas seditiones in republica.

ἐν τεύθειν ὄργη ἢ περιμλῆς ὁ ἀλύμπιος  
ἢς παρτὶ ἐβρόντα, ζυμεύκα τὴν ἀλλὰ δὲ α

Peri-

*Pericles at indignatus hinc Olympius.*

*Tonat, corruscat, miscet omnem Graciam.*

Pericles namque felicissimis naturæ incrementis, sub Anaxagora  
summo studio perpolitus & instructus, liberis Athenarum ceruicibus  
iugum seruitutis imposuit. Egit enim ille urbem & versauit arbitrio  
suo. Cumque aduersus voluntatem populi loqueretur, iucunda nihilo-  
minus & popularis eius vox erat. <sup>a</sup>

C. Gracchus, eloquentiæ neruis cum posset ingenio reipublicam  
optime tueri, perturbare eam maluit <sup>b</sup>. Alcibiades potens conciona-  
tor, ingenio excellenti, ad res multas nouas aperiu fenestram <sup>c</sup>.

Sacerdos quædam visa est etiam suadere Enthymemate necessario,  
filio, ne quando verba faceret apud populum <sup>d</sup>. Nam si iniusta suaseris,  
inquit, Deum habebis iratum: sin iusta, homines, iuuenes: non posse  
declamatorem bona loquutum placere populo, & nisi aduletur: hoc  
autem displicere Deo.

10 Quod si quis, vtilia & conuenientia populo proponere vela-  
micis decreuerit, quid opus est verborum denocinatis & ambagibus,  
cum illi tanquam amico sit consulendum, amicis vero simpliciter sit  
loquendum, sicut dicebat Iou: ad Prometheum <sup>e</sup>.

δέλω πορὸς τοὺς πάντας ὅτι χριζέας, μαδάν,  
ἐν ἐμπελέων ἀνιγμάτ' ἀλλ' ἀπλῶ λόγῳ,

Ὁ σαρ δὲ λαγον πορὸς φίλους οἴγειν εὐμα.

<sup>a</sup> id est.

*Dicam tibi plane rem omnem quam scire cupis,*

*Nihil enigmatis implicando, sed oratione simplici:*

*Sicut rectum est aperire ad amicos.*

11 Videtur hæc etiam copiosè dicendi ars, maximè improbanda  
in ecclesiasticis concionatoribus, qui fucis rhetoricorum præcepto-  
rum se ipsos verius, quam verbum Dei prædicant: vnde fit vt nihil  
aut parum in grege dominico proficiant ad æternam salutem. Dum  
enim de suo addunt, & ad ostentationem docent, fugit vt plerunque  
spiritus Domini ab eorum mentibus. Sufficit pura & simplex enun-  
ciatio veritatis diuinæ, cōgruo tempore & ordine proposita. Ge. diuus  
Paulus <sup>f</sup>. Sermo, inquit, mens <sup>g</sup> prædicatio mea, non in persuasibilibus  
humana sapientiæ verbis, sed in ostentatione spiritus <sup>h</sup> & virtutis: vt fides  
vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Et rursum <sup>i</sup>, Non  
enim misit me Christus baptizare, non in sapientia verbi, vt non euacuetur  
crux Christi: verbum enim crucis, pereuntibus quidem stultitia est, ijs au-  
tem qui salui facti sunt, id est nobis Dei virtus. Scriptum est enim perdam  
sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobo. Non e-  
nim voluntate humana allata est aliquando prophetia seu interpre-  
tatio, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines <sup>k</sup>. Hoc  
primum intelligentes, inquit diuus Petrus, Quod omnis prophetia propria  
interpretatione non sit: omnis autem scriptura diuinitus inspirata sibi suf-  
ficit <sup>l</sup> & utilis est, ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudien-  
dum in iustitia <sup>m</sup>. Et vt plerunque qui spiritu sancto reguntur, & gratia i  
Dei vberius fruuntur, tardi efficiuntur ad loquendum, nec illam inanem  
disertorum verborum volubilitatem sectentur, sicut Moyfes testatur <sup>n</sup>,  
Obsecro domine, non sum eloquens ab heri & nudius tertius, & ex quo

<sup>a</sup> Valer. Ma-  
xim. tit. 8. c. 9.

<sup>b</sup> Cicero in Br-  
to. & 3. de o-  
rator. Plutar.

<sup>c</sup> in eiu vita.

<sup>d</sup> Valer. Ma-  
xim. vbi supra.

<sup>e</sup> Plutar. in e-  
ius vita. Cic-  
ro 3. de orato.

<sup>f</sup> Gellius lib. 1.

<sup>g</sup> cap. 11.

<sup>h</sup> Plutar. in  
Nicia.

<sup>i</sup> Aristotel.  
in 2. Rethoric.

<sup>k</sup> Apud Aes-  
chillæ in Pro-  
metheo.

<sup>f</sup> Paulus 1. ad  
Corinth. ca. 2.

<sup>g</sup> vers. 4.

<sup>h</sup> 1. ad Corinth.  
cap. 1. vers. 17.

<sup>i</sup> 2. Petr. cap.  
1. vers. 21.

<sup>k</sup> 2. ad Timot.  
cap. 3. vers. 17.

<sup>l</sup> k Exod. ca. 3.  
vers. 16. & 11.



locutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardioris sum lingua. Cui Deus respondit, *perge, ego ero in ore tuo doceboque quid loquaris*. De quo etiam Dominus noster Iesus Christus monuit discipulos. *Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis*. Viuus & efficax sermo Dei, sine humana eloquentia verborum delectorum <sup>b</sup>, & penetrabilior omni gladio accipitur: & pertingens vsque ad diuisionem animae ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis.

12. Sed & in causis apud iudicem perorandis, quid magis officere reipublicae aut reprehensibilius videbitur ipsis aduocatis disertis, qui mutant quadrata rotundis: qui iudici ita fucant veritatem, vt videantur insidiari iustitiae: vt & turpe reos empta miseros defendere lingua.

Placuit & alicubi, audiri tantum praesentes & loquentes litigantes vel dissidentes, ne per aduocatos intricatio fieret negotiorum: neque an diserte pereretur, sed quid pereretur, & an bene perpendendum rectissime putarunt, eadem ratione, qua Anacharsis Atheniensibus illum ridentibus quod solocizaret, & diserte & distincte Graecas literas non pronunciaret, respondit, orationem male non haberi, quando bona consilia sunt, factaque honesta post dicta sequuntur.

Sustulit merito Constantinus, formulas actionum instituendarum quibus insidiae tendebantur: cunctorum artibus <sup>e</sup>, vt & alibi sublatae scrupulosae solennitates stipulationum <sup>f</sup>, & donationum verba inania. <sup>g</sup>

Apud Areopagitas fuit lege cautum, vt qui causam diceret prooemio non ueretur, ne ad domumiserationem aut inuidiam adduceret: quippe mouere affectus per preconem prohibebatur orator, ne cui plus in misericordia quam in causa spei esset.

13. Sed in his abusus eloquentum potius quam eloquentiae nobis culpandus videtur, & certe castigandi abutentes, ars minimè damnada videtur. Nihil enim vsque adeo bonum inueniri potest, quod humana malitia in sui aliorumque perniciem abuti non possit. abutitur enim rebus, verbis personis, imò Deo & seipso homo: sed non ideo res, personae, Deus, condemnari, culpari aut reprehendi debent: vt neque reliqua adiaphora quibus ad utilitatem vel damnum reipublicae uti vel abuti possumus. Qui declamationibus & umbratilibus disputationibus pulpita occupant, otiose de virtutibus garriunt, quos cathedrae vocat philosophos Seneca, his enim qui *ἀπὸ καθέδρας φησὶ* <sup>φ</sup> satis videtur esse de virtutibus garrire.

Et Cornelius Tacitus scribit solam linguam discipulorum rhetores exercuisse, bonarum artium et virtutum studiis neglectis, quare eloquentiam velut expulsum regno, quae olim artium domina erat, tunc sine virtute sine honore quasi inanè verborum strepitum, quae ob futura saepe reipublicae, profutura nunquam, videretur: instrumentum et ad benedicendum, et ad maledicendum lingua est, modicum quidem membrum magna exaltans, quam nemo hominum domare potest: cui

a Math. 10. vers. 19. seq. Lucae. 12. vers. 11. b ad Hebraeos 4.4.

c Martial. i. epigrammat.

d Anacharsis in epist. i. ad Athenienses.

e l. j. de formulis & impetrationibus actionum sublati li. 2. C. li. 58. facit c.

f §. j. de ver. oblig.

g l. f. C. de donationib.

potest: cum tamen omnia animalia sint domita à natura humana, inquietum malum, plena veneno mortifero vtuntur lingua & eloquentia a boni & mali, quemadmodum iisdem pharmacis & medicus sanat, & veneficus interficit. <sup>cap. 3.</sup>

Laudandi sunt, qui apte & concinne & ordine dicunt, & suadent bona: sed vituperabiles, si male viuunt, si mala suadeant, si ea fauco concinnare tentauerint vt & aduocati concinnatores litium lege puniti <sup>b</sup>. Et vt ait Cyrillus Archiepiscopus Alexandrinus, à Deo datae sunt linguae, & fortassis vnicuique eximia quaedam gratia & pulchritudo, quantum ad ipsum pertinet, admirabilem autem ad illas collatam in pronuntiatione Atticam dicimus. Sed ea sola vti nihil proderit, ad hoc vt venerabilis quis euadat, & rectae vitae viam aspiciat. An ne vides eos qui in cœnis cantillare solent, auditores mulcere, & sunt nonnumquam vituperabiles peruersamque agere vitam. Itaque quod orationis numeros rite seruant greci laudantur: quod autem optimas virtutes negligunt, recte taxantur: quemadmodum & omnis oratio est inanis, nisi res sequatur. <sup>d</sup>

14. Non vituperant sacri patres eloquentiam, sed fastum & delectum inanem verborum: & probant dicendi proprietatem, inanis eloquentia non sancta elegantia damnatur. *Non sectamur* inquit Basilus Magnus, *verborum elegantiam quae apud vos suspicitur, neque concinna verborum structura studemus: apud nos enim non sunt qui verba torquendo effingant: neque cura nobis est saniora vocis modulatio, sed ubique praefertur clara & expressa vocum significatio.*

Simplex veritas, & simpliciter sine inuolucro manifestari debet: inuolucro manifestari debet: inuolucrum siue color rhetoricus, est superfluum & inanis, vbi veritas paucis & sufficienter per se cognita esse potest: & iniuriam irrogare videntur eidem, qui satis suis partibus ornata, alienis pretiosorum inuolutes reddere conantur. hoc enim est facibus solem illustrare, vel melius condimentis deterioribus rei suauitatem & excellentiam perdere vel corrumpere, aut puritatem splendoremque rei obtenebrare, quod & Deo & bonis piisque hominibus displicet. Deus enim artifex absolutissimus hominum inuentis & somniis sua ornatu humano deturpari vix patitur, boni & pij viri Dei auctoritatem superbia illa vana conspurcari non facile tolerant. Scribit Aristaeus qui adfuit rei gestae, Demetrium Phalereum propositum bibliothecae Ptolomaei 2. philadelphia, cum eiusdem iussu ex hebraeo traducti in linguam graecam fuissent libri sacri, audiuisse ex Theopompo, quod ipse caeperat nonnulla à Iudaica scriptura translata graeca oratione ornare, atque illico turbatione quadam mentis & animi percussus, Deum magno studio orasse, cuius rei gratia, id sibi accideret, audiuisseque per somnium, quod res diuinas hominibus adderet: Rursum à Theodoto Tragediarum poeta accepisse, quod cum nonnulla ex Iudaica scriptura trāsferre vellet, luminibus captum fuisse: & quia credidisset hac de causa id sibi euenisse, magno tempore penitentiam egisse, & tandem visum fuisse sibi restitutum. Quae omnia & testantur Eusebius <sup>f</sup> & Iosephus <sup>g</sup>. Spiridion episcopus senex <sup>h</sup>, & tamen à vita rustica eo promotus

<sup>b</sup> Vlpia in l. nec. quicquam 9. §. circa aduocatos. de off. procon. lib. i. P. tit. 16. c. Cyrill. Alex. li. 7. contra Iul. apost.

<sup>d</sup> Demosthe. in oratione re sponsura ad Philippi literas. c. D. Basilus hom. 6. in Ex- amero.

<sup>f</sup> Eusebius Pamphil. li. 8. de preparatio. euang. c. 1. <sup>g</sup> Iosephus li. 12. antiq. c. 2. <sup>h</sup> scribit Nicephor. Callix. lib. 8. historiae ecclesiasticae 42. & Sozomenus li. 1. historiae ecclesiasticae. c. 10.

propter sanctitatem, non tulit Led rensem episcopum, qui cum esset  
 literarum artibus pane eruditus, & pro legibus discendis diu Beryti  
 versatus, cum iussus fuisset in conuentu quodam ab aliis episcopis  
 sententiam dicere praesente Spiridione, & proferendo locum quo  
 Christus ad Paralyticum ait, *tolle grabatum tuum & ambula*, pro gra-  
 bato lectum dixisset, id moleste namque tulit Spiridion, *non quidem,*  
*inquit, praestantior es eo qui grabatum dixit.* Non passus verba eu-  
 angelica per affectationem mutari. Et quauis non possint verba re-  
 bus derogare quando scriptura vel sermo illis abutitur, vt dicebat Cy-  
 rillus Alexandrinus <sup>a</sup> archiep. tamen non datur licentia à probis viris  
 illis abutendi aut prophanandi. Vnà enim cum dictionibus, quauis  
 secundum oratorum proprietatem aliter quam illi suadeant prolatis,  
 mens recepta & ex consensu intellecta, retineri debet. Sicuti Dionys  
 Areopagita insinuat <sup>b</sup>. *Est irrationale atque absurdum, inquit, non vim*  
*ipsam instituti expectare, sed dictionibus inhære: Nec vero hoc est ho-*  
*minum volentium diuina intelligere, sed sonos duntaxat nudos aucupan-*  
*tium, eosque tantum ad aures obseruantium, interiora nequaquam pene-*  
*traturi: curioso enim versantur in elementis & lineis intellectu carenti-*  
*bus, neque ad intellectualem vim animæ penetrantibus, sed extrinsecus*  
*circum labia auresque sonantibus. Decet autem recta ratione considerare*  
*nos, elementis, syllabis, dictionibus, scripturis sermonibus, vti sensuum*  
*gratia. Quapropter vbi nostrer animus intellectualibus actionibus ad in-*  
*telligibilia iam confert, superflui sunt cum rebus sensibilibus sensus, quem-*  
*admodum & vires intellectuales superuacua sunt, cum animus diuinam,*  
*indutus speciem, per ignotam vniõnem luminis inaccessibilis, radios iam*  
*attingit perceptionibus quibusdam expertibus oculorum.*

<sup>c</sup> Athanas. *Admonet Athanasius, c* postquam de virtute & efficacia tractauit  
 Psalmorum, *verum, inquit, cauedum, ne quis vos secularibus ad eloquen-*  
*tiam verbis ornet, neve conetur dictiones immutare, aut omnino conetur*  
*alud pro alio substituere: sed simpliciter vt scripta sunt recitet & psallat,*  
*quemadmodum dictum est, vt sancti qui ista verba suppeditarunt, sua esse*  
*cognoscentes, comprecantur nobiscum, vel potius vt spiritus sanctus qui*  
*ita locutus est in sanctis conspiciens sua ibi verba resonare, nostram operã*  
*coadiuuet. Quanto enim sanctorum vita melior, tanto eorum verba no-*  
*stris meliora efficacioraque iure dixeris, quando quidem per ea placuerunt*  
*Deo, & virtutes operati sunt. Quapropter ea nunc quisque recitans, cer-*  
*tus fidensque sit, Deum per ea supplicatum, preces auditurum esse, nec in*  
*sermone verbum Dei, sed in virtute <sup>d</sup>.* Qui prophetat hominibus loqui-

<sup>d</sup> I. ad Corim. *tur ad ædificationem & exhortationem & consolationem. Qui loqui-*  
*quitur lingua semetipsum ædificat: qui autem prophetat ecclesiam*  
*Dei ædificat. Volo autem vos, inquit Diuus Paulus <sup>e</sup>, omnes loqui*  
*linguis, magis autem prophetare. nam maior est qui prophetat, quam*  
*qui loquitur linguis: nisi fortè interpretetur, vt ecclesia ædificationem*  
*accipiat.*

15 Orator secundum functionem Ciceronis, semper utilis est  
 reipublice. Is enim definiebat esse virum bonum dicendi peritum. Vir  
 bonus idem quod & iustus: iustitia autem est columna firmissima  
 reipublice, quare & hic erit orator qui & Græcis *ὁμοτιμὸς* appellatur,  
 qui ea

qui ea quæ belli simul & pacis sunt, & quæ ad vtilitatem publicam fa-  
 cere possunt, inuenire & oratione explicare potest conuenienter,  
 quæ bona sunt suadere, quæ mala sunt dissuadere. Sunt & alij orato-  
 res nomine generali contenti, quos Aristoteles in Politicis vocat *ἑρ-*  
*μαγωγοί*. viri improbi, qui fucis dicendi & orationis inuolutis ser-  
 monibus, ad mala suadenda, & quæ non decet eloquuntur, turbant  
 mentes, imposturis decipiunt, verè pestes reipublice perniciosissimæ,  
 adulescentes populi.

Nos non putamus eloquentiam veram sed imposturam, verita-  
 tem occultare, vel verbis obscurare, sed eam quæ rem possit quam  
 facile plene & conuenienter ostendere, nec enim vt ait Seneca <sup>a</sup>, mul-  
 tis opus est sed efficacibus: & feminis modo spargenda sunt verba,  
 quod quamuis sit exiguum cum occupauit idoneum locum, vires suas  
 explicat, & ex minimo in maximos actus diffunditur. Idem facit rati-  
 o: non latè patet, si aspicias, in opere crescit. Pauca sunt quæ dicun-  
 tur: sed si illa animus bene exceperit, conualescunt & exsurgunt. Ea-  
 dem est inquam præceptorum conditio: quæ seminum. Multum ef-  
 ficiunt, etsi angusta sunt: tantum vt dixi idonea mens rapiat illa, &  
 in se trahat, multa inuicem & ipsa generabit & plus reddet quam  
 acceperit. Et alibi <sup>b</sup>, adice, inquit, nunc, quod quæ veritati operam  
 dat oratio, incomposita debet esse & simplex. Et rectissime Lacon  
 cuidam gloriati ob artem rhetoricam, at hercle, inquit, nisi tractet  
 veritatem ne ars non erit <sup>c</sup>. Quamobrem inquit, Phædrus apud Pla-  
 tonem <sup>d</sup>, *O amice, quicumque veritatem ignorat, & opinionibus duci-*  
*tur, dicendi quoque facultatem, vt videtur inertem exhibet atque ridicu-*  
*lum. Scythæ etiam priuam diiudicant orationem, cum prauæ ratiocinatio-*  
*nes extiterint <sup>e</sup>.*

16 Distinguendi quoque sunt oratores à declamatoribus: nem-  
 pe vt qui in actione ipsa & qui in vmbra versantur: aliud est quippe  
 secundum propositam causam orationem componere aptam nego-  
 tio: aliud ex infomniis suo arbitrio declamare, & suo arbitrio esse di-  
 fertum. Schola quasi ludus est: forum vt arena. In ludo puerilis exer-  
 citatio, puerile & discipulorum de eloquentia iudicium <sup>f</sup>. Quæ fuit  
 etiam causa, cur reipublice ab istis declamatoribus & vmbra libus  
 philosophis plures turbata & subuersa fuerint. Sibi enim ex arbi-  
 trio proponunt ideas, quas ipsi sibi faciunt probabiles, sed quæ nec  
 vsui publico neque vtilitati societatis humanæ re ipsa applicari pos-  
 sunt: multum enim interest inter verba & facta. Et aliud est regere  
 in piscina vel torrente nauiculam: aliud in amplissimo pelago na-  
 uem, inter medios fluctus concurrentes & tempestates sæuissimas,  
 inter imminentes scopulos, arenas, vertices, Charybdes & Syllas,  
 dirigere & clauum moderari. Aliud disputare de reipublica, aliud ad-  
 ministrare, declamatoribus nemo repugnat: ab administratoribus ve-  
 ro populus non ex cuiusque voluntate flectitur.

17 Possunt declamatores, populares concionatores, turbare &  
 mouere animos populi suis rationibus & impressionibus, eloquen-

<sup>a</sup> Cyrill. A-  
 lex. tomo 2. o-  
 perum; lib. 9.  
 Theauri ad  
 uers. heretic.  
 cap. 1.

<sup>b</sup> Dionys. A-  
 reopag. lib. de  
 diuini nomi-  
 nibus cap. 4.

<sup>c</sup> Athanas.  
 epist. ad Mar-  
 cellinum, de  
 interpretatione  
 psalmorum.

<sup>d</sup> I. ad Corim.  
 ca. 14. versu 3.

<sup>e</sup> I. ad Corim.  
 ca. 14. versu 3.  
 & seq.

<sup>a</sup> Seneca lib.  
 Epistolarum  
 epist. 38.

<sup>b</sup> Senec. epist.  
 40. ubi & im-  
 probas volubi-  
 litate & ina-  
 nitate ora-  
 tionis pluribus  
 rationibus ta-  
 quam reipubli-  
 ce moderande  
 inutilem.

<sup>c</sup> Plutarchus  
 in Laconicis.  
<sup>d</sup> Plato. in lib.  
 26. in phædro  
 vel de pulchro  
<sup>e</sup> Anachar-  
 sis lib. epistola-  
 rum, epist. 1. ad  
 Athenienses.  
<sup>f</sup> plene de his  
 Seneca lib. 3.  
 controuersiarum  
 in princip.

tia facis, & figuris. Possunt & astuti rerum administratores mutare statum reipublicæ, & in peius & in melius: verum ut in ceteris humane societatis periculis, præcautione utendum est. Et magistratus huiusmodi declamatores seditionis artifices, vel principes huiusmodi eloquentes ambitiosos, qui seducunt suis persuasionibus populum, debent ab initio remedio præuenire, & conciones interdicerere, punire & eiicere, & in hoc debent uti remediis illorum, qui suspectos ob improbitatem & cupiditatem & ambitionem oratores, rhetores & eloquentes, urbibus eiecerunt, aut punierunt. Eritque adhibenda hæc cautio celerrimè, antequam suis persuasionibus dementauerint populum: vel in suam sententiam traduxerint, vel deceperint. Serò enim medicina paratur, cum mala per longas conualuere moras, & radices egerint. Semel quippe turbata mens popularis impressionibus & præstigiis declamatorum, vix ad se sine periculo status publici redire potest: non enim dignoscit venenum illitum melle priusquam morbo fuerit correpta, & tunc vix aliquando, aut nunquam sanatur. Populares videntur verbo, qui populo insidiantur, & ideo illum decipiunt facilius nisi sapienter anteuertantur eorum imposturæ. Exemplum sit Pericles, cuius reipublicæ gubernandæ ratio, verbo quidem fuit popularis: re ipsa autem, sub viro primario ob eloquentiæ vim, fuit principatus<sup>a</sup>, & ita impronidis liberis Athenarum ceruicibus iugum seruitutis eloquentia sua imposuit. Quod non accidisset si sibi cauissent ab initio, & mentem sibi perfringi non permisissent, aut senis iudicium sequuti fuissent, qui cum admodum senex primæ concioni Periclis adolescentiuli interfuisset, idemque iuuenis Pisistratum decrepitem iam, concionantem audiuisset, non temperauit sibi quominus exclamaret, cauere illum ciuem oportere, quod Pisistrati orationi simillima eius freret oratio. Neque etiam certe hominem aut æstimatio eloquij, aut morum augurium sefellit. Quid enim inter Pisistratum & Periclem interfuit? Nisi quod ille armatus, hic sine armis Tyrannidem gessit<sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Plutarchus in politicis præceptis.

<sup>b</sup> Valer. Maximus lib. 8. cap. 9.

<sup>c</sup> Lucianus in aliquot locis ea de Gymnasi. d. de quibus nos diximus lib. 49. Symmagm. iuris vniuersi. cap. 6. num. 29. 30. 31. 32. e. Cicero 2. officio.

Utendum & esset remedio quo præcauerunt Athenis Areopagitæ ne sibi imponerent & veritatem fucarent qui causas apud illos agebant, interdicebat enim præco dicturis in concione, ne vel præfatione vel affectibus uterentur. Rem tantum exponerent, *ἀνευ προοιμιῶν* & *ἀνευ παρρησίας*, I. absque procemiis & affectibus<sup>c</sup>.

Debent & iudices in impostores & concinnatores causarum animaduertere, & remediis uti quæ à legibus in huiusmodi homines inducuntur, tanquam in sceleratos. Nihil enim est tam inhumanum quam eloquentiam à natura ad salutem & conseruationem datam, ad bonorum pestem perniciemque conuertere<sup>e</sup>. Neque etiam talem nomine aut honore oratoris, aduocati, aut rhetoris ornabimus, qui arte abutitur: sed latronis, homicidæ, sacrilegi, rabulæ, carnificis, impostoris, & dolosi titulis persequemur & pœnis.

18 Nomine quippe oratoris & docti ornandus est, qui scelus fraudemque nocentis, possit dicendo subiicere odio ciuium, supplicioque constringere: idemque ingenij præsidio innocentiam iudiciorum pœna liberare: idemque languentem, labentemque populum, aut ad decus

decus excitare, aut ab errore deducere, aut inflammare in improbos aut incitatum in bonos, mitigare: qui denique, quemcunque in animis hominum motum res & causa postulet, cum dicendo vel excitare possit, vel sedare<sup>a</sup>.

Ad hæc ut verbis utar<sup>b</sup> Aristotelis, absurdum est, si turpe sit, quod quis sibi corpore præsidio esse non possit, non sit turpe, non posse sibi auxilio esse oratione, quod hominibus magis est proprium, quam usus corporis. Sed quod magna inferat incommoda, qui vi hac orationis iniuste vitur, id certè omnium bonorum, præterquam virtutis, & maxime præstantissimorum, ut virium, diuitiarum, sanitatis, imperij, commune est: Nam his omnibus maxime quispiam proderit cum iuste utatur: & lædet cum iniuste.

Culpanda malitia, & laudanda probitas loquentium. Bonus homo de bono thesauro cordis sui, profert bona: Et malus homo de malo thesauro cordis sui, profert mala<sup>c</sup>. Et ex abundantia cordis sui os loquitur<sup>d</sup>. Et qui sunt ex progenie viperarum, non possunt bona loqui cum sint mali<sup>e</sup>. Stomachus malus cibos probos in malum conuertit Chimũ, vipera & venenata animalia, rosas & flores ex quibus apes conficiunt mel in venenum. Sed hæc non ex natura rerum, sed ex natura vel malitia utentium accidunt.

De Dialectica.

### CAPVT III.

Conueniunt in multis Rhetorica & Dialectica seu logica, & de contrariis vtraque ratiocinatur. Verum Zeno Rhetoricam palmè, nempe manu dilatata, seu diducta: Dialecticam, pugno, nempe manui contracta compressis digitis, similem dicebat, quod latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compressius<sup>f</sup>. ut & postea dicitur vberius. Diogenes Laertius<sup>g</sup>, Dialecticam dicit disputandi artem, per quam aliquid, aut probamus, aut improbamus ex interrogatione itidem & responsione differentium. Possidonius verorum, falsorum, aut neutrorum scientiam<sup>h</sup>. Ab inquisitione Dialectica, vel à ratiocinatione, *λόγος* enim ratio est, inde & *διαλέγεται* ratiocinor, & *διαλεκτική*, ars ratiocinandi.

2 Eadem significatione & dicitur logica *λογική*. instrumentum nempe cognoscendi, seu agnitionis, & ratio verum inquirendi, cuius omnino finis est affectio veritatis, ad quam, viam parat per medium resolutionum sibi conueniens, nempe per syllogismum, in quo inquireatur, primo loco, secundum Aristotelem partes syllogismi<sup>i</sup>, quæ sunt primæ notiones. Secundò aliæ partes in quantum sunt secundæ notiones<sup>k</sup>. Tertio, totus syllogismus perfectus<sup>l</sup>. Quarto, in specie demonstratio- nis<sup>m</sup>. Quinto, in specie dialecticus, vltimo captiosus & sophisticus<sup>n</sup>.

3 Quemadmodum autem ratio, hominem ostendit qui est animal rationale: ita & viuere secundum rationem ad humanam societatem pertinet, & maxime conueniens est, ut autem secundum rationem vita instituat & veritas comprehendatur, ars quæ id docet nõ potest

<sup>a</sup> Cicero 1. de oratore.  
<sup>b</sup> Aristotel. li. 1. artis Rhetorica, ad Theodectem. cap. 1.

<sup>c</sup> Matt. 23. d. Luca 6.  
<sup>d</sup> Matth. 12. vers. 34.  
<sup>e</sup> Cicero 2. de finibus & orat. ad Brutiũ.  
<sup>f</sup> Diogenes Laertius in 3. in Platone.  
<sup>g</sup> Diogenes Laertius lib. 7. in Zenone Cytio.

<sup>i</sup> Vide quæ diximus de hac arte per totum lib. 17. Symmagm. artis mirabilis.

<sup>k</sup> de quibus Aristotel. in libris Categoriarum.

<sup>l</sup> de quibus Aristot. lib. de interpretatione.

<sup>m</sup> de quibus Aristotel. in lib. priorum resolutionum.

<sup>n</sup> de quibus Aristot. lib. posteriorum resolutionum.

<sup>o</sup> De quo, in libris topicorum Aristot.

<sup>p</sup> de quo Aristot. in lib. de Elenchis sophisticis.

non esse laudabilis & necessaria, & in ea instituendam & exercendam iuventutem, vt secundum rationem & veritatem actus suos componere possit, nemo est qui possit nisi impudenter negare. Et proinde quidam hanc artem logicam faciem mentis humanæ vocant, organum organorum, nobis etiam dici potest, non incongruè flabellum animi, quo excitentur scintille rationis sopitæ & delitescantis inter fauillas & cineris tenebrarum & errorum.

4 Sunt quidem omnes homines natura logici, sed methodus cognoscendi & ratiocinandi à peritioribus cum providentia humana originem habet: vt liquet ex Platonis Philebo, & quo quis claram & nitidam consequitur intelligentiam, eo acutissimus & subtilissimus euadit disputator, & facilius veritatis cognitionem consequitur, & quod in dubitationem erat ante conspultum & incognitum. Sic Modestinus Iurifconsult. dicitur, notando & disputando, benè & optima ratione, verum deprehendisse<sup>a</sup>. Sicut aurum repetitis ignibus, expurgatur à fæcibus, & fulgidum apparet, & triticum cribro purgatur & separatur ab immundis: sic disputatione veritas inuenitur discussis erroribus. Disputatio acuit ingenium, linguam tendit, memoriam confirmat, disputando, inquirendo multa discimus, quæ didicimus, melius scimus, aptius eloquimur, & firmius eorum recordamur: disputatione pugnamus, ratione vincimus: oportet autem tunc quietescere & acquiescere rationi: alioquin vitiosa, pertinax, illicita & damnanda confertatio<sup>b</sup>. Nam vbi veritas apparet & inuenitur, ibi cessat disputatio, quæ nihil aliud est, quàm diuersa mentis perquisitio, vt ad rei veritatem peruenire possumus, vt demonstratio est per argumenta, & acutis quibusdam positionibus ostentio & declaratio: & ad veritatem facilius peruenimus, si relatis vel collatis opinionibus hinc inde, ea deligatur quæ sit, vel videatur melior, quemadmodum Iurifconsulti solent ante resolutiones & responsa plerunque ea methodo vti<sup>c</sup>. Dialectica ideo dicitur ratiocinatio, inquit<sup>d</sup> Ioannes Grammaticus, quod in cœtu hominum, quotidianoque sermone & colloquio, dum inter sese disceptant homines, recepta est, & prima: & ita ratiocinatio ad vsum & cœtum hominum, plurimum confert.

5 In Exodo capite vigesimo octauo, pectorale summi sacerdotis distinctum iubetur esse non tantum gemmis & auro: sed etiam duabus insignibus notis, *vrin* et *thumim*, *vrin* significat splendorem mentis, lucemque ad cogitandum & perspicendum, *thumim*, ordinis perfectionem, & pectorale illud à Mose dicitur λογέον rationale.

6 Docet Clemens Alexandrinus de dialecticæ vfu, inter Christianos etiam esse illū vtilē lib. i. Stromaton. Ea quæ est quidē, inquit, ex Platonis sententia, dialectica seu ars differendi, vt dicit in politico, est quædam scientia inuentrix eorū quæ sunt significationis. A viro autem bono & modesto est acquirenda, non vt aliquid dicat aut faciat eorum quæ dicuntur aut fiunt apud homines (vt faciunt qui nunc sunt dialectici, qui versantur in rebus sophisticis) sed vt possint dicere & facere ea quæ sunt Deo grata, idque in vniuersum pro viribus. Merito quoque scriptura volens nos esse tales dialecticos, sic hortatur, efficiamini

a l. si. s. mixta munera, de muneri- bus & honoribus li. 50. P. tit. 4. b Facit proemium decretal. l. si constituerit, finium regū. P. c. dudum, in 2. et ibi Bald. de electio. s. consideremus, de trien. & semisse. c vs. Iabolenus l. si. de iure dot. P. Iustinian. s. cum ex aliena, de rerum diuis. s. illud quasi. Cod. tit. & alij in l. si quis de conditio. indubit. Cod. l. eum qui certarum, de verb. obligationibus. P. l. quibus dicitur, s. 1. & s. dominus & conditio indubit. P. l. de contra. empt. P. l. tutoribus, de testatela. P. cum similib. d Ioannes Grammaticus, in pri- mum priorum Aristotelis.

efficiamini autem probè trapesitæ, alia quidem reprobantes, quod bonū est tenentes, hæc autem re vera dialectica, est prudentia, prædita vi diuidendi ea quæ percipiuntur intelligentia & purè, & syncerè, citraque omnem mixtionem ostendendi subiectum eorum quæ sunt: aut facultas quæ versatur in rerum generibus diuidendis, descendens vsque ad ea quæ sunt maximè specialia, præbens vnumquodque eorum quæ sunt, intuendum quale sit: quocirca ea sola veluti manu ducit, ad veram sapientiam, quæ quidem est diuina potestas, quæ ea quæ sunt, vt quæ sunt cognoscit, habens id quod est perfectum, libera ab omni animi perturbatione, non sine saluatore. &c.

Existimat Cicero<sup>a</sup> iuris ciuiliis magnum vsum apud Scæuolam & apud alios multos fuisse in hac arte, quæ doceret rem vniuersam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando: ambiguam primum videre, deinde distinguere: postremo habere regulam qua vera & falsa iudicarentur: & quæ quibus propositis essent, quæque non essent consequentia. Et ob hanc artem artium maximam, quasi lucem, ad ea quæ ab aliis confusè, vel respōdebantur vel agebantur, præposuit Tullius Seruium Sulpitium Quæstorem Scæuolæ. Dialecticam, tradit Suidas<sup>b</sup> esse vtilem ad tria, ad exercitationem, ad congressus, ad philosophicas disciplinas. Et iterum ait eam esse scientiam veri aut falsi, aut neutrius, ea verò esse quæ vel significant, vel significantur, vel insunt. Item methodum quæ ex probabilibus de aliqua re ratiocinatur, dictam à differendo. differimus autem, aut interrogando, aut respondendo. Naturale est omnibus inquirere & velle diiudicare atque illud conari, quanuis videantur longè extra rem dicere, redarguunt & omnes. Scire enim omnes homines natura desiderant, & ideo inquirunt, contradicunt, admittunt, quæ illis videntur probabiliora. Sed id non omnes verè, sed sine artificio, & tentatiuè: at cum methodus accedit & id fit artificialiter, est dialect. ars syllogistica contentione ad certos tantū terminos præhēs<sup>d</sup>.

7 Abusus in logica effecerunt tamen, vt contemptibilis & damnata fuerit inter viros graues & probos, ars illa quæ ad sophismata & implexas & dicacitatem vel garrulitatem pertinacem declinat: vnde nec diutius in illa iuuenes immorari, aut nullo modo implicari permiserint: & reprobauerunt non artem sed abusum eius. Sicut Hieronymus<sup>e</sup> Si quis artem grammaticam docuerit inquit, vel dialecticam, vel rationem rectè loquendi habeat, & inter vera & falsa diiudicet non improbamus. improbat autem otium in ea præter modum tritum. Nonne vobis videtur in vanitate sensus & obscuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur? Et rursus vino inebriantur, quando scripturas sacras malè intelligunt, atque peruertunt: Cicero, quando seculari abutuntur sapientia, & dialecticorum tendiculis, quæ non tam vincula sunt appellanda, quàm phasmata, id est vmbra quædam & imagines quæ cito pereunt atque soluuntur. Abutuntur veluti laqueis ad decipiendos homines, improbi sophistæ dialectica: quemadmodum omnem vim venenorū suorum in dialectica disputatione constituunt hæretici<sup>h</sup>, quæ philosophorum sententia definitur non adstruendi vim habere, sed studium destruendi: cum tamen

a Cic. in Bru. b Suidas in verbo σοφισ- τία idē Arist. I. topic. c. 2. c Suid. in verbo dialectic. d vide Aristotelem li. 1. e lenchor. c. 11 & li. 1. priorū c. 1. e Hierony. in c. 1. epistola ad Titum, relatus in c. 10. si quis artem. 37. distincti. f Hieronymus ad c. 4. epistola ad Ephes. lib. 2. commentar. relatus à Gratiano in ca. 3. eadem 37. dist. g idem lib. 9. ad c. 28. Esai. & in c. 4. eadem 37. dist. h Sic scripsit Hadrianus 5 pontifex Carolo Magno in c. 49. eius epistola. c. 6. omnem vim 37. dist. Ambros. li. 1. de fide ad Gratianū imperatorem c. 3.

<sup>a</sup> I. ad Corin-  
thios c. 4.  
<sup>b</sup> D. Ambrosi.  
tomo 2. de in-  
carnationis do-  
mini sacramen-  
to c. 9.  
<sup>c</sup> Basl. Mag.  
ad nepotes.  
<sup>d</sup> Origenes ho-  
mil. 4. In c. 7.  
exodi

nec in dialectica placuerit deo. saluum facere populum suum, Regnum enim Dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis. Hæc est Hæreticorum gloria, inquit D. Ambrosius, <sup>b</sup> si videantur expugnare verbis & refellere veritatem: contra definitio est fidei ut veritas non verba pandantur. Et proinde ut ait Basilius Magnus, <sup>c</sup> arte ad decipiendum inuenta non imitatur. Origenes Ranas gyptorum comparat poetis, cyniphe dialecticis, utrosque dicens plagas Egyptiorum <sup>d</sup> ne ob vanam garrulitatem dialecticorum & sophistica argumenta. Quæ displicere deo ostenditur historia cuiusdam logici peritissimi & acutissimi. Refertur enim in parte 8. exemptorum piorum exemplo 65. ex vitis Sanctorum quendam discipulum magistri Silo valde in logica versatum, infirmatum, & rogatum à præceptore, ut si moreretur ad illum rediret: quod fecit, sed indutus membrana seu pergamento syllogismis descripto, & superius igne circumdato: dicebat autem se valde premi, nec minus quam si turrim gereret, & continuis flammis angi, pro vana gloria quam in sophismatibus perceperat. Quo exemplo motus Silo, mundum deferens religionem est professus, compositis congregatis ante discipulis, & euulgatis versibus.

*Linquo coax vanis, cras coruis, vanaque vanis*

*Ad logicam pergo, quæ mortis non timet ergo.*

8. Fuerunt viri in ecclesia Dei dialecticis præceptis & philosophicis eruditissimi, qui & hæreson sophismata valide retulerunt ut Origenes, Augustinus, Euodius vzalensis episcopus, in Africa Augustino familiaris. Sisinnius Nouatorum episcopus, cuius certamē refugiebat Eunomius hæreticus & alij, verum non tam eloquentia disputationeque dielectica hæretici confusi, & compulsi fuerunt ad fidem, quantum veritatis, quæ simpliciter à catholicis fuit illis proposita: cuius tanta est vis, potissimum quando Dei spiritu regitur, ut cogat manus ferocissimis & subrilioribus sibi submittere. Dicitur enim ad discipulos, non enim estis vos qui loquimini, sed spiritus Dei qui loquitur in vobis. Eius vi D. Catharina sub Maxentio Cæs. Sophistarum & philosophorum turbas superauit: & piscatorum & rudium discipulorum & apostolorum prædicatione simplici, Deus tantam inanem philosophorum & dialecticorum & prudentium humani seculi, subuertit: & ad credendum ut sua sanctissima compulit. Et Spiridion episcopus Trimethuntis Cypri, qui ex pastore propter sanctitatem & miracula episcopus factus erat, facundia expertus, simplex, in Nicena synodo, cum plures philosophi pro sententia Arrii adessent, & suus dicenda sententia venisset locus contra vnum acutissimum philosophum, qui aduersus aliorum episcoporum vera dogmata steterat firmus, dixit, non utendum esse dialectica, sed bonis operibus, & in nomine domini nostri IESV CHRISTI simpliciter symbolum fidei expressit philosopho, qui statim, non ausus respondere, se eadem credere respondit. Sic etiam Alexander Episcopus Alexandrinus alteri philosopho, acute disputanti imposuit silentium, non alia usus dialectica quam horum verborum, impero tibi in nomine IESV CHRISTI ne loquaris. Stultum enim est valde, ut dicit Cyrillus Alexandrinus & contendere superflue, & ad ineptos sermones respondere. 9. Neque etiam confundere oportet,

volentem,

<sup>e</sup> Niceph. Calixtus lib. 8. c. 15. Socrates li. 1. c. 8. Sozomenus li. 2. historia tripatic. 3. <sup>f</sup> Sozomenus lib. 2. histor. Tripar. c. 4. <sup>g</sup> Cyrillus archi. Alex. libro de recta fide ad Theodosium.

lentem de proba et improba ratione docendi diiudicare, ea quæ præceptores et viri eruditi distinguunt. Sunt enim ad disputandum orationum genera quatuor <sup>a</sup>, quarum vna quæque digna videatur et interprete et oratore. Et sophisticè damnanda viris prudentibus et bona fide agentibus. Sunt quippe orationes doctrinales, dialecticæ, tentatiuæ, contentiosæ. Et doctrinales quidem, sunt, quæ ex propriis principiis cuiusque disciplinæ, & non ex his quæ videntur respondententi, colligunt: nam oportet credere eum qui dicit. Dialecticæ autem, quæ ex probabilibus collectiuæ sunt contradictionum. Tentatiuæ vero, quæ ex his colligunt quæ videntur respondententi, & quæ necessarium est ei scire, qui simulat se habere scientiam, quomodo determinandum est in aliis. <sup>b</sup> Porro contentiosæ, quæ sunt syllogisticæ, ex his quæ apparent probabilia non autem sunt, aut apparentes syllogisticæ. <sup>10</sup> Sophisticæ deceptrices sunt, <sup>c</sup> vel in nomine seu dictione, vel extra dictionem. In dictione falsum redarguuntur committere equiuocatione, amphibologia, compositione, diuisione accentu, figura dictionis.

Extra dictionem vero fiunt captiones per septem species, vna quidem propter accidens: secunda autem propter id quod simpliciter, vel non simpliciter sed aliquo modo, aut vbi, aut quando, aut aliquid dicitur. Tertia propter redargutionis ignorantiam, quarta vero propter consequens: quinta propter id quod est in principio sumere: Sexta propter id quod non est causa, ut causa, ponere, septima propter plures interrogationes, vnam facere.

11. Quare sophistica est apparens tantum, et non existens sapientia aut probatio. ut et sophisticæ hodie qui volunt videri sapientes et tales se putant, et non sunt. <sup>d</sup> Communicant inter se in dialecticis sophista et philosophus, quia de omnibus disputant, nam circa idem genus versantur sophistica, dialectica et metaphysica: sed à dialectica differt, modo potestatis, metaphysica, à sophistica, vitæ electione. Dialectica enim est tentatiua, de his quæ philosophia est sciens: sophistica vero apparens. Et dialectica utilis ad reiciendas deceptiones sophistarum, circa prima principia scientiarum, ut ait Auerroes. Et quemadmodum Rhetorica ut docuimus, quæ suos probitatis terminos non excedit, recepta est merito: sic et dialectica quæ ad garrulitatem plebeiam, sed intra suam artem se continet non erit improbanda. Communicant enim sibi inuicem. Nam et dialecticus ut orator in omni argumentorum natura versatur. ac illis illa sunt subiecta argumenta, quæ circa probabile et necessarium, et circa probabile et non necessarium versantur.

Attamen differunt quod dialectica interrogatione et responsione constructa est: Rhetorica perpetua ratione percurrit: Dialectico argumenta sumunt à genere quæ naturæ sunt genera: Rhetores à genere argumenta sumunt, quod genus est illius causæ de qua agit: sic materia Rhetoris est in hypothesi, dialectici, in potentia: Rhetor. continua oratione et entymematibus utitur: dialecticus interrogatione et syllogismo. In fine etiam differunt: quia Rhetor iudici persuadere, dialecticus aduersa ratio conatur. videntur utriusque conuenire modi quos Platō tribuit in probabilitate dialecticæ secundum Amonium <sup>h</sup>.

<sup>a</sup> Aristoteles lib. 10. Elenchorum c. 2.

<sup>b</sup> Aristotel. 1. Elenchor. c. 3.

<sup>c</sup> Aristotel. 1. Elenchor. c. 4. explicat

<sup>d</sup> Aristot. 1. Elenchor. c. 2.

<sup>e</sup> In Aristote 4. metaph. c. 2.

<sup>f</sup> Auerroes li. 1. Topico. c. 2.

<sup>g</sup> Boet. de diff. fer. Zop.

<sup>h</sup> Amonius in Porphyrj quinque voces. c. 2.

Sic enim dialectica Aristotelis differt à dialectica Platonis: quia probabilitatem Aristoteles quinque sequitur modis: Plato quatuor, diuisione, definitione, demonstratione, & resolutione. Explanat latius ipse Aristoteles lib. 7. artis Rhetoricæ, ad Theodecten. c. 1. & 2. in quibus conueniant Dialectica & Rhetorica, atque docet Rhetoricam esse quasi propaginem Dialecticæ, & eius negotij quod circa mores est, quod cum de affectibus sit æquum est ut ciuile appelletur.

12 Cæterum, quemadmodum in Rhetorica diximus, quedam non patiuntur verborum ambages aut persuasiones, sed expositionem rei accuratam & perbreuem, submota tamen obscuritate: Sic in cõcessu senum, & ubi res est perspicua, vel non valde implicita, abstinendũ est à sophismatibus & cauillationibus: nec voces aucupandæ vel torquendæ. Iuuenum enim hæc sunt exercitia qui in negotiis adhuc & in cognitione rerũ rudes, egent dialecticis instrumentis & exercitationibus, ut excutiant veritatẽ, & animũ subtiliorẽ ad dignoscenda dubia & ænigmata soluendã reddant. Et ita Chrysippus Solensis ad dialecticũ quendam Cleanthi præceptorũ multis ac prolixis sophismatibus obstreperẽ, desine inquit, senem à magis ad rem pertinentibus auocare: sed nobis iunioribus hæc proponito. Docuit vir sapientissimus, dialecticæ studiũ magis spectare ad iuuenes exercitatione indigentes, quàm ad senes grauioribus occupatos. Et Polemo Atheniensis philosophus clarissimus, in rebus exerceri dicebat, nõ in dialecticis speculationibus, ne breuem quandam artem sorbentes atque meditates, dum interrogationibus mirifici sumus moribus ineptissimis esse deprehendamus. Epicurus Atheniensis, dialecticam damnabat, quando philosophia simplicibus ac propriis rerũ vocabulis comprehendẽ posset: cuius & sententiæ fuerunt Cyrenaici philosophi, Aristippi sectatores, teste Clittomacho & Megro: ut etiã propter argutias rixas & contentiones quæ alicubi præter modũ exercentur, merito dici possit non *χαλκὸν* sed *χαλκὸν* & non *διαλεκτὸν*, sed *καταλεκτὸν*. i. cõsumptio ut dicebat Diogenes Cynicus: maxime ubi de sacris disputatur, quæ minutiis illis & quisquiliis argutis indignè alicubi maculantur, & vix per spatium vnus horæ phantasiæ ingenij temerè ex arbitrio cumulata & exagitata, ad sanam resolutionem attingunt, & labitur tempus prodigè dissipatum, quod studiis necessariorum impendendum est, adiecta battologia repetitionis, cum sic *argumentaris* &c. quæ ingenia parcentium temporis contundunt & enecant, memores eorum quæ dixit Deus, quod de omni verbo otioso quodcumque locuti fuerint homines, reddituri sint in iudicio Dei, rationem.<sup>f</sup>

13 Poterit Academiæ rhetor, à magistratu admonitus, vel ex propria prudentia modum his argutiis imponere.

Erit & curadum episcopis, magistratibus, principibus & academiis, ut quod salubriter à consilio Calchedonensis & legibus etiam principum constitutum est, de inhibendis disputationibus de fide publicè, inuolabiliter obseruetur, propter iustissimas rationes, quæ à Martino Cæsare in constitutione ea de re edita<sup>h</sup>, adferuntur, cuius verba hæc digna relatione. *Nemo clericus, vel militaris, vel alterius cuiuslibet conditionis, de fide christiana publicè turbis coadunatis & audientibus tractare*

a Diogen. L. in 7. in Chrysippo.

b Diog. L. in eius vita.

c Laerius in eius vit. li. 10.

d Laer. li. 2.

e Diog. Laer. li. 6. in eo.

f Matth. 12. vers. 36.

g consilio Calchedonens. c. 3.

h L. nemo clericus 4. de summatrini. & si de cathol. lib. 1.

i. In sum. li. 1.

tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus vel perfidia occasionem requirens. Nã & iniuriã facit iudicio reuerendissimæ synodi, si quis semel iudicata & bene disposita, reuoluere & publicè disputare contenderit. Cum ea quæ nunc de Christiana fide, à sacerdotibus qui à chedone conuenerunt, per nostra præcepta statuta sunt, iuxta apostolicas expositiones & instituta sanctorũ patrũ trecentorũ decẽ & octo, in Nicea, & ceterũ quinquaginta in hac regia vrbe, definita esse noscantur. Nam in contemptores huius legis poena non deerit: quia non solum contra fidem verè expositam veniunt, sed etiam Iudæis & Paganis ex huiusmodi veneranda mysteria. Igitur si clericus erit, qui publicè tractare de religione ausus fuerit, à consortio clericorum remouebitur. Ceteri autem huius criminis rei: si quidem liberi sint, de hac sacratissima vrbe expellentur, pro vigore iudiciario etiam competentibus iudiciis subiugandi: si verò serui, seuerissimis animaduersionibus plebentur. Da. 8. Id. Februarij Constantino. Patritio Consu. Et Richimeo anno dom. 459. Theodos. & Valentinian ademerunt etiam hæc conuenticula, & prohibent ne in disputatione de fide fiat vlla mentio hæreticorum. Monet D. Paulus Timotheum, ut quibusdam denunciaret, ne aliter quàm docuisset docerent, neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis, quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem Dei, quæ est in fide. Finis autem inquit præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. A quibus quidam errantes, conuersi sunt in vaniloquium: volentes esse legislatores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.<sup>b</sup>

De quibusdam præceptis bene & honestè loquendi.

## CAPVT IIII.

Sed quia incidimus in tractationem necessariam reipublicæ de loquendi arte, & de potestate efferendi disertè sensa animi: non erit prætermittendum admonere sermonem hominis posse esse disertum, eloquentem, bonum & malum. Disertus est, qui potest satis acutè atque dilucidè, apud mediocres homines, ex communi quadam hominum opinione dicere. Eloquens verò, qui mirabilius & magnificentius augere potest atque ornare quæ vult, omnesque omnium rerum, quæ ad discendum pertinent, fontes, animo ac memoria continet. ars hæc, & differendi quoque copiosè, per se laudabilis, eo magis quo de bonis rebus, & ad vtilitatem loquentis, proximi & reipublicæ, ut præcipuè ad laudem & honorem Dei exercetur, pessima verò, dum his contraria exequitur.

2 Et proinde canones disertè copiosè & magnificè loquendi, obseruandi viro probè erunt, quantum materia de qua quis loquatur & disputet. Prius ruminanda & libranda verba, & postea proferendi sermones: mensque instruenda, ne quis nocuum pro mat. d. *Pone domine, dicebat David, custodiam ori meo, & hostium circumstantia labiis meis.* Mala innumerabilia parit linguæ facilitas & leuitas: quemadmodum contra, multa bona eius cautio & securitas. Sicut enim nihil iuuat domus, nihil vrbs, non portæ, non ostia, nisi sint, qui ea custodiant, & sciant quando oporteat ea claudere & aperire: ita etiam lin-

a l. damnato 6. §. 1. de heretic. li. 1. c. 1. §. 5.

b l. ad Timothe. c. 1. vers. 3. & sequentib.

c Cicero 1. de orator.

d Chryso. sto. tomo 1. Homil. 4. in c. 1. genesios. c. psal. 140.

guæ & oris nulla est utilitas, nisi sit ratio, cui accuratè & circumspèctè, ea claudere & aperire permiffum fit, & fciat quæ sint efferenda, quæue retinenda. Non tot, inquit Ecclesiasticus <sup>a</sup> gladio, quot lingua ceciderunt: plures occidit lingua quàm gladius. Et Dominus noster IESVS CHRISTVS <sup>b</sup>. *Non quod intrat per os conquinat hominem, sed quæ ex ore exeunt.* Sepi aures tuas spinis, ait Iesus filius Syrach, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & feras auribus tuis. Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis facito stateram, & frânos ori tuo rectos: Et attende ne forte labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis ad mortem. Et rursum, quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, vt non cadam in ipsis, & lingua mea perdat me <sup>d</sup>. Noli citatus esse in lingua tua, <sup>e</sup> & inutilis & remiffus in operibus tuis. Non tamen retinens verbum in die salutis: non abscondas sapientiam in decore suo. In lingua enim sapientia dignoscitur, & sensus & scientia & doctrina in verbo sensari, & firmamentum in operibus iustitiæ. Non contradicas verbo veritatis vilo modo, & de mendacio in eruditionis tuæ confundere <sup>f</sup>. Est <sup>g</sup> tacens qui inuenitur sapiens: & est odibilis qui procax est ad loquendum. Est autem tacens, & non habens sensum loquelæ: et est tacens, sciens tempus apti temporis. Homo sapiens tacebit vsque ad tempus: lasciuus autem & imprudens, non seruabit tempus. Qui multis vtitur verbis, lædet animam suam, vanitatè que sensus facillè producit in medium, nempe cum imago animi sit oratio cuiusque, vitiæque facillè manifestantur si quæ sint in animo. Nam quamuis plerunque contingat dissimilem patri filium generari: tamen oratio dispar moribus vix potest inueniri<sup>1</sup>. vel si inueniatur proculdubio signum improbissimi & fraudulentum hominis est, qui aliud in ore, aliud in mente & pectore habeat:

<sup>a</sup> Ecclesiastici 28. c.  
<sup>b</sup> Mathai. c. 15. vers. 11. & Marci. 7. vers. 14. D. Ioha. c. 15. vers. 2. c. Ecclesiastici c. 28. vers. 26. & seq.  
<sup>d</sup> Ecclesiastici 22. vers. 32. c. Ecclesiastici c. 4. vers. 34.  
<sup>e</sup> c. 4. vers. 28. & seq.  
<sup>f</sup> Ecclesiastici c. 20. vers. 5. & sequentibus  
<sup>g</sup> Dionys. harnicarnass. In præfatione 2. Horat. ac arte, post, adfert animi motus, interprete lingua.  
<sup>1</sup> Cassiodor in præfatione variarum epistolarum.  
<sup>k</sup> Horatius lib. j. Satyr. 4. 1 apud Cassiodorum lib. 5. variarum epist. 4.  
<sup>m</sup> Prouerbio c. 10. vers. 20. n Psal. 139. o D. Iacob. c. 3. p Dini. Iaco. episto. c. 1. q Prouerbio. 26. vers. 10. r Hora. li. j. epistola. ad Senam.  
<sup>s</sup> Prouerbio. c. 25. vers. 29. t Aeschylus in tragedia Prometheus ligati.

*Fingere qui non visa potest, commissa tacere  
 Qui nequit, hic niger est hunc tu Romane cauetom.  
 Qui multum loquitur, iam degenerare in mulierum naturam & loquacitatem videtur, & vt Theodoricus rex Gothorum senatui vrbis Romæ scribens. nimis rarum est patres conscripti, solidum loqui, & cui multa necesse est docere, titubantia non proferre. Et Salomon <sup>p</sup> in multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. Et David <sup>q</sup> vir linguosus non dirigitur super terram. Et D. Iacobus, <sup>r</sup> lingua inquietum malum, plena veneno mortifero. Et <sup>s</sup> si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, sed seducens corpus suum, huius vana est religio. Sit omnis homo velox ad audiendum tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. nempe quia sapissime ex illa garrulitate inani, sermones operantur. & cõcitant iram, vnde dictum, qui imponit stulto silentium, iras mitigat. & recte inde prouerbum sumptum, audi, vide & tace, si vis viuere in pace, Et Tacitus <sup>t</sup> pasci si posset coruus, haberet  
 Plus dapis, & vixè multo minus, inuidiaque  
 Sicut vrbis patens & absque murorum ambitu: ita vir, qui non potest cohibere in loquendo spiritum suum.  
 Monebat, prudenter Octavius Prometheum<sup>u</sup>*

*ὅδ' ἡσυχάζει μὴδ' ἀγαν λαβρὸς ὄμιει  
 ἢ ἐν ὄρει ἀκριβῆς, ἀν' ἀπειρὸν ὄφρων, ἢ  
 γλώσση μάλα ἐρημία προσηγνέται id est,  
 Tu autem tace, neque nimis liberè loquaris  
 An non accuratè scis, cum sis valde sapiens,  
 Lingua temeraria accidere damnum.  
 Et Salomon, <sup>a</sup> ne temere quid loquaris, neq; cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo. Deus enim in caelo & tu super terram, idcirco sint pauci sermones tui. Multas curas sequuntur somnia, & in multis sermonibus inuenietur stultitia.*

<sup>3</sup> Audiamus Deum dicentem <sup>b</sup>, de omni verbo quodcumq; locuti fuerint homines redditurus rationem in die iudicij. & ita non esse sine peccato verborum otiosam & inanem collocutionem & proinde egere etiã expiatione & emédatione. Quod neque latuit Platonem ethnicum qui & peccata in vrbanitate sermonis admiffa, eluenda censet In Phædro, his verbis: Socras *Si autem vt certe est Deus, aut diuinum quoddam & amor est. malum vti que non esset. aut sermones de illo, quasi malum esset habitum sunt. In hoc ergo aduersus amorem deliquimus. Atqui valde hæc nostræ disputationes ineptæ videntur, quamuis vrbanae: quæ cum nihil verum syncerumve contineant, gloriantur tamen tanquam plurimum valeant, si ab homunculis nonnullis deceptis approbentur. Mihi igitur ô amice, expiari necesse est. Est autem his qui confabulando peccant, expiatio quadam vritus, quam Homerus quidem non nouit: sed Stesichorus. Oculis enim priuatus ob Helenæ vituperationem, nõ ignorauit cecitatis causam vt Homerus, sed vt pote musicus eam cognouit, itaque illa statim fecit carmina*

*Non verus sermo ille fuit, nec nauibus altis  
 Existi fugiens, nec adisti Pergama Troia.  
 Atque eo edito carmine quam palinodiam id. recantationem vocant, confestim visum recuperauit amissum. Ego autem vtrisque ero sapiētior, quod antiquam accidat mihi quicquam mali ob amoris vituperationem, conabor illi palinodiam reddere, & quidem aperto capite, non vt supra ob verecundiam velato. hæc Plato.*

Otiosum est verbum, quod aut ratione iustæ necessitatis, aut intentione piæ utilitatis caret, de quo reddèda ratio: multo magis si verborum multitudo sit eaque inanis, vana, & quod peius est maledica, detrahens proximo, blasphemica, turpis, adulatoria, deceptrix, infidiatrix dolosa.

D. Chrysofomus, lingua nostra regius equus est, si ei frenū immiseris, et gradariū doctrina tua feceris, ascēdet in eū rex, & quiescet in eo, sin autem nullo frâno domueris, sed huc atque illuc infrenem iactari permiseris, diaboli vehiculum effecisti.

Pambus monachus quidam celeberrimus, cum sine literis esset, accessit ad quemdam psalmū, & cum audisset primum versum psalmi 38. dixi custodiam vias meas, vt non delinquā in lingua mea, secundū versum non est passus audire, dicens si potuero opere hoc implere, hic versus tātūmodo mihi sufficit: cūque doctor qui ei tradiderat versū eū culparet cur per sex mēses ad se minimè venisset, respōdit, quia versū adhuc minime opere impleuerat, & dū postea per multos superuixisset annos

<sup>a</sup> ecclesiastes c. 5. vers. 1 & 2.  
<sup>b</sup> Matth. 12.  
<sup>c</sup> Chrysof. Homil. 52. in Matth. ex c. 15. Mathai. d Socrates lib. 8. historia rei-publicæ. c. 1.

rogatus an eum didicisset versum, respondit, quadraginta & nouem annis vix eum implere valui. Homerus, studiose videtur sapientissimos fere semper finxisse silētes, aut certe pauciloquos: Thersitem vero morionem, vituperatione dignum, arguit, quia garrulus, loquax, importunis, & ideo seditiosus.

4 Sunt qui leges loquendi in versiculum vnū coniecerunt, memorix facilioris gratia, Quis, quid, cui dicas, cur, quomodo, quādo requiras: Nos, ex nostra methodo primam consideratione ponimus, num sit loquendum, omnia enim tempus habent, & tēpus est loquendi, tempusque silendi a descriptis Ouidius. b

a Ecclesiast. c.

3. b Ouid. lib. j. de reme. amor.

Aggrediar melius tunc, cum sua vulnera tangi iam sinet, & veris vocibus aptus erit Quis matrem, nisi mentis inops, in funere nati Flere vetat? non hoc illa monenda loco est. Cum dederit lacrimas, animūque impleuerit agrum Ille dolor verbis emoderandus erit.

c In Gnomo logia c. 78.

Et Chares apud Stoicorum

ὁ καὶ γέροντι καὶ νέῳ, τὴν μὲν φέρει ἢ γλώσσα σὺν καρδίᾳ κεκλιμένην.

Tum seni tum iuueni consiliat honorem

Compos silentij lingua tempestiui

d Gellius lib. j. c. 9.

Est tempus discendi idque sub silentio: tempus postea loquendi quæ didicimus. Vt in schola Pythagoræ obseruatū legimus. d is enim prius exploratum, num idoneus esset disciplinæ discipulus, in disciplinam recipi iubebat, & tempus certum tacere, non omnes idem, sed aliud aliis tempus pro æstimato captu solertia. Is autē qui tacebat, quæ dicebantur ab aliis audiebat, neque percunctari, si parum intellixerat: neque commentari quæ audiebat, fas erat, sed non minus quisquam tacuit quàm biennium. ita colebant hoc tempore ἐχρηθίσαν taciturnitatem, donec didicissent res difficillimas tacere audirēque.

Marullus lib. 4. c. 6. volast. ra. lib. 21. An thropologia.

Agatho Abbas lapidem triennii in ore continuit, vt tacere disceret. Interrogatūque quid esset maximum ad dei cultum faciens, dixit, Silentium: inde, orationem: inde & mansuetudinem. Statuunt etiam merito academix, antequam permittant prodire discipulum in publicum cum auctoritate docendi, prius triennio aut quinquennio, e aut septennio, f intra scholas silere & discere. tempus etiam augendo vel minuendo, prout acutiores & capaciores vidētur vel obesiores, vt non impletur vas quod semper effundit & nihil accipit: ita nō accipit sapientiam qui semper loquitur nūquam auscultat. quamquam id sæpe contingat, vt quibus minus inest mentis, sint loquacissimi. Sicut vascula inania magis resonant. Refert Callixtus, Theonem abbatem monachorum trium millium In Thebenna insula, ad summam Aegyptiorū Græcorum & Romanorum sapientiam perdidicisse, sed ad triginta annos silentium coluisse g.

e Iustina. In proæmio pandectarum. f In concordat. S. tempus autem, de collationib.

g Nicephor. Callix lib. xi. c. 34.

5 Inter pocula canendi non sunt sermones qui possint ad rixas commouere, & detractiones, & quæ sunt grauioris loci quàm conuiuij, potiusque tacendum, & in eo erit summa victus, memores exempli Zenonis philosophi, qui athenis exceptus à quodam principe, vna cum regiis ora-

oratoribus, & aliis philosophis, in conuiuio solus nihil dicebat, & communiter à legatis appellatus, de te vero Zeno, inquiunt illi, quid nam sumus nostro principi renunciaturi? Nihil inquit ille, quàm Athenis esse senem, qui tacere sciat inter pocula.

Sunt & certa tempora, in quibus nec dicere quis aptus est, quæ cuique debent esse cognita, vt si imparatus sit labenter dicere non debet: & sæpe ea ratione, Pericles prodire ad dicendum recusauit. Nemo etiam omnibus horis sapit. Et Suidas dicebat a, tu lingua polles. Ego a vero virum scio neminem bonum, qui perpetuo videri vult se recte dicere, quandoque bonus dormitat Homerus.

a Suidas in verbo γλωσσισματινδ.

6 Secundo dicimus, consideranda quæ dicenda, vel taceri, debent. Nam in vtramque partem peccatur in silendis efferendis, & in tacendo quæ dici debent.

Eximia est virtus prestare silentia rebus

At contra grauis est culpa, tacenda loqui b.

Et vt diuersa sibi, vicinæque culpa est,

Multa loquens, & cuncta silens c.

b Ouid. lib. 2. de arte.

c Ausonius ad Paul.

Monebat Solon, sermonem quidem obsignandum silentio: silentium autem temporis occasione: & Pythagoras dicebat, aut silentium, aut melius quippiam silentio adferendum. Illud probe mente percurritur quod dicendum putatur, ne lingua præcurrat mentem.

Nescit enim vox missa reuerti: Et natura seu Deus author & opifex totius naturæ homini duas aures dedit, vnam tantum linguam eamque septam veluti muris duplicibus dentium & labiorum, vt plura audienda quàm loquenda admoneret, & linguæ vsum veluti mœniis & præfidiis ad silentium compelleret. Noli credere omnia quæ audis, noli facere omnia quæ potes, noli dicere omnia quæ scis, & certe accidit vt plerumque, vt quibus eruditio & prudentia maior inest, ij minus habeant linguæ.

Melius tacere quàm inconsiderate loqui: cum ex silentio non possit conici mens ex sermone damnum possit oriri. Teneamus, inquit, Ambros. d animæ cōstantiam nostræ, ne in offensionem labia loquendi festina prorumpant. Et Iob, plagam suam silentio vicit, & tolerantiam suam taciturnitate superauit. Non bene creditur carni: vicissimus, si Eua tacuisset. Ergo primū illud processit ex voce peccatum. Et serpens ille nequissimus atque versutus, per vocem eius ante tentauit. Atque vtinam aut Adam surdus fuisset, aut Eua obmutuisset: ille ne vocem suæ vxoris audiret, ista, ne loqueretur marito, & vocis lubricæ ministerio serpentis, in virum venena funderet. Cain quoque etsi paricidio naturam violauit humanam, tamen per vocem sacrilegium scelēri suo addidit, vt negaret Deo, fratris interitum. Denique Christus tacebat ante Pilati iudicium constitutus e, vt daret nobis formam tacendi, quia lingua corporis facilis est ad errorem, procliuis ad lapsum. Sed non oportet solum obstruere os, sed & mentem ante os: nam si non cogites, verba facile effluunt, si cogitationibus rationem non adhibeas, promptissimè prorumpunt in lucem per verba inconsiderata.

d Ambros. in Psal. 38. to. 4.

e Matt. c. 27.

Sicuti nunquam prudentissimus iaculator telum mittit, quin prius h



animo præmeditatus fuerit scopum: sic nec homo qui ratione utitur, prius loqui debet, quin considerauerit in quem finem dicet, & quem habitura sint verba exitum, cum verba reuocari nequeant, & num sibi nocere possint dicta, quæ silentio compressa profunt.

<sup>a</sup> *Anian. lib. 18.* Sic Ammianus Marcellinus <sup>a</sup>, reprehendens Barbatium agrestem linguarum calumniatorem, inter Constantij duces: Ignorabat, inquit, notum Aristotelis sapiens dictum, qui Callistenem sectatorem & propinquum suum, ad regem Alexandum mittens, & sæpe mandabat, ut quàm rarissimè & iocundè apud hominem loqueretur, vitæ potestatem & necis in acie linguæ, portantem: ne sit hoc mirum, homines profutura discernere nonnunquam & decencia, quorum mentes cognatas cœlestibus arbitramur: animalia ratione carentia, salutem suam, interdum alto tueri silentio solent.

Vt exemplum est per quam notum: linquentes orientem anseres ob calorem, plagamque petentes occidentem, cum montem penetrare cœperint Taurum aquilis abundantem, timentes fortissimas volucres, rostra lapillis obcludunt, ne eis eliciat vel extrema necessitas, clangorem: iisque collibus agiliore volatu transcurfus, traiciunt calculos, atque ita securius pergunt. Phalaris, tyrannus, Nicarcho, epistola 96. οἱ δὲ σωφρόνων ἀνδρῶν ποιῶντες παράγµα, καὶ τὸ σαφῶς εἰδότες, καὶ πρὸ τῶν λόγων τὰ ἔργα σκοπούµενοι, καὶ πρὸ τῶν ἔργων ἐπιτάχιοι τὰ ἀποτελέσµατα, id est, *Est sapientum virorum facientium negotium, illud rectè ante considerare, & ante verba opera perpendere, & ante opera etiam fines & perfectionem. atque ut rupes obijcitur flumini ne se effundat: ita ratio linguæ obijcienda, ne temere effluat.*

7 Tertio considerandum est, qua forma sermonis utendum sit num tristi, num iucundo, semper enim curandum, ut rei de qua agitur sit accomodus.

Multi bona sunt, quæ bene & male dici possunt: ut reprobatur <sup>b</sup> *Matth. c. 18.* iustitia Pharisei, quæ per orationem superbiæ prodiit in lucem.

Reprobatur & Nabuchodonosor, quod gloriatus sit de magnifica <sup>c</sup> *Daniel. 4.* ciuitatis structura. Herodes consumptus pediculis, ira iusta Dei, <sup>d</sup> *Achor c. 12.* quod cum magnifice dixisset, superbè voces Dei sibi dictas attribuisse impiè.

Lucifer angelorum pulcherrimus, qui rectè de pulchritudine cum laude conditoris gloriari poterat, cum superbè protulisset illos sermones, ascendam super astra cœli, & ero similis altissimo, in <sup>e</sup> *Isaia c. 14.* inferni sentinam detrusus est.

Sunt diuersæ orationum species quibus propria causa, & finis, ut de liberandi, demonstrandi, iudicandi.

Sunt colloquia familiaria, sunt publica, sunt explicationes institutæ, sunt disputationes, sunt actiones, defensiones, singulis seruandus suus modus.

8 Quarto, res ipsæ de quibus dicendum sit vel non sit, obseruandæ. Siquidem non omnia detegenda, veluti si arcanum commissum sit, si consilium, si quod in summa euulgandum non est.

<sup>f</sup> *Horatius I. epistola.* Arcanum neque tu scrutaueris vllius vnquam, Commissumque teges, & vnio tortus & ira.

Et rur-

Et rursum <sup>a</sup>,  
--- commissa tacere,

*Qui nequit, hic niger est, hunc tu Romane caueo.*

Q. Fabius Maximus cum etiam per imprudentiam, de tertio Punico bello indicendo, quod secreto in curia erat actum, rus petens, Publio Crasso domum reuertenti in itinere narrasset, vehementer à Consulibus obiurgatus est. Nunquam enim taciturnitatem tutissimum ac optimum administrandarum rerum publicarum vinculum, labefactari volebant <sup>b</sup>.

In iuramento Medicorum addit Hippocrates, ne ægrotorum secreta vitia detegant: propemodum in spiritualibus medicis statutum, ut perpetuo silentio, nisi velint grauius puniri, contentium peccata omnino celent <sup>c</sup>.

9 Diuina mysteria, non omnibus nec semper proferenda, sed silentio veneranda, & indignis subtrahenda: non obijciendæ margaritæ porcis, neque sanctum dandum canibus <sup>d</sup>. Iustitiæ dicitur silentiū.

Docuerunt Ethnici in Eleusinis & Cereris sacris, & aliquando in Bachanalibus, non initiatis celatis. Significauerunt Ægyptij per Harpochris simulachrum, quod digitum admotum ori habebat, signum taciturnitatis & silentij, præpositum simulachro Serapidis, ut & simulachro Angerronæ, quæ habebat os cera obsignatum <sup>e</sup>.

Diuus Paulus de se agens & scio huiusmodi hominem, (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit) quoniam raptus est in paradysum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.

Ponebant aliquid diuini antiqui aliqui, <sup>f</sup> *δ' ἀντὶ τῆς νατῆς τῶν ἁγίων*, seu in digito silentij, seu ori admoto: quod dicerent aliquos suos deos natos fuisse eo digito, non solum labijs admoto & impresso, sed etiam annexo: ut etiam ait Suidas de Heraisco Ægyptio.

Passalorinchitæ hæretici habiti & damnati: illud imitari tentarunt, qui digitum imponentes in nares & ora sua & labia sua, quasi silentium semper exercebant, non rei aliæ quam taciturnitati quasi studium accomodantes: cupientes imitari prophetis, quod Dauid dicat, *Pone custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis*, idque faciebant cum ieiuniis: ut vitam Pythagoricorum potius, quàm cœlestem & ecclesiasticam sequerentur, ut recenset Philastrus <sup>g</sup>. In libro sacro ceremoniarum s. Pontificis, legitur ut quicumque in sacrum senatum Cardinalium à Sum. Pontific. cooptantur, iis primo concessu, Pontifex os claudat, ut muto silentio seniores audire discant. Altero vero vel tertio ex patrum sententia os illis aperiat, & potestatem det, in senatu, ea quæ ex dignitate ecclesiæ videntur esse, modestè & synce- re proferendi.

10 Pastores muti contrà, qui tacent quæ dicenda sunt, reprehendendi, canes non valentes latrare, qui non annunciant scelera sua populo <sup>h</sup>, qui in laudibus Deo reddendis inertes & somnolenti sunt in venationibus & stultiloquiis seculi, nihilominus sonori, acuti, verbosi, nugaces.

Blasphemias, detractiones, maledicentias, iniurias seu cõtumelias, res sunt quæ sepultura perpetui silentij sunt dignæ potius quàm elocutione.

<sup>a</sup> *Flora. Saty. 7. lib. 1.*

<sup>b</sup> *Valer. Maxim. lib. 2. c. 1.*

<sup>c</sup> *si sacerdos, de officio ordina. c. omni vtriusque sexus, de pœnit. & remissio. cum similibus ibi notatis.*

<sup>d</sup> *Matth. c. 7. c. Esa. 32.*

<sup>e</sup> *Plutarch. in disputatione de Iside & Osiride. Augustin. lib. 18. de ciuita. Dei c.*

<sup>f</sup> *vocat signationem Varro de lingua Latina.*

<sup>g</sup> *2. ad Corin. cap. 12. vers. 5. & 6.*

<sup>h</sup> *Philastrius de hæresibus quæ fuerunt tempore Apostolorum.*

<sup>i</sup> *Ezechielis cap. 3.*

Generaliter quæ turpia factu sunt, ea & dictu turpia esse & indigna quæ dicantur existima: <sup>a</sup> nec dicendum, quod nostram vel aliorum verecundiam, pietatem, existimationem lædat, quod sit falsum, inane, dolosum, irrisorium, sophisticum, seditiosum, ad ostentationem nostram, ad contumeliam alterius.

Silentium, inquit, Epictetus <sup>b</sup> sit plurimum, loquere necessaria & paucis, & raro, aut quandoque: cum te ad aliquid dicendum tempus vocat, dic quidem, sed non de quavis re. Stultiloquium seu facetiæ vanæ, improbata à diuo Paulo, <sup>c</sup> vt otiosa verba à Christo <sup>d</sup> quæ non profunt ad ædificationem proximi <sup>e</sup>.

Lingua nostra Deo consecrata in baptismo, vt destinata sacris sermonibus, quare non est prophananda vanis & scurilibus, aut malis cuiuscunque generis sint sermonibus, aut mendaciis fucisque dolosis leuocinio verborum: quanquam enim appareant verba augustiora quæ fucantur figuris, tamen non ideo meliora. Sed vt triticum conclusum in vase, mensura quidem auctum inuenitur, sed vitiatum: sic garulus accepto sermoni semper quidem addit, & maiorem reddit, sed fide iam carentem. Oportet & certe non respondere ad interrogata, quæ ita inconsiderate proferuntur. Nam & melior tunc taciturnitas est quando ita veritate contextæ sunt interrogaciones, vt sine blasphemia respondere non possis <sup>f</sup>.

**II** Quinto consideranda persona eius qui loqui vult, & eius ad quem habendus sermo, vt vtrisque quemadmodum & rebus de quibus loquendum, conueniat. tractant enim fabrilia fabri, & recte.

*Nauita de ventis, de bobus narrat arator.*

Conuenit intelligenti res, earum tractatio & sermocinatio.

Considerabit dicturus nū sufficiant vires ad dicendum, num si accuset probare possit, num odio impellatur, num pari vitio detineatur, de quo in alium dicturus sit.

Item cum locuturus sit an cum muliere, infante, docto, indocto, furioso, inimico, principe, priuato, patre, matre, proximo, extraneo, superiore, æquali inferiore, irrisore, ebrio, sapiente, loquaci.

Nam semper cum superioribus loquentes, reuerentiam: in verbis & modo debemus, & parentibus. Paucis cum mulieribus, pueris, ebriis, irrisoribus insanientibus. Nam illi semper addunt, esutiunt, dicta contemnunt. Paucioribus cum inimicis, ne detegant arcænum tuum, vel calumniandi ex verbis sumant occasionem & melius esset si cum illis nihil loquaris: cum vel nihil vel parum te proficere senties est enim laterem lauare & tempus perdere.

Loquendum subditis, filio, vxori, seruo, cum authoritate æqualibus comiter.

**12** Sexto considerandum in sermone, an is qui loqui desiderat, habeat authoritatem & potestatem loquendi vel non. Sic docendi authoritas, non omnibus data: sed electis & professoribus, vt suo loco dicemus. Christus dæmonibus qui eius diuinitatem prædicare volebant, silentium imperavit, nec sinebat eos loqui <sup>g</sup>. prohibitum laicis de suggestu verbum Dei docere <sup>h</sup>.

<sup>a</sup> Marc. cap. 1. vers. 34.  
<sup>b</sup> in c. cum ex iniuncto 12. & c. excommunicatus 13. quia vero de hæreticis.

<sup>c</sup> ad Ephes. 4. ad Coloss. 3. <sup>d</sup> hoc & ait Cyrillus Alexand. lib. 3. thesauri contra hæreticos. cap. 2.

<sup>e</sup> Arius in encomia epictet. cap. 38. & ad Ephes. 5. d. Matth. cap. 12. <sup>f</sup> hoc & ait Cyrillus Alexand. lib. 3. thesauri contra hæreticos. cap. 2.

<sup>g</sup> hoc & ait Cyrillus Alexand. lib. 3. thesauri contra hæreticos. cap. 2.

<sup>h</sup> hoc & ait Cyrillus Alexand. lib. 3. thesauri contra hæreticos. cap. 2.

In consiliis, comitiis, curiis, collegiis, in dicendis sententiis, ordo seruandus est, qui & in albo scribendo constituitur. <sup>a</sup>

Quibus verò data potestas loquendi, si non loquantur, non minus impij & corrupti habentur, quàm qui sine authoritate loquendi audent sibi munus usurpare, & vt dicebat Esaiasve mihi quia tacui. <sup>b</sup>

Malè audiuit Demosthenes rhetor & orator populi Atheniensis, qui cum prima oratione acriter reiecisset petitionem legatorum Milesiorum petentium auxilia, & postea in diem sequentem re probata, interim corruptus pecunia à Legatis, cum ea cœpisset eadem causa agi, prodiit ad populum multa lana collum ceruicisque circumuolutus, dicens se συνάγγην, id est, anginam pati, & contra Milesios loqui non posse, cui vnus ex populo exclamauit, non συνάγγην sed ἀγγυράγγην, argenti anginam, pati, nempe quòd corruptus auro obmutuisset <sup>c</sup> quod & Demadi oratori obiectum est. <sup>d</sup>

Ad certam mensuram oratoribus & ad clepsydræ data tantum orationis loquendi facultas erat, vt ultra progredi non liceret.

Reis verò damnatis qui ad supplicium adducebantur, licebat cibo & potu plenis, tria tantum verba quæ vellent dicere: deinde ore obturato, ad necem ducebantur. vt ait Suidas in εἰσὶς τὰ τελεῖα, ὡς τῆ ἀυλῆς. I. tria illa dicas iuxta aulam, id est in prætorio.

**13** Septimo. Est modus etiam loquendi & dicendorum, habita ratione officij loquentium & instituti, ordoque obseruandus secundum qualitatem orationis. Et sicut in epistolis, salutationes, exordia, narrationes, petitiones, confirmationes, conclusiones, in publicis orationibus, & quæ alicuius maioris negotij instituuntur rectissimè ex arte Rhetorica & dialectica sumuntur. In obeundis legationibus apud magnates, salutatio præponenda eius à quo legatio mittitur, commendatioque eius cui dirigitur & sociorum collegatorum. Legatio deinceps explicanda, adicienda persuasio & excitatio verbis ad consequendum quod petitur idoneis. Explicandus modus quo id fieri possit. Exempla ad ferenda de rebus similiter factis, assignanda sufficiens ratio prædictis omnibus, epilógus addatur & conclusio.

**14** Alia formula tractandi negotia cum priuatis, nec tantis vtendum peristafibus, sed secundum propòsita, clarè, dilucidè, breuiter, vtiliter, agendum.

**15** Si agatur de explanatione artium, dialectico modo agendum prius de prioribus, secundum speculi nostri syntaxeos artis mirabilis traditionem, vel secundum aliam, si inueneris meliorem.

In hypothesi autem legum enarranda: primum lex ipsa legenda, intelligenda ex integro, casus fingendus: diuisione facta, si eam patiatur, exponenda, deinceps difficilia verba textus, colligenda mens, rationes eius tradendæ, & postea in quibus deficiat, quibus aduersetur & quare cum ratione diuersitatis. Quæstiones si occurrant ex his formandæ & diffiniendæ. euitanda parerga, & longè diffusa, quæ magis inuoluunt quàm satisfaciunt.

Erit in omnibus oratio dispensanda & vox dicentis pro locis

<sup>a</sup> l. i. § in sententiis de albo scriben. lib. 50. P. ii. 3. agit de rogandi sententias ordine in senatu Gellius li. 4. c. 10. <sup>b</sup> Esaiæ c. 6. vers. 5.

<sup>c</sup> Gellius lib. 11. c. 9.

<sup>d</sup> Gellius lib. 10. c. 10.

causis, temporibus, item longitudo & breuitas, Sic Ecclesiastici cap. 32. *Loquere adolescentule si opus sit tibi, vix bis, si interrogatus fueris in breuem summam paucis redigi multa.* Magna enim animaduersione opus est vt linguæ potestate cautè ac securè vtaris<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Plutarch. in parte.

Pericles eloquentissimus vir, antequam verba facere inciperet, precari & vota facere consueuerat, ne verbum quidem sibi in mentem veniret, quod à rebus ipsis videri posset paulò alienius.

Oratio eorum qui rei publicæ consulunt, debet esse ingenuitatis plena, verax, & cæteris abundans quæ addit Plutarchus in politicis. Instruunt Persæ liberos etiam vera loqui<sup>b</sup>.

<sup>b</sup> Herodotus in 1.

16 Modum habet oratio etiam in pronuntiatione, in qua inest vocis & spiritus moderatio: vt dicatur clarè, leniter, legitimo literarum sono, accentu, dictione recepta modestè, non clamore immoderato rabularum instar aut histrionum seu mimorum, vel ioculatorum, cum conueniente corporis, linguæ, oris motu, sine hiatus labiorum, sit facies dicentis recta, non supinus vultus, non labia detorqueantur. non deiecti in terram oculi, non eleuata vel depressa supercilia, non mordeantur labia.

Oratio & vox in suasionem, auctoritatem & grauitatem requirit: in indignatione, reprimenda, miseratione flectenda: in submissis, leuiter & pedestri more incedendum: in incitatis, grauitate vtendum: in temporariis delectationibus moderate, in laude & vituperio, temperate. Laudatio longa arguit adulationem, vituperatio longa, malignitatem.

Sed non tam modus in verbis quærendus, quantum in causa dicendi: Sicut Iphicrates Aristophontis imperator, oratione meliorem esse aduersarium actorem dicebat, cæterum suam ipsius causam longe potiore<sup>c</sup>.

<sup>c</sup> Plutarch. in politicis. <sup>d</sup> Suidas in verb. γλωτ. &c.

Finis concessæ linguæ & facultatis vocis, apparet per se. Linguam inquit, <sup>d</sup> Suidas natura fecit, ad duas maximè functiones, quarum vna prodest ad saporum diiudicationem: Altera, vt nobis bene sit, quantum videlicet ad sermonem pertinet, & finis est significatio sermonis, explicatio cogitationum materia, vox est, effector verò animus rationis particeps: instrumenta, lingua palatum & dentes, fauces.

De Poetica scientia.

C A P V T V.

DE poetis admittendis in republica, diuersæ fuerunt opiniones: aliqui enim eos improbarunt, aliqui approbarunt, & omnibus videtur esse propriæ sententiæ quædam ratio. Plato in 3. ca. de repub. prohibet audire tragica de inferis, ne ciues timidiore sint, neve falsa aut turpia de diis aliisque audiantur, vt & mendacia loqui. Prohibet audiri, & carmina poetarum quibus intemperantes fiunt, Heroum aut magnatum libidines, rapinas, & id genus vitia. Ideo & prohibetur christianis legere figmenta poetarum, quod per oblectamenta inanum fabularum, mentem excitant ad incentiua libidinum. Sunt & impietates ibi de Deo, aliis diuinitate tributa: vt verè pudendum sit imo

fit imo abominabile quibusdam christianis, siue id serio siue ioco faciant, pronunciare Iouem, Saturnum, Herculem, & similia idola deos. Non enim solum thura offerenda dæmonibus immolantur, sed etiam eorum dicta libentius capiend<sup>a</sup>.

Coluerunt aliquando Romani poësis excellentiam<sup>b</sup>, aliquando exosam habuerunt ob nimiam licentiam, qua in infamiam etiam bonorum ciuium abutebantur<sup>c</sup>. Oratio & Catonis declarat, obiectum vt probrum M. nobiliori, quod is in prouinciâ poëtas duxisset. Duxerat autem ille consul Ennius. Refert Gellius<sup>d</sup> ex libro Catonis qui scriptus est carmen de moribus, *vestiri, inquit, in foro honestè, mos erat: domi quod satis erat equos carius quàm coquos emebant: Poeticæ artibus honos non erat, si quis in ea studebat, aut sese ad conuiuia applicabat, grassator dicebatur.* Statuit & Philippus Imperator, ne poëtae vlla immunitate donarentur<sup>e</sup>.

Prodidit fidem, & religionem etiam Ethnicorum confudit, poëtarum impudentia: qui dum mystica se tractare profitebantur, tamen deorum origines & fictiones literis mandarunt, vnde rursum ex impietate impietas, & ex Theogonia Hesiodi & aliorum, & Homeri fabulis, nati, plures dii fictitij & abominabiles, quàm homines, ex quibus Latini hauserunt virus, & in sua poemate transfuderunt, rursumque ex illis aliæ nationes tam delira & arbitraria diuina confinuerunt, vt ex impietate ridiculi etiam facti fuerint & absurdissimi vates. prædixerat Sibylla<sup>f</sup> id ipsum de Græcorum poëtis.

Ελλαδα πτω περιαλαμαν ἀντιξασιν ποιηται.

Græciam his terque ideo miseram vexabunt poëtae. prædixerat & eadem<sup>g</sup>, de Homero quod cæcus futurus esset poëta quòdque deos ficturus & falsa editurus.

2 Inter perniciosos poëtas, & satyrici magis, mordaces, instar canum, & araneorum & bestiarum venenatarum, quæ vt ex floribus illæ bonis conficiunt venenum, sic est ex actibus hominum, suas satyras more canum latrantes, ommissis virtutibus eorum quos reprehendunt conficiunt, & sibi criticorum vel censorum nomen arrogant, cum tamen non eos odium vitiorum, & male si qua sint actorum, ad scribendum impellat, sed rabies inuidiæ & innata maledicentia, qua famam, nomen, & decus hominum turbare, inficere & maculare conantur. Sæpe magis venali calamo vel ventris causa ad nutum inimicorum innocentium, scribentes meras calumnias & imposturas, dignas capitali sententia: cum charius cuique esse debeat bonum nomen quod ipsi obscurare conantur, ipsa propria vita. Vt certe olim C. Luterius Priscus, magni nominis poëta & eques, qui in Germanici mortem carmen egregium scripserat ac magnam pecuniæ vim pro eo acceperat, accusatus fuerit, quod per morbum Drusi ante eius mortem carmen scripisset, & ideo à senatu condemnatus obiit<sup>h</sup>, tanquam mali ominis author.

3 Plato reipsa videtur docuisse, hunc quem dicunt enthusiasmum seu furorem poëticum, & artem poëticam, non conuenire grauitati morum & philosophiæ. Is enim iuuenis admodum, dithyrambos, deinde

<sup>a</sup> Isidor. lib. 3. sententiarum de summo bono. ca. 13. ca. 1. <sup>b</sup> Cicero oratio. pro Archia poëta. <sup>c</sup> *Itor. ad. Autis* <sup>d</sup> Gellius lib. 2. <sup>e</sup> Augustinus lib. 2. de ciuit. Dei. <sup>f</sup> Gellius lib. 11. cap. 2. <sup>g</sup> Libr. 3. de professor. <sup>h</sup> *medic. lib. 10. C. tit. 52.*

<sup>f</sup> Sibylla lib. 5. oraculorum.

<sup>g</sup> Sibylla lib. 3. oraculorum.

<sup>h</sup> Dio Cassius lib. 57. histor.

mele, mox etiam lyricos versus scripsit: maturior quoque Tragœdias, quas cum in Dionysij theatro recitaturus esset, in Socratem incidit, cuius scientia delinitus, philosophiæ operam dare cœpit, poemata igni tradidit, inquitens ἠφαίτε πρόμολ' ὠδὲ: Πλάτων νύτι σείο χατίζει. I. ad-  
sis huc ὁ vulcane, Plato opera tua nunc indiget.

Addam quod fingit Aristophanes in Ranis, qua mente autem dixerit nescio, Bacchum descendisse ad inferos vt Euripidem, aut bonum aliquem poetam inueniret, apud superos enim non reperiri nisi malum, dicebat.

Ipsē etiam Plato, poetas in vniuersum ex sua republica eiecit: quod venenum melle conditum pueris instillarent, & fabularum illecebris, deorum p̄textu, ad maxima adducerētur adolescentes scelera, Pythagorei, poetas ex scholis suis eiecerunt. Item Epicurus cum omnes liberales artes, tum etiam poesim tanquam auicularum deliramenta ridebat, qua etiam ratione cratosthenes definit poeticeν γραῶν μυσθολογίαν, anile deliramentum. et Zeno Citteius Stoicorum princeps dicebat, nihil esse ad perceptionem disciplinarum ineptius poetica.

a Diogen. Laertius in Empedocle. b Plutarch. li. de audient. poet. c Caelium Rhodigin. li. 7. c. 1. d Diog. Laertius lib. 7.

Et Aristoteles maximè inquit, hi suapte natura persuadent, qui permutationibus affecti sunt. quo fit vt exagitatus exagitet, perturbētque verissimè perturbatus. Quapropter vel versatilis ingenij viri vel furore perciti, poetica est. Etenim poetarum aliqui ab ipsa natura,

e Aristotel. lib. 1. de poetica, c. 14. f Aristotel. problematum, sectione 30. q. 1.

ad poeticam bene formati sunt, aliqui autem à mente abstrahuntur. vt Maracus<sup>f</sup>, cuius Syracusanus poeta etiam præstantior erat, dum mente alienaretur. Et quibus calida & permulta bilis est, sunt ingeniosi, loquaces, ad iram & cupiditatem propensi. Multi etiam, quod illi calor sedi mentis in vicino est, morbis vesaniæ implicantur, aut instinctu lymphatico inferuescunt, ex quo inquit Aristoteles, Sybillæ efficiuntur, & Bacchæ, & omnes qui diuino spiritu incitari creduntur, cum scilicet id non morbo, sed naturali intemperie accidat.

4 Aliunde suadent exempla, & aliquot rationes, non esse contemnedam in republica, omnino auctoritatem & studium poetices: quam opera poetica multa pluribus rationibus merito sint ex republica excludenda. non enim ars & modus contexendi versus improbari debent, sed materia quæ versibus concluditur, quod & de Rhetorica & eloquentia iam antea explicatum est.

Fuerunt poetæ olim familiares regum Euripides, Arcelai regis Macedonia: Anacreon, Polycratis Samiorum Tyranni: & Hieronis Syracusiorum, Æschilus & Simonides, cum Dionysio Sicilia Philoxenus: cum Antigone Macedonia rege, Antagoras, Rhodius, & Aratus Solensis: apud Homerum Alcinoe familiaris Demodotus & Agamemnon

g Pausanias lib. 1. reth. Atticarum. h Aristoph. in Ranis.

apud vxorem poetam reliquit s̄ peregrè profecturus. Et si poetarum auctoritas à Iurisprudētibus non fuit omnino reiecta, nam & illa alicubi vtuntur: non erit alienum in testimonium etiam illos, in distinctione poetarum aduocare, maximè Aristophanem apud quem sic loquitur Æschillus Euripidem.

Αἰστ. ἀπόβρωμα μοι τινοσ ἔβρωκα χρεῖ δαυμάζειν ἀνδρὰ ποιητῆν:

euere

Εὐρ. δεξιότητος ἐκ νουθεσίας, ὅτι βελτίους τε ποιῆμασιν τὰς ἀνθρώπων τῶν πόλεσι.

Æschillus, Responde mihi, cuius gratia oportet admirari viros poetas, Euripides dexterioris & admonitionis quod meliores facimus homines in ciuitatibus.

Et paulò post

Æsc. ταῦτα γὰρ ἀνδρας χρῆ ποιητὰς ἀσκεῖν, σκέψαι γὰρ ἀπ' ἀρ-

χῆς ὡς ἀφελίμοι τῶν ποιητῶν οἱ γενναῖοι γυγνύνται. ὀρθοὺς μὲν γὰρ τελετὰς δ' ἡμῖν κατέδειξε φόνωντ' ἀπέχεσθαι. μουσῆος δ' ἔξακέσεις τε νόσων, καὶ χρησμοῦς, ἡσίοδος δ' ἔργασίας, κάρπων ὄρασε, ἀρότους: ὁ δὲ θεὸς Ομηρος, τάξεις, ἀρετὰς, ὀπλίσεις ἀνδρῶν. id est

Hæc enim oportet viros poetas exercere. Considera enim à principio quod vtilis poetarum generosi fuerunt.

Orpheus enim quidem sacrificia nobis ostendit, & cædibus abstinere.

Museus autem curationes morborum & oracula: Hesiodus autem terrę operationem, fructuum tempora, orationes: Diuinus Homerus odinationes, virtutes, armationes virorum.

Fuerunt omnes disciplinæ postea à poetis tractatæ, ipsamet philosophia & theologia: vbi certè non est diffitendum: adiectas fabulas quæ sunt illorum inuentum, valde quidem ingenia ethnicorum non tam delectasse quàm corrupisse. sed nec laudamus næuos in corpore, neque abusum in re, sed rem puram & artem, qua & Dei laudes decantatæ sunt, & virorum fortium & dignorum laude memoria: quæ quamuis more poetico plus habeant in fronte quàm in veritate, tamen orationem habent aptam & conuenientem ad excitanda ingenia ad imitationem, vt Tyrtæi poetæ versus, ad bellum excitarunt iam arma proiicientes, & ad victoriam obtinendam animos addiderit Lacedæmoniis. Neque etiam oracula antiquitus reddebantur aut vix siue poesii aut versibus: nam poetica oratio hoc proprium habet, vt paucis & strictim multa proferat & maiore communi applausu.

d Suid. Pausanias in Messenicis.

Fuerunt & leges antiquis per versus, eosque paucos discendæ & memoriæ mandandæ traditæ, cum constructio carminum multum ad memoriæ facere credatur.

Draco leges Atheniësis, tribus versuum millibus scripsit. Pittachus Mytilenæus tyrannus, patriæ sexcentis elegis.

Vsum poetarum in republ. Gallorum fuisse potest docere Diodorus Siculus. Poetæ inquit, tanti apud Gallos fiunt, vt cum instructa acie exercitus, eductis tactisque ensibus propinquant, non solum amici, sed hostes quoque eorum interuentu a pugna conuiescant ar-

e Diodor. Sic. li. 5. c. 9.

a Jul. Cæsar  
lib. 6. de bello  
Gallico.

bittor illos fuisse Druidas qui versibus suis prudentiam & theologiam docebant, ut est apud Iulium Cæsarem<sup>a</sup>, & magnæ & propemodum diuinæ habebantur authoritatis. Quod si quis hodie vsque adeo criticus sit, ut poetas omnino propter falsos deos impietatis, lasciuam, amores vetitos, & alia plura damnandos censeat, vel ex eo debet admittere bonos censores & præceptores, qui quæ prætereunda siue admoneant & damnent & refellant: ne plus noceat contemptus explicationis quàm iuuet prohibitio. Cum enim tanta sit, poetarum bibliotheca, ut exulare vel corrumpi omnino nequeat: saltem eligendi sunt viri probi, qui poetas legendo indicent falsa & noxia: sunt & quædam in illis bona, ut puritas sermonis, carminum contextura & græca & latina, quæ iuuare possunt discentes literas.

b Actoriū. 17.  
c ad Titum  
c. 1. vers. 12.

Sunt & in veterum poetarum scriptis quædam, quæ veluti aurum inter feces terræ, possunt latentia in usum Christianæ religionis etiam transferri: ut & diuus Paulus disputans cum Atheniensibus de ara erecta Deo ignoto, adduxit in testimonium pro Dei potentia: illud, *in ipso viuimus & mouemur. & sumus*, sicut quidam vestrorum poetarum dixerunt<sup>b</sup> & alibi, *Cretenses mendaces, ex autoritate poetæ Græci dicit*. Iuriconsulti sæpe etiam in responsis suis vsi sunt testimoniis Homeri, & poetarum aliorum ethicorum.

De poetis itaque dicendū est quod de aliis artibus, quodve de moneatis: in quibus mores & vsus hominum & authoritas mutatur. Iamque suo tempore Ouidius<sup>3</sup> de arte ita censuit ibi.

*Cura ducum fuerant olim regūque poetæ*

*Premiæque antiqui magna tulere chori &c.*

*Nunc hedera sine honore iacent operataque doctis.*

d Suet. de claris Rhetor.

*Cura vigil, nomen inertis habet.* Fertur Vespasianus<sup>d</sup> Imp. Rhetoribus ac poetis tã græcis quàm latinis, primus salaria è fisco cõstituisse<sup>d</sup>.

*De philosophia & philosophis in republica.* C A P V I.

e Arist. in  
Magico. Sotio  
in decimo ter-  
tio successionis  
libro. Diogen.  
Laertius in li.  
1. de vit. phil.

Nemo est qui negare cū ratione possit, sapientiã & scientiã de moribus regendis & cõponendis, cognitionē rerū naturalium, & artem differendi, esse necessariã reipublicæ. Sophistas ideo & philosophos in cõplenda bene instituta republica, necessario desiderari. Sapientiæ moralis pars, in actione consistit. Naturalis, contēplationi deputata est illa ethica, hæc physica dicta. Tertia rationalis, per quã verū distinguitur à falso. Cōtēplationi, cognitio rerū proposita in actione sui ipsius cognitio. Ab actione viri boni, à contēplatione appellati sapiētes, græcis primū *σοφῶν* post *σοφιστῶν*, à sapiētię professione. Pythagoras verò, nō se *σοφῶν*, quia solus Deus sapiēs, non sophistã, sed *φιλόσοφον* philosophū. i. amatorē sapiētiæ, dicere voluit. Sophistas aliquãdo eloquentiæ professores: Sapiētes vero & philosophos, eos qui rerū cognitionē diuinarū præfertim, atq; ideo ipsius magiæ traderēt, appellatos cõstat: quiq; res cælestes & naturales inquirerēt. quo pertinet antiqui illi prophetę Cabal listæ Indæorū, magi Persarū: Chaldei Babyloniorū & Assyriorū Indorū Gymnosophistæ, Gallorū Druidę: Græcorum Pythagorei & Platonici: Philosophiam profundiorē doctrinam Theodosius & Valentinianus dixerūt, eamq; inter publicas scientias exponēdã in republica, connumerari voluerūt, & separarūt à sophisticã & dialecticã<sup>e</sup> habeat igitur

inquiunt, auditorium specialiter nostrum nempe quod, in capitolio in his primum quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, oratores quidem tres numero, grammaticos decem: in his etiam qui facundia grauitatis pollere noscuntur, quinque sint sophistæ & grammatici æquæ decem: Et quoniam non his artibus tantum adolescentiam gloriosam optamus institui, profundioris quoque scientiæ atque doctrinæ memoratis magistris sociamus auctores. vnum igitur ceteris adiungi volumus, qui philosophiæ arcana rimetur: duos quoque qui iuris ac legum voluntates pandant: ita ut vnique loca specialiter deputata, assignari faciat tua sublimitas: ne discipuli sibi inimicem possint obstrere, vel magistri: neue linguarum confusio misist, vel vocū aures quorundã, aut mentes ab studio litera auertat.

3 Philosophum Cicero videtur describere de oratore, ut sit is qui studeat omnium rerum diuinarum atque humanarum vim, naturam, causamque nosse, & omnem bene viuendi rationem tenere, & philosophiam, cognitionem omnium optimarum rerum, atque in his exercitationem<sup>a</sup>. Et Clemens Alexandrinus, *hæc tria*, inquit, *sibi vindicet noster philosophus, primum quidem contemperationem: secundo autem præceptorum executionem: tertio verò bonorum virorum constitutionem: quæ cum conuenerint, efficiunt virum cognoscendi potestate præditum.* Omnem etiam philosophiam Plato in tres partes diuisit, physicam, ethicam, & logicam, physicam deinde in sensibilem doctrinam, & in incorporalium contemperationem suppartitur: quam diuisionem apud Iudæos multo tempore ante Platonem factam fuisse inuenies. Dicunt & Græci contemperationem pulcherrimam & eximiam philosophiæ partem, per quam diuina attentius considerare volentibus, prout hominibus conceditur, comprehensibilia sunt.<sup>d</sup>

Philosophiæ professores, antistites & sacerdotes dicti.<sup>e</sup>

Philosophia diuina & Dei opt. Max. donum dicitur à Cicerone in Tuscula. quæst. quia & philosophia nihil aliud est, quàm ut amor sapientia, sic & veritatis ut ait Plato fatque amor ipse diuinus est, & ab arce, ut ipse loquitur, Iouis, in terrã demissus. Tradit & Iamblichus<sup>h</sup> Pythag. & Platon. didicisse philosophiam ex sacris columnis Mercurij.

4 Apud Indos quidam eligebantur ad examinandum iuuenes ad philosophiam discendam admittendos: qui multa ex eorum aspectu coniciebant: oculi namque primum mores hominū plerosque indicant, multa etiam in superciliis genisque posita sunt, ex quibus sapientes & natura periti homines, imagines, velut in speculo insipientes, quæ mens illis, quodque sit ingenium contemplantur. cum enim magno in honore apud Indos haberetur philosophia, necesse erat omnibus modis probatos esse qui ad eam percipiendam, accedebant<sup>i</sup>.

5 Scientiæ quæ ad cognitionis sapientiæ momentum ac opē maiorem ferunt, dicuntur partes philosophiæ, qualis disputandi ars. item anax philosophiæ dicuntur, arithmetica & geometria à Snida. <sup>k</sup> qui enim cœlestium & orbis scientiam adipisci desiderant, debēt esse harū participes & instructi. ut Pythagoras soluto silentio auditoribus iubeat *μαθηματικὸς* esse, id est instrui disciplinis, geometria, gnomonica, musica, cæterisque altioribus disciplinis quas antiqui vocabant mathematicas<sup>l</sup> Desiderauit & Plato & Socrates ut nemo à geometria ingrederetur scholam. et Xenocrates ad eum qui neque musica, neque

a Cic. 3. de oratore.

b li. 2. Strom.

c Euseb. Pæphili. lib. 11. de præpara. euan. gelic. c. 1.

d Cyril. Alexand. lib. 2. contra Iulian. apostam.

e Diog. L. li. j.

f Plat. in phædone & libro de republ.

g Plat. in symposio, in phæd.

h Iamblich. li. de musicor. & Hæsiodus in theogonia, Orpheus in Aragonautis.

i Iamblich. li. de musicor. & Aegyptiorū.

k Philost. li. x. de vita Apol. c. 12.

l Suidas in verbo μαθηματικῶν.

m Gel. li. 1. c. 9.

n Diog. L. li. 4.

Geometria, neque astronomia instructus, ludum suum frequentare cupiebat: Abi inquit, ansis enim & adminiculis, philosophiæ cares.<sup>a</sup> Geometriæ utilitatem, & eius particulam esse arithmeticam, docuit Plato,<sup>b</sup> inter estque reipublicæ eam discere & exercere.<sup>c</sup> Geometria, arithmetica & musica, habent in sua scientia veritatem: quanuis illa scientia non sit scientia pietatis, vt euangelica, vt ait D. Hieronymus ad c. i. epistolæ ad Titum, qui refertur à Gratiano in c. si quis artem, 10. §. geometria, 37. distinct. probati inter professores Geometriæ, l. i. de variis & extraord. cognitio. improbatæ reliquæ diuinationes mathematicæ imposturæ.

6 Philosophia Mosaica quadripartito distributa in partem historicam, legitimam seu moralem, naturalem in qua de sacrificiis contemplatio, theologiam quæ est de supernis & diuinis contemplatio, quæ Plato dicebat esse re vera magnorum mysteriorum, quam & speciem Aristoteles vocat, *μετά τα φυσικά* id est post naturalia.<sup>c</sup> Hancque Hebræorum philosophiam primam fuisse à qua Græci suam acceperunt, docet Tatianus oratione contra Græcos & Clemens Alexandrinus.<sup>d</sup> Naturalem vtramque cognouisse Salomonem apertè testatur sacerdos pagina 3. Regum c. 4. vers. 33. & sequentibus, & ecclesiastici c. 47. De abusu philosophantium & de remedio.

## CAPVT VII.

1 Sed quia persuasio scientiæ decipit multos: sic plures dicentes se sapientes, stulti facti sunt, dumque contendunt alij aliis excellere pertinaciter, hæreses & doctrinas in philosophia, quas sectas dixerunt, excitarunt, & inter philosophos ideo sententiæ contrariæ propositæ & defensæ sunt. Tantus enim sui ipsius amor, tanta dictionum philautia, tanta superbia vt dicam vno verbo, vt potius de quæstionibus incertis quàm de veritate ipsa contendere voluerint. atque sub palliolo philosophico & professione, contemptus rerum humanarum, profundissima latet iactantia & arrogantia, & nutritur ad res audiendas pestifera temeritas, vt proculdubio multum interesse cognoscamus inter philosophiam & philosophos.

2 Sunt enim vt plerumque nomine philosophi & re vera mancipia vitiorum. neque vix quisquam eorū qui celebrantur philosophi, Græcorum iteniuntur, qui non insigni scelere vel pluribus fuerint infecti: isti enim vmbra verorum philosophorum, sed non sapientiam amplexi sunt. Porphyrius libro quo de philosophis agit, Socratem taxat ex Aristoxeno qui eius vitam scripsit, quod fuerit libidinosus, duarum vxorum, iracundus vsque ad furorem, inobediens patri marmorario, prostitutus Archelao Anaxagoræ discipulo, quod in conferta populi populi turba conflictaretur circa statuas Hermetis, & mensas trapezitarū, quod non contentus duabus vxoribus alias scæminas publicè inibat.

3 Tradit idem de Platone, quod iuuenes nudos in palaestra cū voluptate spectabat, iræ esset impatiens, dicacis linguæ. Xenophon quoque ad Æschinē Socraticum, incusat Platonem monstrorum Ægypti participem, & quod ille & Aristippus luxuriam approbantes Dionysij tyranni mēsa & cōsuetudinē approbauerint, vt nec sine causa Plato iustus fuerit

fuerit ab eodem Dionysio venundari.<sup>a</sup> Athenus, li. xj. c. xxij. & xxij. a parte docet Platonem fuisse implacidum, conuiciato rem, maledicum, moribus improbum, inuidum, Socrati præceptori ingratiſsimum, gloriosum, vanam. qui nihil ex se, sed alijs boni dixerit, tyrannorum magistrū. Taxatur & Socrates ab Aristophane in Nebulis, tanquam atheus & stollidus. Accusatur et Plato à Timone, tanquam Plagiarius, quod ex libris Pythagoricæ disciplinæ suum Timonem fecerit, ex quo doctus est habitus.<sup>b</sup> voluit in vtramque partem fere semper disputando incerta relinquere, vxores, liberos, voluit esse communes, cōtra rationem errorum matrimoniorum vsu.

4 Refert Hermippus Pythagoræ imposturam insignē. Ait enim, equum in Italiam venisset, subterraneam fecisse domum, matrique mādasse quæ contingerent, tabulis perstringeret, temporisque annotaret, deinde illum descendisse, ac dum rediret id matrem fecisse: Anno autē elapso, ascendisse è terra Pythagoram ex effossa domo squali dū ac mære confectum, aduocataque concione dixisse ex inferis se ascendere, atque vt fidem faceret, recitasse quicquid euenisset, & ita dedisse opinionē aliquid diuini in se esse, quod scribit etiam Diogenes Laertius, qui & ait habitū fuisse seditiosum, vt alij etiā, tyrannidem concupiscentē cū suis.

5 Lucretius philosophus habitus celeberrimus, atheos fuit & plane immortalitatis animæ oppugnator, vt constat ex eius libris. in voluptatibus totus cū suo Epicuro, quemadmodū, & Plinius Deum negauit.<sup>d</sup> Stoici habiti diligentissimi virtutis custodes, acerrimi vitiorū & voluptatū hostes, Deum rerum omnium opificē secundarū causarum vinculis deuinciunt, fati & necessitatibus legibus constringunt, agendiq; libertate à fato separata spoliāt.

7 Sui illis exprobrat Senecæ, apud Tacitū, quod cū Agripina & Germanici filia, matreque Neronis, rem haberet. qua de re & tandē ipse Seneca reus factus est, vt ait Dio Cassius.<sup>e</sup> Refert & idem. Annetū Senecam studiis sapiētiae eminentissimū seculi sui, insimulatū adulterij cum Iulia M. Vicinij vxore, Germanici & Agripinæ filij, confictis in illam à Messalina criminibus, vnde & vt correus pulsus erat in exiliū donec ei Agripina restitutionē impetravit, vt ait Cornel. Tacitus.<sup>h</sup> Addit & Xiphilinus ex Dione, aliter Senecam egisse quàm diceret, scelerū referitissimum & impulsorē vt Nero matrem necaret cum qua ipse cōsuetudinem haberet, conspiratorē contra Neronem ipsum cum Rufo præfecto prætorij, vnde misso sanguine mori coactus.

8 Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato, Philosophus, taxatur à Plinio li. 30. c. 4. quod ob discendam vanam magiam nauigasset, exiliis verius, quam peregrinationibus propter eam susceptis.

9 Diogenes Cynicus philosophus habitus, plenus spurcitiæ erat & impudentia canina, atque adulterator in patria monetæ publicæ, ob quod se in fugam vt lateret coniecit, vt scribit Diogen. Laert.

10 Sic Aristophanes in Nebulis, arguit Socratem quod iniustū sermonem doceret sub persona Strepſiadis qui oneratus debitoribus ad Socratis scholam declinauit, vt doceretur sermone iniusto quo debitores posset frustrare, eoque sine Phideppidē filij scholæ tradidit, qui iniusta patri inferēs, ea doctrina persuadere volebat patri, se iusta inferre.

<sup>a</sup> Clemens Alexandrinus li. 1. Stromaton.

<sup>b</sup> Cl. Alexandrinus li. 1. Stromaton.

<sup>a</sup> Acilius Probus in Diogene.

<sup>b</sup> Gellius lib. 4. cap. 8.

<sup>c</sup> Diogenes Laertius in 8. c. in Pythagora.

<sup>d</sup> Plinius li. 7. c. 55.

<sup>e</sup> li. 13. Annalium.  
<sup>f</sup> in Nerone.  
<sup>g</sup> lib. 60.  
<sup>h</sup> lib. 12. annal.



& mīscis consumeretur interim. Quibus exactis, si superstes esset adhuc, muliebris veste indutum de saxo præcipitari iusserunt: philosophos vrbe Roma senatus pullos referunt Suetonius<sup>a</sup> et Gel.<sup>b</sup> tanquam otiosos, et apud quos venientes adolescentuli totos dies desiderent. et deinceps etiam Romanis disciplinis expolitis alio senatus imperante Domitiano, vrbe Italiæque interdicti, qua tempestate Epictetus quoque philosophus propter illud senatus. Nicopolim Roma decessit.<sup>c</sup> Item Vespasianus philosophos omnes ob nimiam dicendi vsurpatam libertatem, Stoicos & Cynicos vrbe eiecit, & præter Musonium, & Demetrium Cynicum & Hostilium, in insulas relegavit.<sup>d</sup> Sicut idem refert, plures tempore Domitiani occisos, quod studio philosophiæ operam darent.<sup>e</sup> Admonuit & Vespasianum Euphrates philosophus, Philosophiam, o rex quæ de rerum natura est, cole & venerare, quæ

<sup>a</sup> Sueton. de claris orator.  
<sup>b</sup> An. Gel. li. 15. c. 11.  
<sup>c</sup> Gellius li. 3.  
<sup>d</sup> Xiphil. ex Dione in Vespasiano.  
<sup>e</sup> Xiphil. in Domitiano.

<sup>f</sup> Philostrat. lib. 5. de vita Apollon. Tyanei c. 14.

verò de diis se loqui profitetur, omittit & reicit. Tales enim philosophi de diis mentientes opiniones multas & insanas ingerunt.<sup>f</sup>

16 Sunt & habitus omnes philosophi qui in sola contemplatione versabantur, ad gerendam rempublicam & functiones civiles ineptis, vulgòque recitatus ille versiculus, *μὴ δὲ θεοῖς ὁμιλεῖς ἀλλὰ ἀνθρώποις.* Atque duces qui à philosophia proficiscuntur, solent effici tyranni: de quibus Demochares inquit & Crates, velut ex satyria nemo lanceam conficere poterit, ita ex Socrate nullum strenuum militem, ut Athenæus libro 5. c. II. refert.

17 Nihil opus est recensere impietatem philosophorum, qui dum nimium rebus addicti erant, contemplandis & admirandis virtutibus earum, non extulerunt oculos ad authorem earum: quem ignoratunt, nec voluerunt agnoscere, unde fere omnes sine religione fuerunt. Agnoscebant enim quos antiquitas habebat pro diis verè nihil minus in illis esse quàm diuinitatem, neque tamen ad Deum verum peruenire satagebant: quare stulti facti sunt & fuit vera in naturalibus cognoscendis sapientia, sed in prima causa & Deo scrutandis defecit vis & ingenium. Quæ bona habuerunt, acceperunt Græci & omnes ferè à Iudæis: sed cum illis quæ acceperunt sua dogmata miscerent, ex parte corruerunt doctrinam: ut vera emendandi ratio supersit nunc aliena reicere, prima verorum philosophorum retinere, & restituere sublata.

Fuerunt veri philosophi prophetæ Dei, qui à Dei plenitudine acceperunt: fures autem philosophiæ acceptæ à Iudæis, Græci: & dum corruerunt impostores: in quo verum dicunt & tenent, id tenendum: nam vera philosophia non consistit in paruis artibus geometria, arithmetica, aut aliis, sed in eo quod veritas cognoscitur, hoc est in eo, quod verè est, et id quidem est Deus, ut ait Cyrillus Alexandrinus contra Iulianum apostatam, et diuus Paulus cum monet cavendum ab stultiloquentia et à philosophia ut inani seductione, quæ fit secundum elementa mundi, non secundum cælum aut terram dixit, sed secundum literas seculares, et secundam traditionem hominum subriiloquorum et philosophorum. Longam autem est, et alterius operis ostendere inquit Tertullian. 8. hac sententia omnes hæreses damnari, quod omnes ex stultiloquentiæ viribus et philosophiæ regulis constent. Quare et dicit alibi<sup>h</sup> hæreticorum patriarchas philosophos, et à phi-

<sup>g</sup> Tertul. li. 5. contra Marcionem loquens de episto. ad Colossenses.  
<sup>h</sup> Tertul. lib. aduersus Hæresimogenem.

lophos hæreses subornari,<sup>a</sup> & contusionem eam esse veritatis.<sup>b</sup>

18 Sunt alia, quæ annotata sunt olim, scholas philosophorum & personas deturpasse, & in odium ipsum nomen & disciplinam conuertisse. Quare in republica præcauendum erit, ne talium doctrina corrupta, talesque reprobatum mores professorum philosophiæ, admittantur: aut si irreperint, expellantur & emendentur. Habent summi Pontifices & principes academiæ seu scholas aut vniuersitates privilegiatas, quibus præpositi sunt rectores & decani, in quorum sollicitudinem reiciunt hæc curam: quia & de his responsuri sunt. Verum non tam illis tribuendum, quin & princeps speciales ad hoc non committat visitatores, qui & caueant ne talia quæ offendere possunt rempublicam tententur. Et in primis philosophorum vel tales se dicentium libertatem dicendi & docendi eo progredi pati non debet, ut doceant quæ turbare reipublicæ constitutæ statum, aut subuertere possint. ne accidat quod in Græciâ contigit, & alibi per tyrannos instructos ab huiusmodi inflatis philosophis, qui iuuenibus fundamenta iecerant innouandi constituta antea. Sicque Agrippa optime suavit Octaviano, vitandos esse philosophos qui rebus innouandis studeant, ut ait Dio. Cassius lib. 52. historia. Scit Germania, Gallia, Flandria, & aliæ nationes quid loquamur, utpote ab huiusmodi præsumptuosis philosophis, quum aliquâ de illorum probitate opinionem prius concepissent, deceptæ & in bella ciuilia & rebelliones concitate, prætextu, sæpe boni secundum illorum sententiam propositi. Et si hæcenus incauti, saucij euadere possimus, sapientiores debemus esse, ne permittatur futuribus vltia crepidam disputare, idque ab initio. Nam & vna scintilla Arrij quæ ab initio inter extructa non est, maximum per totum orbem incendium per multa secula inextinguibile concitauit.

19 Secundo quod pertinet ad dogmata philosophica, quæ possunt Christianos in fide concutere, monendi sunt professores philosophiæ, quod iniungitur illis in consilio Lateranensi 3. sub Leone 10. sessio 8. ut soluant explicando rationes quæ sunt contra fidem, veram & christianam philosophiam.

Nemo verò possit malam mentem auditorum præuidere quæ bona philosophica per abusum in mala potest sua malitia conuertere: quem admodum respondit Theodorus Atheniensis cognomento *ὁ θεός*, obicientibus quod illius doctrinam multos redderet deteriores, id aliorum vitio accidere qui doctrinam ipsius sinistra acciperent, quum ipse dextera porrigeret, ut refert Plutarchus de animi tranquillitate.

20 Tertio temperamentum adhibendum est in discenda philosophia, de quo agit Callides apud Platonem in Gorgia: ut dicamus philosophiam rem esse elegantem, si modicè eam quisquam per ætatem attigerit: at si supra modum tempus in ea contriuerit hominum esse corruptelam. In iuene philosophicis vacare studiis, ingenium est: indignum autem, si post ætatem illam ibi senescat, se subtrahens vsui & vtilitati publicæ. Si quidem pars philosophiæ præcipua est vsus ut Africanus dixit, in Togata.

*Vsus me genuit, mater me peperit memoria.  
Sophian vocant me Graui, vos sapientiam,*

<sup>a</sup> de lib. me.  
<sup>b</sup> scriptio aduersus hæreticos.  
<sup>c</sup> idem lib. de anima c. 1.

<sup>c</sup> latini apud Gellium li. 10. c. 22.



quo argumento Afranius demonstrat ei qui sapiens rerum humanarum esse velit non libris solis, neque disciplinis e rhetoricis dialecticisque opus esse, sed oportere eum versari quoque exerceri in rebus comminus nocendis periclitandisque, eaque omnia acta & euenta firmiter meminisse, vt proinde sapere ac consulere esset ex iis quae pericula ipsa reru docuerunt, non quae libri tantu aut magistri per quaedam inanitates verborum & imaginum, tanqua in mimo aut in somnio delectauerunt. Nec quicquam fieri posset indignius aut intolerabilius, qua si homines ignaui & desides, operi barba & pallio, mores & emolumenta philosophiae, in lingua verborumque artes couerteret: & vitia facundissimè accusarent; intercutibus ipsi vitii madentes.

Laudandi sunt viri, qui se studiis philosophiae mancipant, verum si ibi perpetuo desideant, vituperandi, vel eo nomine quod semper discentes nihil quod prodesse possint didicisse profiteatur. vnde Arist. lib. 7. Ethicor. Thaletem, & reliquos sapientiae nomine celebres, olim, σοφός μὲν ἀλλὰ ἐφρονας, vulgo censerit ait. Irrisus Socrates, Apollinis testimonio sapientissimus iudicatus, in concione, quando tribus suae suffragia ex consuetudine numerare nesciuit.

De Medicina.

CAPVT VIII.

**S**Vb nomine philosophiae, arbitratur glossa ad L. vnicam ad verba, qui philosophiam, de studiis liberalibus vrbis Romae lib. ii. C. tit. 18. contineri posse. Alij putant ex physica seu naturali philosophia trahere quidem fundamenta, & habere separatam tractationem. Physicus considerat in vniuersum omnia naturalia corpora, ita & simul humanum scientiae causa: Medicus circa solum humanum corpus versatur: non tantum vt sciat illius naturam, sed potius vt ex hac scientia modum operationis & actionis deducat. Et proinde separati sunt medicinae professores a philosophis. Et refert Suetonius Tranquillus, Iulium Caesarem omnes veram medicinam Romae professo, ciuitate donasse, & ideo multos celebres viros eam tunc excoluisse & exornasse, vt scribit Zonar. lib. 2. Annal. Et existimarunt principes esse e republica tales habere, vnde & priuilegijs donarunt, ad certum vsque numerum medicos, tum exercentes & curantes quos εἰοδευτὰς dixerunt, siue professores. Medicorum vero intra numerum praefinitu constitutorum arbitrium, non praesidi prouinciae commissum est, sed ordini & possessoribus, cuiusque ciuitatis: vt certi de probitate morum & peritia artis, eligant ipsi quibus se, liberosque suos in aegritudine corporum committat. Quauis cura electionis similium qui in collegij modum reducti erant pietatis causa publice, in Alexandria tributa sit episcopo Alexandrino. Soror philosophiae dicitur etiam medicina a Tertulliano, quae vt illa animis medetur sic haec corporibus.

2. Sunt morbi animi, sunt corporis: & ideo & animae & corporis medici vtilis reipublice, talesque exquirendi & habendi qui sciant, possint & velint morbis mederi, & si videantur ad eam rem inaepti, reprobati mutantur. Morborum animae & peccatorum auxilium & remedium & medicus, Deus, qui nos curat & admonet vitanda & agenda. Medicina quae docetur est humana sapientia. Verbum autem paternum solus

a refert Gel. lib. 13. c. 8.

b Atheniens. lib. 5. cap. 13. Xenophon li. 1. rerum Graecarum Plato in Gorgia.

c in l. j. S. medicorum, de va. rii & extra. ordin. cognitio. P.

d L. medicos. 6. de professor. & medic. lib. 10. C.

e L. 6. si duas, S. grammaticis, de excusatio tutor. P. f dicto S. medicorum L. j. de extraordin.

g L. j. de decretis ab ordine facien. lib. 50. P. se 9. L. nec intra, 5. de professor. & medic. lib. 10. C. ii. 52.

h In L. parabolani, 18. de episco. & cleric. vic. C.

i Tertul. In principio lib. de anima. & L. 6. S. sed et reprobari, de excusationi. iur. R.

solus est humanarum aegritudinum Praonius medicus, & sanctus aegrotarum animae incantator, vt loquar cum Clemente Alexandrino. Medicina vt ait Democritus medetur morbis corporis, Sapientia autem liberat animam a perturbationibus. Medetur autem verbum Dei, quia omnium factor, & seruator humanae naturae, sicut paralyticu sanauit cui deder, & mortuo dixit, Lazare egredere. nos alibi docuimus de medicina diuersis speciebus siue corporalis siue spiritalis, quo licebit recurrere, vt multa non negligenda dignoscantur. Hic tantum agimus de medicina adhibenda morbis corporeis, & de illis medicis qui vt illis medeantur, desiderantur in republica.

3. Et qui doceat medicinam hanc quae a Platone distribuitur in quinque species seu in quinque modos medendi. Aliam enim dixit Pharmaceuticam, quae morbis medicata potione subueniat. Aliam chirurgicam, quae sectione & vstione curet: Tertiã, quae sola victus ratione & ordine arceat aegritudines, appellariq; diaieticam. Quartã quae ex celeri discretionem morborum, succurrat morbis, & vocari νοσογνομικὴν. Quintã adiutricem dici, quod strenuo auxilio doloribus continuo liberet. Aliter tamen medici nostri temporis, qui non scientiam medicinam, sed artem dicunt, & ex factiarum genere & earum quidam quae iam factum opus instaurant corriguntque, non ex illis quae noui efficiant: atque partes quinque distribuunt vnã quae de natura hominis atque constitutione differit. Secundam quae sanitatem tuetur, ac praecadet ne corpora in morbos incidant. Tertiã quae causas & symptomata inquirat. Quartam significatiuam, quae cognitionem praeteritorum, praesentium inspectionem, & futurorum praedictionem continet. Quintam medendi rationem habet, vel victus ratione: aut medicamentorum intra vel extra corpus admotione, aut per chirurgiam.

4. Caeterum neque vna secta fuit & est medicorum, sed tres: vna empiricorum, qui medicinam a rationali separant: alia Metodicorum: tertia rationalium, cuius auctor Hippocrates. Cons. de quibus copiose Galenus libro De optima secta. Fuit aliquando seculum, quando non fuit separata professio vel ars medicinae per se. Et maxime apud Babylonios, quorum legem refert Herodot. li. j. aegrotos efferens in forum: (neque enim inquit medicis vtuntur) vt de eorum langore consulant qui eos ad eunt, siquis & ipse eundem passus est morbum, aut alium vidit patientem. Haec viri qui eos adibant consulebant, hortabanturque ad ea quae ipsi faciendo effugerint similem morbum, aut alium nouerint effugisse. Nec fas erat cuiquam aegrotantes praeterire silentio, nec antequam explorasset quonam morbolaboraret. Contra apud Aegyptios medicina erat distributa, vt singulorum morborum essent medici non pluri, & ita omnia erant, vt ait Herod. in 2. referta medicis, alij erant enim oculorum, alij capitis, alij dentium, alij partium alui, alij morborum occultorum. Fortassis inquit & Vlpian. medicos quis accipiet etiam eos qui alicuius partis corporis, vel certi doloris sanitatem pollicentur, vtputa si auricularium, si fistulam vel detium.

5. Necessariam medicinam in ciuitate non dubitant qui infirmitatibus detinetur, & qui ne in eas incidat, metuunt: vnde & Iesu filius Syrach. Ecl. c. 38. vers. 1. & seq. honora medicum propter necessitatem, etenim eum creauit Altissimus. A Deo enim est omnis medela, & a rege accipiet

a Clementi Alexan. lib. j. pedagogia.

b Mar. 2. c. Diu. Iohann. c. 11.

c Lib. 28. syntaxis artis mirabilis. c. 2. 3. 4. 5. & 6.

d Diogenes Laert. lib. 3. in Platone.

f Vlpia. In L. j. S. medicos fortassis. de extraordinar. cognitio. lib. 50. P. li. 13.

donationem. Disciplina medici exaltabit caput illius, & in conspectu magnatorum condemnabitur. Altissimus creavit de terra medicinam, ut vir prudens non abhorrebit illam. & postea vers. 11. & sequenti. Da locum medico: etenim Dominus illum creavit, & non discedat à te quia opera eius sunt necessaria. Est enim tempus quando in manus illorum incurras, ipsi vero dominum deprecabuntur ut dirigat requiem eorum & sanitatem propter conuersionem illorum.

Sanitatis author Deus, qui occidit & viuificat, deducit ad inferos & reducit, vim tribuit et efficaciam sanandi rebus, unde medicinae colliguntur: Dei instrumentum est natura, & vtriusque minister, medicus: Et Hippocrates epistola ad Abderitas, diuinum manus, medicinam dixit. Quare neque quidam reges, hanc medici appellationem refugerunt: cuiusmodi feruntur Sabor & Ginges reges Medorum: Sabel Arabum: Mithridates persarum: Aegyptiorum Hermes, ac Damasceni regis nepos Mesues: ut Corduba principem quidam dicunt fuisse Auicennam.

a Caelius Rhodiginus lib. 19. lectio. antiq. c. 11.

b Tobiae historia.

c Aelian. lib. 2. de var. hist.

d Diodor. Sicul. lib. 1. c. 6.

e Plinius lib. 29. c. 1.

Raphael quod est medicina Dei missus, & medicus à Deo procuranda Sarra à Dæmone, & Tobia patrè à cæcitate.

Tanta & cura medicorum & veneratio olim apud Locros, ut lege Zaleuci cautum fuerit, si quis Locrensiu Epizephyriorum ægotans, vinum merum bibisset, nisi iubente medico, etiam si ad pristinam, valetudinem rediisset, mortis supplicium esset constitutum, quia non iustus biberat.

Veneratio & opinio tanta medicorum etiam apud Aegyptios, ut publici constituantur, & ex publico viuant, & in militiam aut peregrinationem profecti Aegyptij curentur nulla impensa.

Mos in Coa insula, armis clara & valida, Esculapio dicata, liberatos morbos scribere in templo eius Dei, quid auxiliatum esset, ut postea similitudo proficeret, quæ exscripsisse fertur Hippocrates genitus in illa insula, atq; ut Varro apud Romanos credidit, iam templo cremato, instituisse hanc medicinam, quæ clinice dicitur.

De medicina abusu, & remediis.

CAPVT IX.

Medicine abusus quidem, aut medicorum culpa non est, non semper ægrotos curari, aut illos interire, nisi sit illorum imperitia deprehensa.

f Illicitas, §. sicuti medico de officio præsid. lib. 1. P. 1. 18.

g D. Chrystomus sermo 1. interpretatio in psal. 6.

Considerandum enim est in medicina quinque adesse debere, medicum, artem, ægotum, morbum, vim medicamentorum. Inter quæ potest esse pugna & conflictus, quo effectus impediatur. Nam si cum medico arte & medicamentis, accedit etiam voluntas ægoti morbus vincitur: si autem cum illis stare in acie deserit, ad infirmitatem se ipsum reducit: interdum cum his pugnat natura imbecilla facta, & cum ars hæsitauerit nec exitum inuenit, & vis medicamentorum aliquo modo, effugerit, quamuis cum morbo & medicamentis steterit æger.

Verum, si sequamur legem Aegyptiorum: ex qua, si quis normam sacri

sacri libri medicinae secutus, non potuerit infirmum curare, omni caret crimine: & si præterea quæ libris continentur, illum curauerit morte punitur, ut tradunt Diodor. Siculus, lib. 1. c. 6. Aristot. 3. politicorum. medicorum abusus primus est in imperitia & malitia, quæ difficile dignosci queunt, aut nisi post acceptam cladem. ideo studiosè cauendum ut probi & periti admittantur tantum: & si admissi non inueniantur tales, ex ordine receptorum eiiciantur & interdicatur illis exercitium. Nulla quippe lex quæ puniat incitiam capitalem medicorum, ut dicebat Plinius, nullum exemplum vindictæ. Discunt periculis nostris, experimenta per mortes agunt. Medicòque tantum hominem occidisse, impunita summa est. Hinc illa infœlicis monumenti inscriptio vel dictum Adriani turba se medicorum periisse. Consentit Philemon poeta comitus Syracusanus.

Μόνη δ' ἰατρὸς τῆς ἑσθέρου

ἔστιν ἀποκτείνεν μὲν, ἀποθνήσκων ἢ μὴ. id est

Soli medico & aduocato, occidere licet impudè. sine aliquo suo periculo.

Ignorantia artis maximè nocet circa simplicia, mixtiones, modum præparandi, tempus exhibendi: dignoscendi morbos, in quibus & medicus ipse, & eius ministri pharmacopola & chirurgus, lethali ter errare possunt, unde Paracelsus medicinam nouam profitentes à principis etiam veris dissidentes cum suis principis fictitiis sale, sulphure & argento viuo, non sunt permittendi in exercitio medicinae.

Multo magis nocebunt, si improbi sint, malæ conscientiq; auari, cupidique voluptuosi, venales. nam ex illis possunt pharmacis venena miscere, Antiballomena dilatare, morbos prorogare, mortem accelerare, abortus, sterilitates procurare, & multa ægris quæ nec homini christiano expediunt persuadere, ut non immeritò in republica bene instituta, non admittantur medici aut pharmacopole aut chirurgi, nisi probati & iurati. Non enim vetitum illis est pharmaca bona & mala, & ipsa venena habere: sed iuramento vincuntur, ne illa mala medicamenta distribuant vel diuendant, priuatis, aut aliis quam iis qui ea ad salutem componere possunt, veluti pro antidoto. cuius exempla plura refert Nicander in Alexipharmacis. Sic & leges, veneni mali commercium sustulerunt, puniunt eum eamue, qui quæue per vim vel suauem medicamentum alicui infundit, vel cum malo veneno, vnxit. & eum qui necandi hominis causa venenum confecerit, dederit. Sed & filium qui emit venenum ut patri daret: quamuis non potuerit dare, parricidarum pœna, fratrem autem eius qui cognouerit tantum, nec patri indicauerit, relegatione: medicum summo supplicio, affici placuit. In concessa criminum reis à principe etiam indulgentia, excipitur veneficus, tanquam proditor homicida, cum sit plus veneno quàm gladio occidere. Neque venenorum fraudes Romani probarunt etiam aduersus hostes. Plectunt & leges seuerè amatoriam etiam data pocula, aut abortionis, etsi dolus absit: quia res est mali exempli: & corruptio, & sæpe sequitur homicidiu partus concepti. Refert Theophrastus lib. 9. historiae plantarum, cautum Attica lege, ut qui aconitum possideret, vltima pœna afficeretur. Lex & Romana iubebat, de capite eius quærere, Quicumque venenum malum fecerit, vel fecit, emerit, habuerit

a Plinius lib. 29. cap. 1.

b vide l. quò venenum, 236 de verbor. signif. l. quò sepe, 35. de contra emp. P. l. 4. fami. eriscurs. P. Plinius li. 25. c. 4.

c litem si obstetrix, 9. ad legem acquil. P. lib. 9.

d l. 1. ad legem Cornel. de sicar. P.

e l. 1. & 2. ad leg. Pompe. de parrici. P.

f l. 3. 4. 6. 7. 8. de indulgent. crimi. in cod. Theodosiano.

g l. 1. C. de malef. & Mathema l. 1. ad senatuscons. Syllania.

h Plutarch. in Pyrrho, Gellius lib. 3. c. 8. Valer. Max. lib. 6. c. 6.

i in l. item si obstetrix, 9. ad leg. Acquil. P. l. 3. §. adiectione, ad leg. Cornel. de sicar. P.

kl. si mulierem 8. ad le. Corn. de sicar. l. Cice ro. 39. de pœn. P. l. si quis aliter, 38. eo tit.

dederit, ut scribit Cicero, in defensione pro Cluentio. Imo, ut ait, Quintilianus in declama. 13. non solum leges venenum habere vel emere, sed etiam nosse vetant inevitabilem pestem occulta peste grassantem. Quare & iudex datus diuidendæ hæreditati, si in ea inuenerit venena, non diuidit, sed perdit & cõfundit, ne habeantur. Lex cornelia quoq; pigmentarios seu pharmacopolas punit, qui temere vendiderint huiusmodi venena mala, qualia numerantur cicuta, salamandra aconitum, ptyocampæ, buprestis, mandragora, cantharides, de quorum venenorum remediis agit Dioscorides in 6.

4 Verum in summa, sicuti medico imputari euentus mortalitatis non debet: ita quod per imperitiam commisit imputandum, & pretextu humanæ fragilitatis, delictum decipientis in periculo homines, innoxium à pœna esse non debet, ut ait Vlpianus. multo magis si per malitiam, quemadmodum dicebat M. Cato Censorius, odio dignos esse græcos medicos nec admittendos Romæ, quod iurassent omnes barbaros se necaturos, in quorum numerum habebant Romanos, ut ait Plinius, lib. 29. c. 1. Optimè Reuthas Scotorum rex, quod complures aut vulneratos, aut morbo correptos, medicorum inscitia periisse sciret, ne, quisquam, nisi longa experientia, medici nomen deinceps assumeret, edixit, capitis pœna in non obtemperantes proposita.

5. Sunt in medicis obseruandi pudici mores: nam si in luxuriam sunt putidi, multa possunt ad corrumpendam pudicitiam mulierum aut virorum, aut sui aut alterius gratiã meditari, quæ à christianis moribus aliena sunt, & lege diuina damnantur. proferam exemplum & vindictam medici in hoc crimine deprehensi, relatum à Phorio ex libro 12. Cthesiæ de rebus Persicis. Mortuo Megabizo Amytis vxor, cum multis consuetudinem habebat, & ante hanc similiter mater Amystris. Apollonides verò Cous medicus, cum Amitis leuiter ægrotaret, & ipse eius amore captus esset, fore dixit ut ea in pristinam valetudinem restitueretur, si cum viris rem haberet, vuluæ enim esse morbû. Sed cum, hac arte voti compos factus, concumberet, illa autem tabe laborare cœpisset, à concubitu abstinuit. Tandemque illa morti vicina matri in mandatis dedit, ut Apollonidem vlciferetur. Quare mater Amystris regi Artaxerxi rem exponens, accepta potestate, postquam vincitum Apollonidem bimestri spacio cruciatibus affecisset, viuum defodit.

Refert Herodotus in 2. dum de sepultura Ægyptiorum agit, certum genus hominum esse, qui mortuis corporibus medicamenta incorruptionis adhibent, pollinctores, quibus statutum erat ne vxores insignium virorum, statim vita defunctorum traderentur condendæ, ac neque eas quidem fœminas quæ formosæ valde & maioris momenti fuissent, sed triduo atque quatrinduo ante defunctæ. Ea de causa id facientes, ne cum defunctis fœminis isti saluarij concumberent. Deprehensum enim quendam concumbentem cum recenti muliebri cadauere. Quod scelus est maximum & expiatum aliquando capitali supplicio in Gallia, ut in opprobrium humanæ naturæ, & dæmonicum, & ex quo pessimè Periander audiuit etiam ex idolo vxoris mortuæ Melissæ, quæ testata est, quod Periander in frigidum furnum panes iniiecisset, nepe qua quod ipse cum Melissa quamuis defuncta coierat.

6. In

al. cetera fami-  
lia herciscum.  
P.

b l. 3. ad legem  
Cornel. de si-  
car. P.

c l. illicitas, 6.  
S. sicuti medi-  
co de offic. præ-  
sidiis li. 1. P. ii.  
18.

d Hector Boe-  
thius lib. 2.

e Herodotus  
lib. 5. pag. 142.  
ex Herodot.  
Stephani im-  
pressione.

6 In consilio Lateranensi generali habito sub Innocentio 3. c. 22. relato, In corpus Iuris ssain c. infirmitas 13. de pœnitent. & remission. lib. 5. tit. 39. primum iniungitur medicis sub interminatione anathematis, cum anima multo sit pretiosior corpore, ne pro corporali salute aliquid ægroto suadeant quod in periculum anime conuertatur.

Deinde præcipitur, ut medici corporum, cum ad infirmos vocari contigerit, ipsos antea moneant & inducant ut medicos aduocent animarum: ut postquam fuerit infirmo de spirituali salute prouisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur. Duæ adferuntur rationes, cur ita fieri ab initio debeat. Prior quia quidam in ægritudinis lecto iacentes, cum eis à medicis suadetur ut de animarum salute disponant, in desperationis articulum incidunt, vnde facilius mortis periculum incurrunt, putant enim si ab initio fuerint de salute admoniti, quod iam salus desperetur eorum à medicis: & ideo iubeantur disponere ut mox morituri: quod non opinabuntur si ab initio ante adhibitam medicinam, id facere admoneantur. Alia ratio, quia morbi contingunt hominibus ut plerumque, propter peccata commissa in Deum. ideo prius succidenda causa reconciliatione facta cum Deo.

Qui delinquit in cõspectu eius qui fecit illum, incidet in manus medicorum. & Christus cum sanasset Paralyticum, ecce, inquit, sanus factus es iam noli peccare ne deterius aliquid tibi contingat. Morbi sunt veluti aparitores mortis: mors autem per peccatum intrauit in orbem. nō enim benè est ei qui assiduus est in malis. ob peccatum dictum Adamo, in sudore vultus tui vesceris panem tuo, & terra spinas & tribulos germinabit tibi: & mulieri, in dolore paries. propter peccatum raptus vxoris Abrahæ flagellatus Abimelech, & domus eius: sed orante Abrahamo illo respiciente sanauit Dominus eum, & vxorem & seruos eius. ob peccatum Pharaonis plagæ immisæ in Ægyptios, quæ sanata sunt Moyse orante. atque Honorius 3. in quaestione separationis postulatæ per vxorem ob frigiditatem mariti, cõsiliū ante saluberrimū dicit ecclesiasticæ, ut coniugati agerent pœnitentiã de cõmissis, & sic fortè placeret Deo qui matrimonij fuit institutor & author, ut matrimonij opus cõsumeret. Maria soror Moysi, propter peccatū murmurationis statim effecta est leprosa, ut etiam Giezi, ob venditionem sanitatis, Ozias ob præsumptionem sacrificij vsurpati. Medici etiam diuersas morborum causas cõstituunt, alias apparentes: alias latentes, quas nec nisi ex diuina potestate p̄dere necessario fateri coguntur. Apud Galenum læsiones corporis nostri, aliæ quidē proficiuntur à causis exterioribus: veluti si calesctus est quispiam, vel frige factus, humectatus siccatûsq; præter modum: inter quæ, curæ etiam & Vigiliæ, atq; aliæ eiusedem generis annuerantur. aliæ verò ex alimenti excrementis oriuntur, quæ tamen si speciem sint diuersæ, duplices tamen sunt genere, sicuti & ipsa excrementa bifariam lædunt, alia quidem qualitate, alia quãtitate. 4 Et postquam in Isagogicis seu arte medicinali, admonuit quinq; modis & causis necessario corpus nostrum alterari, & totidē conseruari ex ambientis aeris adheſi ex motu & quiete, ex somno & vigilia, ex his quæ assumuntur, ex his quæ excernuntur & retinentur, addit sextum, ex animæ affectibus. & alibi dicit, ex passionibus animi mutari corpus, sicuti & Salomon dicebat, spiritum tristem desiccare ossa.

a l. sancimus,  
c. de sacrosan.  
eccles. ca. præ-  
cipimus 12. q.  
1. ca. si habes.  
24. q. 3.

b ecclesiastici.  
c. 38. vers. 15.  
c. D. Iohannis  
c. 5. vers. 14.

d ad Roma c.  
5 vers. 12. & c.  
6. vers. 3.  
e stipendia pec-  
cati mors.

f ecclesiastici  
12. ver. 5.  
g Genes. 3.

h Exod. 10.  
i c. litera ve-  
stra 7. de frigi.  
& maleficiis:  
li. 4. ti. 15.

k Numer. 12.  
vers. 10.

l 4. reg. 5. ver.  
27.

m 2. paralipom-  
en. c. 26. ver.  
17. & sequent.

n Galen. li. 1.  
de optima cor-  
poris nostri con-  
stitutione.

o prouerbiorū  
c. 17. vers. 22.

Et in regimine sanitatis primum præceptum,

*Si vis incolumem, si vis te reddere sanum*

*Curas tolle graues, irasci crede profanum.*

Curæ corpus vehementer extenuant & exsiccant, somnum impediunt, perpetuis vigiliis mentem exagitant, vires destruunt, febres accendunt, & ita grauissimis ægritudinibus initia præbent, melancholiam generant innatum calorem resoluunt & extinguunt<sup>d</sup>. Quanta autem sit anxietas & cura ex commisso peccato, conscientia etiam audacissimis & crudelissimis testatur: vt nunquã securi, nunquam leti, nunquam quieti verè videantur, donec sarcinam illam ætæna grauiorem peccati, depouerint. testis ipse Adam post peccatum, Cain & Iudas, & quisque nostrum, sine aliorum exemplo, testimonium, si verax sit dicere potest. Quare huiusmodi synderesi grauiorum peccatorum laucinatis, necesse est etiam suboriri ægritudines.

8 Et rursum, si ipsi insensibiles sint, & obdurauerint mentem desperati, extrinsecus permissione Dei immittuntur à Dæmonibus facile morbi, quibus merito excarnificentur in hoc seculo ante immortalẽ futuram pœnam. interdum & Deus permittit bonis inferri à dæmonibus morbos & ægritudines, ad illorum probandam constantiam, & ad augendum meritum, vt Iob à dæmone percussus est foedissima plaga. Interdum maleficis, sortilegis, vt instrumentis Satanæ permittit huiusmodi potestatem: quare autem, nostrum non est in Dei mirabilia opera manum immittere, sicuti dum grassantur populares morbi, in quibus nisi diuinam non possumus adferre voluntatem. & Galenus & Hippocrates aliam non ponunt & cæcæ habent cognitionem, quamquam & ad delicta populorum coercenda & vindicanda immitti omnes ferè consenserint. Ita morbos etiam Ethnici Hipocrates & Homerus<sup>b</sup> ad iram deorum solitos referri, & ab his salutem poscendam dixerunt. Quod & Celsus lib. I. medicinæ c. I. refert.

Et proinde ad placandam iram diuinam, in morbis epidemicis pestiferis popularibus, incognitis, factæ supplicationes, aræ erectæ, vigiliæ inductæ, sacrificia, hostiæ, & similia quæ ad expiationem peccatorum quibus numen iratum credebatur, pertinere putabantur. Extat Xamolisdidis qui pro Deo habebatur, dictum in Platonis Charmide<sup>c</sup>, Quemadmodum oculos sine capite curare non decet, neque sine reliquo corpore caput, ita neque sine anima corpus. Eaque causa est, cur medicos græcos, morbi corporum multi laterent: quod totum ipsum ignorant quod in primis curare oportet, quo malè affecto impossibile est partem aliquam bene valere, omnia autem, vel bona vel mala, ab anima in corpus & hominem totum, manant.

9 Hinc abusus irrepfit in vulgus, & artificio dæmonis impietas, quæ in republica est ferro & igne vt magorum persequenda, vt quia audiunt ope diuina & miraculis pluribus morbos ab ipso Christo eiusque discipulis apostolis ac viris fidelibus curatos, quod etiã quotidie Deus inuocatus, confessis & pœnitentibus & ad cor redeuntibus morbos auferit: plures sint qui specie pietatis dæmoniacis incantationibus aut superstitionibus,

a Galen. Aphorismorum lib. 2. comment. 28. & lib. 3. comment. 31. & lib. 1. de tuenda sanitate. c. II.

b Homer. Iliad. I.

c Platon. 20. in Charmide seu de temperantia.

morbos curare. Probamus orationes quidẽ ecclesiasticas sine superstitione. supra male se habentes, & vnctiones eius vt melius se habeat iuxta præceptum diui Iacobi<sup>a</sup>.

At detestamur aniles & dæmoniacas execrationes, & ex medicina christiana illam partem quæ ab antiquis ei tributa est, nempe incantatiuam exulare debere suademus: id enim est ex dæmonis astu inuentum.

Eo referendum quod de Æsculapij medicinæ potestate tradit Pindarus<sup>b</sup>, qui quosdam mollibus incantationibus tractabat, quosdam vero lenia bibentes, aut membris circumponens vndique pharmaca, quosdam etiam sectionibus, stare fecit rectos. Sed & meminit Pausanias Olenis<sup>c</sup> hymnos vetustissimos in Delo cantatos, dum cinis qui erat supra sepulchrum Opis, (quæ hecæerges dicebatur) super ægrotos à sacerdotibus inspergebatur.

Si veri Dei potestas adhiberetur huiusmodi remediis, rectè quidẽ cum in fide & in nomine Dei virtutes fieri posse & debere, quando opus est & expedit fidei confirmationi certum habeamus ex verbis euangelicis<sup>d</sup>. Extant & exorcismi ecclesiastici & ordo exorcistarum qui hac potestate donantur, vt Deus præstitit Salomoni virtutem & artem contra dæmones, ad vtilitatem hominum qua eorum morbos mitigaret, vt refert Iosephus<sup>e</sup>.

10 Plinius natam magiam primum è medicina tradit, nemo inquit, dubitat, ac specie salutari irrepsisse velut altiore sanctiorẽque quàm medicinam. Ita blandissimis desideratisque promissis addidisse vires religionis, ad quas etiamnum caligat humanum genus, atque vt hoc quoque suggererit, miscuisse artes mathematicas, nullo non audio futura de sese sciendi, atque ea è cælo verissimè peti credente<sup>f</sup>.

Quo etiam factum est, vt plerique medicorum qui secreta naturæ per experientias admirabiles detegunt, & pene ignorantibus causam incredibilia operantur, & Deum authorem creaturarum non credant, sed potius ipsas creaturas, & naturam quandam earum vt diuinam sine creatore arbitrentur, vel seipsos tanquam diuinos arbitrentur cum ope naturæ, tamen videantur quædam diuina operari.

Inter quos fuit Menecrates Syracusanus medicus, qui nullam ab his quibus medebatur mercedem accipiebat. Curabat autem in primis morbum sacrum hac lege, vt liberati, se esse ipsius seruos faterentur, eumque Iouem appellarent.

Atque ad Agefilauum Sparthæ regem aliquando scripsit. Menecrates Iupiter Agefilao salutem: Agefilaus vero rescripsit, Agefilaus Menecrati sanitatem<sup>g</sup>.

11 Erit insuper prospiciendum administratoribus reipublicæ, ne anatomicae sectiones hominum, aut mulierum, aut infantium ita crebræ fiant, vt lanionum & carnificum potius quàm medicorum imitentur feritatem.

Fuit enim hæc causa seu occasio, cur Romani in tædium medicos & artem habuerint à sæuitia secandi vrendique. Archagati Lyfanix filij Peloponesi, vt ait Plinius lib. 29. cap. 1.

a Iacob. Epistola infirmat quibus in vobis, &c.

b Pindarus Ode. 3. Pythiorum Strophe 3. c Pausanias in Phocis.

d Matthei c. 17. Luca c. 17. ibi, si habuerint fidem tantam quam granum synapi. e Ioseph. lib. 8. Antiquitat. cap. 2.

f Plinius lib. 30. historia naturalis, in proemio.

g Plutarchus in apophtheg. & Suetonius.

De vera philosophia & salutari reipublica, iuris utriusque diuini, & humani sapientia: & maximè de Theologia.

## CAPVT X.

Scientiæ humaniores & liberales dictæ, vtilis quidem sunt reipublicæ & iuuentuti instituendæ: at illæ præcipuè non ad rempublicam eiusque vtilitatem pertinent, sed sunt veluti ancillares & obstetrices ad disponenda ingenia ad veram sopheriam & sapientiam, quæ de Deo est, & de legibus eius, & arte gubernandi societatem humanam & bene viuendi. Sapientia hæc habet verum amorem, & ita veram philosophiam. Et proinde cura eorum qui clauum tenent in moderanda societate humana: fuit non immerito de studiis iuris diuini & humani, nempe pontificalis & ciuilibus instituendis certis in locis, & de constituendis ibidem professoribus qui ea docerent purè, sincerè, & fideliter. ita studium Theologiæ seu iuris diuini, & studium canonum, seu legum pontificalium, & legum ciuilibus necessaria fuerunt. Inter Christianos etiam hæc studia priuilegiata maximè: vt etiam Innocentius 4. constituerit & erexerit in futurum, perpetuumque tempus in curia Romana, studium theologiæ diuini iuris, & professionis iuris ciuilibus, & pontificij, vt mora eorum qui in curia essent fructuosa esset<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> c. 2. de priuilegijs leg. li. 5. secti. 11. 7.

2 In republica Iudæorum instituta ex lege Dei, fuit seniorum 72. collegium, qui legem Dei populo annunciarent & exponerent introductū: & ex doctoris sacri Mosis spiritu assumptum Dei virtute quod illis communicaretur.<sup>b</sup>

<sup>b</sup> numero. 11.

Sucesserunt γραμματεῖς scribæ, qui docebant ad literam legem & theologiam: vnde & postea pharisæi, qui profundiora mysteria explanabant nati sunt distincti. In lege euangelica, magistri theologiæ relicti apostoli & discipuli; ab ipso verò doctore & authore Christo, ex his alijs eruditi & professores, & doctores religionis. Quantum vero societatis humanæ interfit rectam & incontaminatam conseruare religionem, nemo est qui ignorat, & alibi docuimus necessariam in omni optima constitutione reipublicæ. Quare & scholas doctoribus & peritis in theologia ornandas necessitas ipsa docet.

Et ita in consilio Lateranensi sub Innocentio 3. c. xj. fuit pia constitutione prouisum, vt per vnamquamque cathedralem ecclesiam, constituerentur magistri in grammatica, & in sacra pagina, qui sacerdotes & alios gratis cum præbenda ecclesiæ<sup>c</sup> docerent.

<sup>c</sup> in c. quia nonnulli 4. & c. super specul. 5. de magistris li. 5. tit. 5. d. Exod. c. 13. de uero. 31.

3 Sicuti memoria legis Dei demandata, vt ante oculos perpetuo volueretur<sup>d</sup>.

Sic & interpretatio & enarratio tanquam necessaria in republica retinenda est, ne cum eius obliuione mutetur religio, exemplo facti Antiochi, qui dū esset Iudæorū synagogā ac religionē oppressurus, sacros eorum libros exussit, neque eos, profiteri publicè, aut priuim retinere permisit, quemadmodū Philist. ante procurauerat ne Iudæi arma haberet, aut fabros ararios, qui ea faceret, ne se fortunæ suæ

<sup>e</sup> 1. Machab. c. 1.

ac religionem veram tuerentur ac defenderent.

Arriane factionis & hæresis patroni, vt libere in ecclesia grassari, oppressaque veritate imperitis mendacia obtrudere liceret, Niceni consilij decreta, & quinquaginta patrum vtilissimos libros aboleuerunt, quod diui Athanasij ceterorūque Ægypti, Thebaidis & Lybiæ episcoporum ad Pontifices Romanos epistolæ testantur.

Abdalis Babylonix & Persiæ princeps, vt vigilias nocturnas Christianis celebrare, ita & liberas maximè sacras discere prohibuit, vt eorum fidem deleret<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Paul. Diaconus, li. 22. hystoria Roman.

Cumque Sapores rex Persarum iussisset, edicto, omnes quoscumque Christianos occidi in Perside, eiusque rei gratia aulici plures occisi fuisset, inter alios Azanes eunuchus regi maximè gratus: Tristis rex generale mandatū necandi reuocauit, & remedium sufficiens sibi adinuenisse visus est, si solummodo præceptores religionis necari decreuisset quod & iussit.<sup>b</sup>

<sup>b</sup> Sozomenes lib. 3. hystoria tripartita c. 2.

4 Fuit apud Ethnicos eadem cura instituendi liberos in philosophia sacra, more superstitionis propriæ, & leges de ea constitutæ à Romulo, Numa, & decemuiris: vt, Separatim nemo habessit deos: neue nos siue aduenas, nisi publicè adscitos, priuim coluto. Erat Romanis Ethrusca disciplina pro theologia sacraque doctrina, ex qua pontificum scientia, augurum obseruationes, Apollinis prædictiones, vatum libri, portentorum depulsa; explicabantur: eiusque disciplinæ discendæ gratia decem principū filij Senatusconsulto singulis Ethrusiæ populis, disciplinæ sacrorum percipiendæ gratia tradebantur<sup>c</sup>.

<sup>c</sup> ut scribit Cicero 1. de diuina. Valerius Max. li. 1. c. 1. d. Eusebi. Pæ li. 4. de præparata. euangelica c. 1. Varro libros sexdecim de antiquitatibus rerum diuinarum scripsit, vide Augusti. lib. 6. de ciuitate Dei c. 4. & 5.

Varro tria genera Theologiæ facit Ethnicorum, mythicum seu fabulosum, quod etiam historicum dicunt, vt Eusebius Pamphili: aliud physicum, seu naturale, & mysticum, quod philosophi approbabant & in scholis tractabāt, quibus & tractatio affinis eorum quæ Meta physica dicebantur. Tertium erat politicum seu ciuile, quod in singulis ciuitatibus consuetudine ac legibus defensabatur.

5 Apud Hebræos, vt tradidit Rabi Abraham Leuita ben David, in fine Cabalæ historice, fuerunt academix seu generolia studia & Theonim seu Thalmudin seu iuris interpretes. quorum primus Magister Hannina de Nhear pacod: postremus magister Hai Gahon, qui obiit anno contractuum 15359. mundi autem 4798. qui est Domini nostri IESV CHRISTI, 1121. quo tempore inquit, finem habuerunt academix & Gehonim & academiæ instituta, ad quas proficiscerentur Iudæi ex Hispania, toto Occidente, Africa, Ægypto, & terra desiderij.

6 Aristoteles ait<sup>e</sup> tria genera esse speculatiuarum scientiarum, naturalem scientiam, mathematicam & theologiam, vbi diuinitas primum & principale principium, & alibi dicit, esse theologos qui de Deo loquuti sunt & eius natura. Diuus Thomas tamen dixit, Aristotelem non propriè Theologiæ nomen accepisse, quia lumine tantum nitatur illa theologia: nostra autè christiana theologia lumine supernaturali, in quo considerat res & signa, scientiam et sapientiam per res:

<sup>e</sup> Aristot. li. 11. metaph. summa 3. c. 1. f. lib. 3. metaphysic. summa 2. c. 4.

2 Augustinus lib. 1. de doctrina Christiana. cap. 2.

b Augustinus lib. 12. cap. 19. de doctrina Christiana et lib. 24. c. 1.

intelligit diuus Augustinus, ea quæ ita res sunt, vt minimè signa sint, cuiusmodi solæ res, iudicium vltimum, resurrectio & similia: Signa autem ea, quæ licet res sint aliqua, tamen ad significandum aliquid aliud præter se, adhibentur, cuiusmodi sunt verba & sacramenta. vt res humanas tribuit scientiæ: diuinas sapientiæ, videlicet æternas, nempe quæ Deo tribuuntur, quæ de trinitate, quod iustus, & similia. Sicut tribuit humanis alia, vt ea quæ de incarnatione Christi, de dispensatione eius, de quæ aliis operibus, vt de creatione, iudicio, beatificatione, & de similibus tractant.

7 Sicubi errari potest, aut damnum ex studiis inferri reipublicæ corruptis, multo perniciosius accidit in Theologiæ, malè & insynce-re tractatæ gymnasiis & scholis. Nam vbi vera religio inceperit falsis & hæreticis dogmatibus turbari, vna cum religione reipublicæ status incipit immutari, seditionibus, rebellionibus, & impietatibus crudelissimis diuexari. vbi enim opinio religionis antesignana præcessit vsque ad mortem pro ea depugnandum esse persuasio adhærens omnia præstantiora pessundare conatur aduersaria.

Et proinde qui rempublicam tractant, in hac parte diligentius inuigilare debent, & si emendari nequeant errores, satius erit tollere receptacula & scholas erroris, exemplo Zenonis imperatoris, qui scholam Edissenam quam Persicam vocabant, tanquam quæ Nestorij & Theodori doctrinam traderet, subuertit & abrogauit.

c Theodor. lektor. lib. 2. col. lectaneorum historia ecclesiastica. in bibliotheca sancta tomo 2.

De legum scientia, seu earum schola.

CAPVT XI.

Alia moralis philosophiæ pars in iurisprudentia & scientia de legibus versatur, quæ consistit circa præcepta, honeste Viuere, alterum non lædere, ius suum cuique tribuere.

d dicta iurispræcepta, de iustitia et iur. apud Iustinianum Vlp. in l. iustitia 10. §. iurispræcepta, eod. tit. P.

e Berofus lib. 5. in Nino.

f Diodor. lib. 3. cap. 5.

g Diodor. lib. 3.

h Valer. Maximus lib. 8. cap. 7.

i l. 2. §. Seruius, de origi. tur. P.

Regum & gubernantium manus est leges constituere, eas docere, & exequi. Sic refert Berofus quadragesimotertio anno Nini Ianum, quem quidam putant Noachum, in Thuscia, & Vetuloniæ iura dixisse, docuisseque.

Nulla respublica cuiuscunque sit generis, inueniri potest, in qua leges non fuerint tanquam regulæ viuendi statim constitutæ, & postea auctæ. Et Moyses moderator Israeliæ pentateuchum & legem edidit. Zoroastres leges populis dedit, easque præstigiis etiam confirmauit. Zouastres simulata diuinitate sic dedit Arianis, vt Menas persuasit Egyptiorum multitudini scriptis vti legibus, quas sibi à Mercurio datas in salutem hominum affirmabat. vt postea Amasis Egyptiorum rex, leges scripsit, quem tradunt de his quæ ad monarchas pertinent, de quæ omni Egyptiorum æconomia, præcepisse.

2 Cato maior, sextum etiam & octogesimum ætatis annum agens, alioquin eloquentissimus, intelligens ad reipublicæ administrationem & legum cognitionem valde esse necessariam, id egit vt iuris ciuillis quoque esset peritissimus: vt Seruius Sulpitius prouectiori ætate caput operam

operam iuri ciuili dare, & effectus est maximus. Iuriscōsultus. Dicebaturque Aristoteles, Iuuenes quidem ad dicendum promptiores, at non ita iurisprudentiæ vt maiores, idoneos: quia rudes adhuc sunt actuum vitæ.

a Aristote. I ethico.

3 Liqueat ex Pompeio l. 2. de orig. iur. R. iuris & legum ciuillum explicationem, primum fuisse apud Pontifices: dein ceptis publicatis legum actionibus in vulgus, iurisperitis concessam, qui & antecessores dicuntur, & apud Græcos & Latinos.

Narrat Suidas Dicearchum Messenium, Aristotelis auditorum, scripsisse rempublicam Spartiatarum, cuiusque librum vt quot annis in Ephorum prætorio puberibus auscultantibus recitaretur, lege sancitum fuisse apud Lacedæmonios & longo tempore obseruatum.

4 Res omnium in republica maxima, iudicium de commodis & iustis inter ipsos ciues, quod est reddendum à iurisperitis in bene instituta republica: cum sine illis ciuitas rectè habitari nequeat & felices sint contra respublicam, si eam docti & sapientes regant, alioquin inutilis leges, si illæ non manifestarentur & in his non assuescerent ciues: qui neque assuescere his possent si non instituerentur in illis cum iura stare non possint nisi sit aliquis iurisperitus, qui ea in melius quotidie non producat.

b Ari. 3 politico. c. 8.

c Cic. ad Q. frat. ex Pla.

d Arist. li. 5 c. 8.

e l. 2. §. post hoc deinde de origine iur. P.

f §. si in proemio institutionum §. discip.

g aut. habi. ne filius pro

patre. C.

h c. si de magistris. c. in ex

eo. electio. in sex. & ibi glo.

& in c. si ad verba. in scho. de rescrip.

i l. aduoc. de aduoc. diuers. iudic. C.

k in l. qui a rose vel profes. se excusant li.

10. C. ti. 49.

l. ca. cum ex eo. de electi. in sex. c. 1. & toto

titu. de magi. stru. in consilio

Tridentino ses

sione 23. c. 18.

m Vlpia. in l. 1. de extraord. cognitio. li. 50.

P. tit. 13.

5 Finit institutionis iurisprudentiæ in legibus Iustiniano, vt ab eruditis respublica per partes illis commissa, rectè possit gubernari, & totus illuminetur mundus, & ad obediendum Deo & principi vita in-formetur. Sumitur ex seminario scholasticorum institutorum, copia doctorum, qui velut stellæ in perpetuas æternitates mansuri ad iustitiam erudiant multos. hinc procedunt velut ex equo Troiano, aduocati, qui pro republica in defendendis oppressi laborant, hinc magistratus, iudices, curiones, sacerdotes episcopi, cardinales. Docet & rescriptum c. c. Diocletiani & Maximiani scholaribus redditum, quo docetur eos ad vtilitatem reipublicæ pertinere, talémque eorum spem cum vos adfirmetis, inquit, liberalibus studiis operam dare, maxime circa iuris professionem, consistendo in ciuitate Beritiorum prouinciæ Phœnicie, prouidendo vtilitati reipublicæ & spei vestra: decernimus vt singuli vsque ad vicesimum quintum annum ætatis suæ, studiis non auocentur. Iura pontificia quoque, & sacrosancta consilia existimarunt, seminaria discentium pertinere ad bonum reipublicæ christianæ, & deo fouenda & agenda esse.

DE ARTIBVS LIBERALIBVS

diffinis in genere.

CAP. XII.

1 Necessarias ad rempublicam & societatem humanam con-stituentiam artes esse, quæ ingenios homines exercent, iam olim omnibus ferè legislatoribus & principibus placuit, & præceptores ad eas docendas proinde viles, & remunerandos mercedibus, vt ait Vlpianus & liberalia inquit studia accipimus, quæ Græci ἐλευθέρια μαθηματικά, appellant: Rhetores continebuntur, Gram-

vocat, vt Aristoteles *ἐλευθερίας* *ἀνθρώπων* liberales scientias: Cicero in primo de oratore ingenuas, veluti ingenuo & libero homini, conuenientes. Augustinus<sup>a</sup> seculares artes, à recentioribus quibusdam dictas refert. Plinius<sup>b</sup> quo tempore auaritia & habendi cupiditas aberat à seculo, & principes sine ambitione suis contenti viuebant, ait, animi bona exerceri, & artes ab ipsis imperantibus liberales exultas, vbi autem incescit libido auaritia & dominandi, in seruitutem degenerasse: verba eius sunt, *Nimirum alij subiere inquit, ritus, circaque alia mentes hominum detinentur, & auaritia tantum artes coluntur. Antea inclusis gentium imperiis intra ipsas, ideoque, & ingenis quadam sterilitate fortunæ, necesse erat animi bona exercere, regesque innumeri honore artium colébantur, & in ostentatione has præferebant opum, immortalitatem sibi per illas prorogari arbitantes. Quare abundabant, & præmia & opera vitæ. Posteris laxitas mundi & rerum amplitudo damno fuit: postquam senator censu legi captus, index fieri censu, magistratum ducemque nihil magis exornare, quam census: postquam capere orbitas in autoritate summa & potentia esse, capitatio in questu fertilissimo, ac sola gaudio in possidendo, pessum iere vitæ prætia, omnesque à maximo bono liberales diuitiæ artes in contrarium cecidere, ac seruitute sola profici captum.*

<sup>a</sup> l. iustitia est  
12. §. 2. de iustit.  
& iur. P.

<sup>b</sup> in c. 12. de  
quibusdam 37  
distin.

<sup>c</sup> e. relatum  
est nobis, 14.  
of. ca. 37. disti.

<sup>f</sup> Augustin.  
ii. 18. de ciuit.  
Dei. c. 52. Ni-  
cephor. Calix.  
li. 10. c. 25. So-  
crates li. 3. hi-  
sto. eccle. c. 16.

2 Sunt istæ artes liberales veluti institutiones præuix ad notitiam sapientia & iustitia seu veræ philosophia, quæ omnia complectitur, qualis potest esse iuris prudentia, quæ & diuinarum & humanarum rerum est notitia. Ita dictæ ingenuæ & liberales scientia & artes vt distinguantur ab illiberalibus, nempe dignis potius seruili quam libero ingenio, & à fordidis vilibus circumforaneis, & quæ plus exiguunt laboris manualis quam ingenij, & ad lucrum potius quam ad animi exercitiu pertinent.

Et in synodo Eugenij papæ 2. de quibusdam inquit, locis ad nos refertur, neque magistros, neque curam inueniri pro cura literarum, idecirco, in vniuersis episcopis subiectisque plebibus, & aliis locis, in quibus necessitas occurreret, omnino cura & diligentia adhibeatur, vt magistri & doctores constituantur: qui studia literarum liberarumque artium dogmata assidue doceant: quia in his maximè diuina manifestantur, atque declarantur mandata. Et Clemens papa 1. epistola 5. ad suos discipulos. Cum ex diuinis scripturis integram quis & firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi ac liberalibus studiis, quæ forte in pueritia attingit, ad assertionem veri dogmatis conferat: ita tamen vt vbi vera didicerit, falsa & simulata declinet.

3 Inuât humaniores literæ vel ex eo religionem christianam, quod per eas errores deteguntur gentilium, & veluti propriis gladiis conficiuntur. Quare Iulianus apostata à fide, ecclesiam Dei, & religionem veram christianam euertere satagens, scholas christianorum claudi præcepit, & bonas literas quibus religio à maioribus constituta propagataue erat, discere vetuit.

4 Decepit aliquos opinio, religionem sine bonis disciplinis posse integriorem conseruari: & fuerunt, qui ita eas abhorruerunt, vt in inscitia

in inscitia consenescentes, aperuerint hæreticis viâ inuadendi gregem dominicum, pastoribus mutis et elinguis, qui vix quæ legerent vel grammaticè intelligerent. Sed fuit illa thecna demonis, qui dū dormirent homines superfeminavit zizania. Scripserat etiam Lutherus aliquando ad germanicam nobilitatem Aristotelis physica, metaphysica, ethica, protinus aboleri debere. Ex quo fonte Melancthon & Carolostadius suum hauserant virus: & vt suam magis proderent insaniam, Carolostadius ex archidiacono factus est agricola: in iure Vi tembergeni: Melancthon in pistrino artem pistoriam meditabatur: plerique adulescentes artium liberalium combustis libris: mechanica opificia complexi sunt. Denique hac prodigiola illorum homuncionum temeritate, eò res perducta est, vt multis locis scholæ clausæ tenerentur annis aliquot, donec Lutherus ex sua pathmo vel relegatione veniens, Philippum Melancthonem hoc nomine castigauit: & Carolostadium ex Vitembergeni ditione exegit, dicens per se philosophiam bonam esse libro edito, coegit enim veritas palidoniam vel inuitum cantare.

Abusus certè gentilium in literis prophanis, errorisque inserti cauendi sunt christianis, neque sine antidoto bonorum præceptorum sumendi aut sequendi: oportet autem quæ bona in illis sunt tãquam ab iniustis possessoribus, repetere. fuerunt enim in pluribus lumine rationis & aliquando diuino illustrati, vt asina Balaam, et loquuti sunt et scripserunt conuenientia hominibus reipublicæ, societatisque humanæ moribus et virtutibus. & Deum cognouerunt aliqui, sed non tanquam Deum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, vt ait Diuus Paulus. miscuerunt errores ideo suis scriptis, quos expurgare & separare oportet ducis seu præceptoris catholici institutione.

5 Fuerunt & sunt aliqui contemplationi diuinæ maiestatis & orationibus ex professo addicti, quibus & vacare literis humanioribus & liberalibus, nec quidem nocet: sed nec etiam opus est tanquam ad certum alium finem, qui hoc medio non indiget ex proposito tendentes. & qui ita tempus suæ professioni necessarium, in his teneret, videretur quibusdam reprehensibilis, non quidem quod malæ sint disciplina, sed quia non bene propter institutum contrarium propositum discantur. non enim sunt omnes doctores, non omnes apostoli: & vnusquisque in vocatione qua vocatus est in ea ambulare debeat. Sicut scribitur in 7. libro exemplorum patrum narratione 30. ex actibus S. Francisci. Quod frater Ioannes de Scratia, tempore S. Francisci ex ordine eius, minister erat Bononiæ & valde literatus, qui absque licentia eiusdem Beati Francisci ordinauit studium Bononiæ, quam obrem durè reprehensus fuit à B. Frãisco, dicente *Tu vis destruere ordinem meum: desiderabam enim & volebam exemplo domini mei, fratres meos magis orare quam legere.* rediensque Bononia, dura maledictione ei maledixit, statimque cœpit infirmari, ideo decumbens misit ad S. Franciscum vt retractaret maledictionem, cui respondit, quod illam iam confirmasset Dominus I E S V S in cœlo, vt esset maledictus, acciditque vt caderet subito quædã gutta ignea & sulphurea de alto supra

<sup>a</sup> Scribit Sa-  
vius libro hi-  
storia gestorū  
suo tempore  
per orbem

<sup>b</sup> ad Roma-  
c. 1. ver. 20. 21.

corpus illius infirmi, quem & lectum in quo iacebat proforauit, & ita miser cum maximo fetore expirauit. Forſan tamen ibi non ſtudiorum exercitiū, ſed quod ſine licētia ſuperioris fuiſſet introductū damnandum erat, & ſuperbia quæ inficit meliora quæque & ab humilitate reuocat, quæ regularibus ſuper omnia cum obedientia commendata eſt.

Scientia etiā inflat, ni freno rationis cohibeatur, & quidam eo modo etiā ſcientia quæ vtiliſſima etiā aliis eſt, in ſui perniciem miſere abutuntur, vt & Phariſæi ſapientia diuina. Sic refert D. Gregorius<sup>a</sup>, B. Benedictum Miſia ortum, Romam ad ſtudia liberalia diſcēda miſſum, ea reliquiſſe & in religionem tranſiſſe, cum in ſtudiis videret multos per abrupta vitiorum abire. Pia mens huic, qui ſe ex periculo imminente & quo offendeſatur ſubduxit: Sed non damnandæ artes quæ & periculum ſi bene tractentur fugare & vincere poſſunt. Quæ etiā aliquibus non conueniunt, tamen ad ornatum & neceſſitatem totius reipublicæ requiruntur. Sicuti neceſſarius ordo nubentium & matrimonij, probata virginitas, ordo eccleſiaſticus neceſſarius, ſacramētumque Eucharistiæ, quæ tamen vt alia omnia neceſſaria ſunt corpori reipublicæ perfecti: ſingulis neceſſaria non ſunt. Qui ſibi artes liberales non conuenire putant, vel qui illis ſe ſufficientes non norunt, non ideo aliis adimere, vel non conuenire arbitrari debent. Inſtituimus nos in tractatione noſtra in vniuerſum, rempublicam, & in genere non quæ ſeparatim ſingulis conuenire poſſunt potiffimum conſideramus.

6 Atque ſic artes liberales conuenire libero & ingenuo populo, & ad viuendum & gubernandum neceſſarias putamus: et cum illis retineri mores bonos & patrias conſuetudines, & quæ Dei quæue hominum ſunt conſeruari. Neque quippiam aliud magis ſtollidum & hebetem reddere populū poteſt, quàm harum priuatio & exterminatio. Quod ſibi propoſuit Edoardus primus eius nominis rex Anglorum, dū ſubacta Scotia, omnes conſuetudines Scotorum abolere ſtatuit, vt vna cum moribus etiā animi cum Anglis coaleſcerent, hitorias omnes Scotorum concremari, & ſacrarum & prophanarum rerum volumina, eruditionis nomine claros Oxoniūm relegauit, ne illorum inſtitutione effecti ſapientiores, iugum reiicerent<sup>b</sup>.

Mytilenenses maris imperium tenentes, ſociis qui deſciuerant impoſuerūt pro grauiffima pœna, ne liberos ſuos docerent literas, aut artes liberales, vt ita in inſcitia & ignorantia ætatem tranſigerent<sup>c</sup>. Sic Xerxes Babyloñis ob eorum defectionem inſenſus, poſtquam eos recepit, ne arma ferrent imperauit, ne vacarent bonis literis, ſed pfallerent, tibia canerent, Lenocinia & cauponas exercebant: & tunicas ferrent ſinuofas<sup>d</sup>.

Iuſtinus refert fere ſimile de Cyro & Lydiis: cum enim occupato bellis Cyro rebellaffent Lydij: iterum victis arma & equi adempti, iuſſique omiſſis bonis artibus & virtutis exercitiis, cauponas et ludicras artes et lenocinia exercere. Et ſic gens induſtria quondam potens, & manu ſtrenua, effœminata mollitiæ luxuriæque virtutem priſtinam perdidit: & quos ante Cyrum inuictos bella præſtiterant, in luxuriam lapſos, otium ac luxuria ſuperauit<sup>e</sup>.

a D. Gregor.  
in 2. lib. Dial.

b Heſtor.  
Boetij. li. 14.  
hiſtoria.

c Aelianus  
lib. 7. de varia  
hiſtoria.

d Plutarchus  
in apophthegm.

e Iuſt. lib. 1. hiſtoria  
ex Tro-



# DE REPUBLICA

ſiue,

## DE POLITIA CIRCA STVDIA

& Scholas & Collegia.

LIBER XVIII.

De ſtudijs, artibus ſeu ſcientijs in genere in ſcholis literarijs tractandis,  
vel non docendis, publicè vel priuatim.

### CAPVT PRIMVM.



TVDIA literarum & artium, ſunt veluti materia circa quam verſantur, & præceptores docentes, & diſcipuli diſcentes: & ex qua ſalus, vel ſubuerſio aut ſaltem corruptio maior, oriri poteſt in republica.

Studium generaliter dicitur<sup>a</sup>, animi aſſidua & vehementis ad aliquam rem applicata, magna cum animi voluptate, occupatio: vt philoſophiæ, poetiæ, & ſimilium ſtudia dicuntur. Quia vero animi humani, multæ occupationes & variæ, & in diuerſis intenditur animus & diuerſis delectatur, ideo & diuerſa rectè dicuntur eſſe ſtudia. Nos hic non de cunctis ſed de liberalibus quæ homines tantum liberos decent & ingenuos agere proponimus, de quibus & Cæſares titulo<sup>b</sup> de ſtudijs liberalibus vrbs Romæ, tractarunt. dicta Vlpiano<sup>c</sup> ἐλευθέρια μαθήματα, ſeu artes liberales<sup>d</sup> quas in republica ad diſcere permiſſum eſt & docere, vnde liberalium artium dicti profefſores<sup>e</sup>. Inter has numerantur grammatica, geometria, philoſophia, medicina, iuriſprudentia, à quibusdam Cæſaribus & iuriſconſultis tantum<sup>f</sup>. Sunt aliæ omiſſæ, quarum profeſſiones vel priuilegio non oriantur per ſe, vel quòd ſub aliis contineri videantur, vel quia non omnibus pari modo probata ſint eorum ſtudia, vt dialecticæ, vel poetiæ, aut ſimiles de quibus pauca ſuo loco diximus. Diuus Auguſtinus iſtas artes & ſcientias à quibusdam recentioribus ſeculares potius dictas teſtatur. Fuerunt tamen poſtea ſcholæ inſtitutæ & priuilegiatæ, vbi iſtæ diſciplinæ ſeculares, & aliæ poſtea additæ, pontificij & diuini iuris, ſeu iuris canonici & theologiæ.

2 Obiiciunt Græci liberalibus ſtudijs, φάλας ἑπιτήμας, id eſt viles & ſordidas, ſeu circumforaneas & viles artes<sup>h</sup>. Dicuntur & ſtudia illiberalia, artes vel ſcientiæ vetitæ, vt diuinationes, ſortilegia, & ſimiles quæ ſe mathematicos nomine ſucant, & mathematicæ diſciplinæ appellatione ſuas ineptias & impietates inculcant, prout etiā mathematici improbi à republica arcentur. Aſtologi iudicarij, qui ſe

a Cicero I. de inuentione.  
b lib. 1. C. tit.

18.

c Vlpianus in lib. 1. de varijs & extraordi.

cognitio. P.

d vt Plinius lib. 14. & Cicero ingenuas

1. de oratore. e. 1. 3. de profefſore & medic.

lib. 10. C. tit. 52.

f vt in l. vnic. de ſtudijs liberalib. v. b. Roma lib. 11. C.

tit. 18. d. 1. de varijs & extraordi. cog.

lib. 50. P. 11. 13.

g Auguſtin. lib. 6. de ciuitate Dei ca. 2.

h Budæus ad l. 1. de varijs & extraordi. cog. P. i in l. 2. de mathematic. lib. 9. C. tit. 18.



a. c. illud & 4. sequentiis. 26. quast. 2. c. 1. & sequen. 26. quast. 3. l. est excepta. 7. C. de malefic. b in l. culpa 8. C. de malefi. c l. mathemat. 10. de e- piscopa. audie. C. d actorum c. 19. ver. 19. e l. damnato. 6. §. fin. de he- reti. f l. quicumque 8. §. nulli in su- pe. eo. tit. de heretic. C. l. ex manicheo. 16. graeca constitu- tio. eo. tit. l. 2. §. 2. de summa trinit. C. g l. 4. catera. 4. famil. ercis. P. ut factum apud Ethnis. ut refert Lini. li. 29. Iulius Paulus lib. 5. sentent. Iuris ti. 23. §. 12. & li. eo. tit. 2. §. fi- h Virriumue li. 1. c. 1. i Aristot. in principio. lib. 1 de moribus. k l. veru mix- tura de usu. P l cui subsunt omnes discipli- nae & scientia Aristot. 1. de morib. c. 2. & lib. 3. politicor. c. 8. m l. iustitia. 10 §. 2. de iu- st. 1. & iur. P. §. 1. eod. tit. a- pud. Iustitia.

profitentur cuiusque fata nosse, & natales siderum observationes, au- gures, & similes. <sup>a</sup> Qua in re ad salutem reipublicae sollicitudo pertine- bit, culpam similem iudicare, tam prohibita discere quam docere. <sup>b</sup> Puniunt & leges <sup>c</sup> mathematicos, qui veritas artes discunt & docent, nisi parati sint codicib. erroris proprii sub oculis episcoporum incedio concrematis, catholico religionis cultui fidem tradere, nunquam ad errorem primum redituri: prout & factum fuit tempore apostolorum quando diuus Paulus Ephesi annuntiatum verbum Dei, quo multi eo- rum qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt eos coram omnibus. <sup>d</sup> Atque Caesares libros improbatæ religionis habere, describere, aut legere prohibuerunt: eosque iusserunt inquiri diligenter, & publice comburi, vt Nestoris, Apollinaris, Euthycia- norum <sup>e</sup> & similibus improbatæ lectionis. <sup>g</sup>

3 Studia itaque reipublicae erunt illa legitima, quae reprobata non sunt: & scholae legitimae, ubi ea quae probata sunt & non vetita disci- tur & docentur. generalia etiam & particularia studia sunt: ea genera- lis vniuersitas literarum dici poterit, si encyclopaedia studiorum seu artium liberalium ibi doceantur. etenim *ἐγκύκλιος παιδεία* circularis scientia & ex omnium orbe confecta, & encyclos disciplina vt corpus vnum ex pluribus membris, composita. Sunt enim singularum scien- tarum & disciplinarum fines & separati. & certis sedita per gradus sub- ordinati, vt finis & extremitas vnius, sit alterius proximè sequentis initium, & via ad praestantiorem & vtiliorem. Quare ex artibus, ex scientia eaque verissima Aristotelis, quaedam sunt principes, quas ar- chitectonicas dixit, quae suffectas sibi alias artes habent veluti sug- gestrices & ancillantes.

Quaedam sunt subseruientes & propter illas praecipuas, atque sin- gulares in suis finibus cum omnium scientiarum & actionum singu- larum proprii sint fines, vt medicinae proprius finis, sanitas, fabricae naualis, bellicae & imperatoriae, victoriae oeconomicae seu dispensa- tionis domesticae, diuitiae: grammaticae, rhetoricae, dialecticae, physicae sunt & proprii fines. verum isti omnes fines generalem finem ha- bent vt vltimum. Et omnes ad vnum corpus civile instituendum & conseruandum pertinent.

4 In hoc corpore quoque civili quod ex singularibus personis <sup>h</sup> pro prio corpore et anima compositis, tanquam ex membris constat, con- siderantur et duo generaliter: corpus ipsum et anima circa corpus fi- nem ponit praecipuum, et eius conseruationem proponit medicinae circa animam praecipue theologia. Circa vtramque partem sollicita politia humana seu civilis ars, <sup>i</sup> quae integrum vt viuentem curat ho- minem, eiusque actiones vtrique parti legibus accommodis, vt corpus ra- tionis obediat, et animae, et vt vtraque pars secundum voluntatem Dei disponatur, sic et viuat, et societatem prout singulis et vniuersis con- uenit, instituat, regat et tueatur. atque ita iuris prudentia civilis ars, fi- nalis omnium est diuinarum atque humanarum rerum notitia iusti- atque iniusti scientia, et vt antea diximus.

5 Rursum in hac politia humana partes duae praecipue subordinae quarum

quarum vna respicit praecipue spiritualia, & personas quae ea pertra- ctant, vt eis annexa: quae iure pontificio seu ecclesiastico, eo que pra- cipuo in his reguntur & disponuntur. Alia quae principaliter corpo- ralia, temporalia seu secularia disponit & regit: & iure secularium per- sonarum & legibus eorum temperatur, vtraque pars iuri diuino legi- busque diuinis subiicitur. <sup>a</sup>

6 Constituit etiam Aristoteles, <sup>b</sup> civilem quandam prudentiam seu *φρόνησιν* quam & vocat *ἀρχιτεχνονησιν*, nempe *νομοθεσίαν* id est legum ferendarum peritiam quae communis omnibus superioribus est, quae habet descriptionem operis futuri: vt prudentia quasi prouidentia, dicatur propria & praecipua, virtus imperantium.

Prescribunt leges faciendae, vnde architecturae nome penes illas est, & Ienes principem eumque ad quem pertinet sanciedi leges potestas diciturque esse exemplar: vulgus gallorum, dicit *le modelle* ad quod opus fingendum est. Architectura quippe est <sup>c</sup> scientia pluribus discipli- nis & variis eruditionibus ornata, cuius iudicio probantur omnia quae ceteris artibus perficiuntur opera. Huius partus sunt leges, quae in scholis leguntur & explicantur, in tribunaliibus & praxi digeruntur & executioni mandantur. haec ars civilis est quae de rebus politicis tractat maxime Ingenua, <sup>d</sup> perfecta philosophia non simulata quae vrbes pe- perit, <sup>e</sup> dissipatos homines in vitae societate reuocauit. Ex feris & agre- stibus reddidit mites, eos domiciliis & coniugiis copulauit, quae legum inuentrix, magistra morum & disciplinae, virtutum indagatrix, & ex- pultrix vitiorum. Vt autem apem cunctis germinibus insidere vi- demus, a quolibet autem aliquid accipere vt dulcissimum mel coficiat intra alueum: sic & bonarum disciplinarum auidos nihil intentatum tenere opere pretium fuerit, vnde cumque autem vtilia colligere: cum vix vel & tanta diligentia naturae quispiam vincere possit errores <sup>f</sup>. Et ad eam philosophiam consequendam Christianam, primariamque in repu- blica regenda scientiam & ad veritatem indagandam omnes artes & disci- plinas necessarias esse, contendit pluribus Clemens Alexandrinus. <sup>g</sup> *Nō- nulli inquit, qui se putant ingeniosos esse, neque philosophiam attingere volunt. neque dialecticam, sed nec contemplationem discere naturalem, sed solum nudam fidem requirunt, perinde ac si cum nullam vitis curam gesse- rint, velint ab initio statim botros accipere. Dicitur autem dominus vitis allegoricè, <sup>h</sup> a quo cum diligentia & agri colendi arte, quae fit ratione & sermone: fructus est vindemiandus: putare oportet, fodere & ligare & reli- qua facere. Falce vt sentio, & ligone & aliis rusticis instrumentis ad vitis curam opus est, vt nobis fructum producat esculentum. Quemadmodum au- tem in agricultura, ita in medicina ille vtiliter didicit, qui varias attigit disciplinas, vt possit melius colere & curare, ita hic etiam bene & vtiliter eruditus existimo, qui omnia refert ad veritatem. A deo vt ex geometria & musica & grammatica & ipsa philosophia, colligens quod est vtile, nullis insidiis interceptam feruent fidem. Athleta contentitur qui prius se non instruxit ad certamen: & gubernator laudatur, qui multam rerum habet experientiam, qui mores nouit multorum hominum, & medi- cus qui multa expertus est.*

a ca. 1. huma- num genus, 1. distinct. apud Gratianum In decreto. b Aristo. 6. de morib. c Vitruuius Lib. 1. de ar- chitectura. c. 1. d Cicero. 3. de orator. & cimi- lis sapientia In proemio. P. & quod iam in primis. l. 1. de Insti. & Iur. P. e Vt ait ci- cero 5. Tuscu- la. nar. qua- stio. f Isocrates In paraitica ora- tione. 1. in fin. g Clemes A- lexan. lib. 1. Stromaton. h Iohanc. 15.

7 Studia generalia hodie seu publica dicuntur, scholæ, in quibus publicè ex privilegio<sup>a</sup> pontifici summi vel principis vel antiqua consuetudine, cuius initij non extat memoria, studium est privilegiatum, & permixta societas & concursus scholasticorum & docentium; continens pro contento.

Potest dici studium generale & vniuersitas, ratione eadem, quod studia quæ ibi tractantur vniuersis proposita sunt & sint publica, & gratis volentibus discere, proponuntur ab institutis præceptoribus, sintque privilegia vniuersis studentibus concessa.

Neque ideo minus studia generalia dicentur aut vniuersitates, quod non omnes scientiæ ibi, sed certæ tantum tractentur & doceantur. Nam generalitas ad vniuersitatem non pertinet scientiarum, sed ad publicam causam docendi: prout enim placuit iis qui instituerunt & crexerunt & privilegiarunt studia, scientiæ & artes ibidem legi publicè tantum debent, & si aliæ legantur, non vtuntur privilegio quibus præscriptæ docendæ, & earum doctores & auditores vtuntur & potiuntur. Non enim actus agentium operantur vltra illorum intentionem<sup>b</sup>. Sic Cæsares & Romani, habuerunt in studiis liberalibus seu generalibus vrbis in capitolio privilegiatis, tantum certas prius artes, quibus post ea addita studia philosophiæ & legum ciuiliū, & professor vnus philosophiæ, duo iuris, qui leges explanarent<sup>c</sup>. Atque Honorius 3. summus pontifex, non permittit Lutetiæ Parisiorum, in studiis generalibus legi iura ciuilia Romana (eoque ibi, inquit, non esset eorū vsus) nec in ciuitatibus vicinis, quæ consuetudine & moribus reguntur: voluit tamen alias artes primas & philosophiam, & medicinam, & iura pontificia seu decreta pontificum, cum privilegiis legi & audiri<sup>d</sup>.

Nulla contra mentio de legendis pontificalibus decretis tempore Iustiniani in erectione studiorum in Berytho, Constantinopoli, Romæ: sed tantum legum ciuiliū & Romanarum<sup>e</sup>. Neque etiam vbique leges docentes, habuerunt privilegia generalibus studiis concessa: sed tantum si certis locis deputatis cum privilegio, docerent. Sicuti & Lucius Seuerus pater & Magnus, Antoninus Carracalla rescripserunt, referente Modestino<sup>f</sup>, νόμον δὲ διδασκαλοῦ ἐν ἐπαρχίᾳ διδασκοντες, ἀφ᾽ οὗτων aliquo præsidiatu docentes, remissionem non habebunt: Romæ autem docentes à tutela & cura remittuntur. Placuit & Antonino pio 8. minores ciuitates quinque medicos immunes habere posse, tres sophistas, & tres grammaticos: maiores autem ciuitates, septem qui curent, quatuor qui doceant vtramque doctrinam: Maximas verò, habere posse decem medicos, & Rhetores quinque, & totidem grammaticos. de aliis professoribus non meminerunt ibi.

8 Christianæ Academiæ perfectæ vt plerunque habentur, cum omnibus scientiis diuini & humani iuris complentur. Aliquando tantum habent iuris diuini & humani nempe Theologiæ & pontificij & ciuilis iuris professionis, qualis illa fuit Innocentij 4. vniuersitatis in curia Romana fundato cui tamen generalis studij privilegia concessit<sup>h</sup>. Quam postea auxit Innocentius alius in consilio Vienenfi<sup>i</sup> & adiecit, vt Romæ & vbicunque Romanam curiam residere contingeret, Hebraicè

<sup>a</sup> glos. in proa-  
mio pragmati-  
ca sanctio. §.  
quibus atten-  
te ad verbum  
generalium  
<sup>b</sup> glos. ad Cle-  
men. dudum  
ad verbum,  
generalibus,  
de sepultur. do-  
ctor. ad c. 2. de  
privileg. in se-  
cto Barthol.  
ad proœmium  
Pandectarum  
Panor. ad ca.  
tua. de cleric.  
coniug.  
<sup>c</sup> l. non omni  
numeratio, de  
reb. credit. P.  
<sup>d</sup> c. l. unic. de stu-  
dijs liberal.  
urb. Roma.  
<sup>e</sup> c. super spe-  
cula. 28. de pri-  
uileg. lib. 5. tit.  
33.  
<sup>f</sup> c. §. hac au-  
tem tria volu-  
mina, in proœ-  
mio Panda-  
ctarum.  
<sup>g</sup> l. sed & re-  
probati, §. 6.  
§. fin. de excu-  
sa. tutor. li. 27.  
P. tit. 1.  
g. d. l. 6. §. est  
autem.

<sup>h</sup> cap. 2. de  
privileg. in sex.  
<sup>i</sup> Clem. 1. de  
magistris.

Hebraicæ, Chaldaicæ, & Arabicæ linguæ professores haberentur, atque eodem incremento ornauit generale studium Parisiense, Oxoniense, Bononiense, & Salamantinum. Hinc Eugenius 4. postea, omne genus literarum adhibuit prædictæ curiali Academiæ<sup>a</sup>. Sic enim a Platina in augeri bonum rei publicæ Christianæ existimarunt, si sub authoritate publica eiusque cura, vniuersæ doctrinæ traderentur cum puritate christiana, & gratis, maximè iuxta personam & in comitatu summi pontificis, vt & aulici & reliqui qui eo confluerent, ex puris & putis fontibus possent integritatem & perfectionem disciplinæ haurire. Maxima certè discipulorum commoditas, vt in vno eodemque loco, possint & præcipuas primas literas, & præstantiores, per gradus sine alia peregrinatione ad discere, possentque post humaniores & præparatorias artes: ex tribus medicina, ciuili, vel theologica quæ sunt veluti triplices præcipue scopi studiorum, quam sibi commodiorem videant scientiam eligere. Quod non conceditur in aliis etiam privilegiatis, quibus vniuersæ scientiæ nec leguntur nec doceri possunt. In quibus nihilominus quæ ibidem tractantur cum privilegio, & cum audientium securâ mente, quia probatæ sunt ibi publicæ scholæ eorum, addisci possunt, quamuis enim vniuersæ disciplinæ connexæ videantur, tamen suos quælibet fines habent, & ita separatim explanari & dici possunt.

De præceptoribus seu pædagogis iuuentutis in republica eligendis.

## CAPVT II.

Quia vero diximus institutionem puerorum & iuuentutis maxime curandam esse in republica, danda erit opera, vt præceptores, pædagogi, aut instituentes tales habeantur qui & docere & instituire scient, possint, & velint: tales enim futuri sunt discipuli quales magistri & institutores: & vix aliter fieri potest, quin aliquid, si non omnia retineant ex moribus & doctrina docentium: vt in institutione puerorum antea dixi. Et sermo publicus etiam, delicta discipulorum refundere solet in præceptores. Sic Seneca Neronis sui merito detrahentium carpitur linguis, adolescentium suorum libertas, in Quintilianum refunditur: Et Socratem in pupillum suum fuisse clementiorem criminaur Plutarchus, epistola de politicis scribens ad Traianum. Tribuerunt Pythagoricis scholis antiqui vniuersas eorum publicarum euersiones, quæ ab illorum persuasionibus & commotionibus ortæ sunt, vnde & eorum cæterus concrematus fuit, vt ait Polybius lib. 2. & Atheneus quoque ex somniis reipublicæ Platonice generatos tyrannos indicat lib. 12. dipnosophiston. cap. 23.

2 Sine pastore neque oues, neque quicquam aliud ordinate potest viuere: neque pueri sine pædago: neque ministri sine domino<sup>b</sup>. Pædagogia nihil aliud est teste Clemente Alexandrino<sup>c</sup>, quam bona à pueris in virtute institutio.

Videndum itaque erit ordinibus rempublicam curantibus, quales

<sup>b</sup> Clem. A-  
lexandrinus,  
lib. 1. pedago-  
gia cap. 4.  
<sup>c</sup> prædict. lib.  
1. cap. 5.

sint qui doceant, & qui admittantur, quibus imbuti moribus, nec omnibus hoc munus concedant & nisi probatis & dignis: & si iam probatos inueniant corruptos, reprobent<sup>a</sup>.

*a huc pertinet leges iuris Caesar. l. 2. de professor. medic. lib. 10. C. iii. §. 1. v. nic. de studijs liberalib. vrb. Roma, lib. II. C. iii. 18. l. vnic. de professoribus qui in vrbe Constantinopoli lib. 12. C. ii. 15. l. 6. §. sed & reprobant, de excusatio. tutor. lib. P. b. lib. 2. cap. 1.*

3. In optimo præceptore requiruntur præcipue tria, doctrina, mores, & diligentia, doctrina sit sana, elegans, non scurrilis aut rustica. Mores sint non ornati prisco sed emendati, probi, exemplares. Diligentia in interpretandis lectionibus non perfunctoria, & in moribus discipulorum obseruandis.

Secundum M. Fabium Quintilianum<sup>b</sup>, cura maior adhibenda est cum adulti traduntur: quare primo exigit vt tenuiores animos sanctitas docentis ab iniuria custodiat, & ferociore à licentia grauitas deterrat. Sumant 2. ante omnia præceptores & institutores parentis erga discipulos suos animum, ac succedere se in eorum locum à quibus sibi liberi traduntur, existiment. Tertiò, non austeritas-tristis institutoris, non dissoluta sit comitas: ne inde odium, hinc contemptus oriatur. Quarto sit in emendando, non acerbus non cõtumeliosus. Sed nec iudicio discipulorum docere debet magister: sed discipuli iudicio magistri. Quinto loco præceptoris exemplum & vita modusque agendi & viuendi, multum accelerat discipulorum & discentium peritiam & probitatem. Sic etiam & Lacedæmones vitæ inculpatæ exẽplo, filios suos docebant: & plurimum conducebat, dum monebant illos vitam temperatam discere, videre ipsos monentes talem vitam agere quotidie, sic videre præbere reipublicæ obedientiam, magistratibus ipsos obtemperare diligenter, vt tradit Xenophõ in Laconiũ institutis. Imo aut seruos aut rusticos aut peregrinos in conuiuium introducebant ebrios, vt eorum turpitudine conspecta iuuenes sobrios esse docerent, vt refert Plutarchus in Demetrio, & alij: Quare & Euripides in Troadibus, Græciam *καταρροπον* appellauit, non tam propter studium suscipiendi aut alendi liberos, quantum eosdem rectè educandi.

4. Quando etiã patres sunt ad docendum idonei, maximè in bonis moribus firmati, celerius, & firmiter possunt prole quotidianis occasionibus imbuere, & disciplinis si quas ipsi nouerint instituire: habet enim naturale imperium in filios, & filij natura nisi degenerent à ratione, parentibus diligentius obtemperant, vel reuerentia naturali impulsu, vel persuasi, parentes esse sapientiores seipsis, neque quicquam quod officere possit mandatuos, nihilque iniici quod noceat prohibituos. Sic David moriturus Salomonem paucis de officio suo sufficienter admonuit, 3. Reg. 2: Tobias filium, Tobias 4. Sic & Ascanium filium apud Virgilium Æneas paucis admonet, *disce puer virtutem ex me, verumque laborem, fortunam ex alijs*.

Cornelia vidua mater 12. liberorum ex Tyberio Gracchio, præclare illos instituit. Plutarch. in Gracchis Cato Censorius ipse filium. Plutarch. in Catone, alijque multi quos prosequi nominatim lógum esset.

Philosophiam Chaldæorum & Ægyptiorum, pueri à patribus discunt idque priuatim: & quia à teneris annis in ea doctrina erudiuntur, tum quia diutius in ea perseverant doctissimi euadunt. Narrat & Herod. lib. 6. apud Ægyptios filium nullam artem quam paternam discere, proinde apud eosdẽ milites, qui Calasyries & Hermotybies dicuntur, nulli al-

*c. Diad. r. Sicul. li. 2. cap. 8. & lib. 1. ca. 6.*

teri arti operam dedisse, sed artẽ militarem didicisse filium à patre. Sic Agesicles Lacedæmoniorũ rex, mirante quodã, quod qui discendi studiosus esset non admitteret Philosphanẽ sophistam, respondit, horum volo discipulus esse quorum sum filius, vt ait Plutarchus in apophteg.

5. At nõ ita apud Persas, quorum institutio & disciplina, & præceptores, & curatores seu doctores in omni genere ætatis & conditionis, expublico petebatur. Siquidẽ vt scribit Xenophõ li. 1. Cyripædia, erat Persis forũ quod liberũ vocabat, in quo & regia & cætera architua erant structa, procul à foro venali, ne probe instructi nõdinationis se immiscerent malis morib. Forũ ad Archiua sitũ, in quatuor partes erat distributum: Earũ prima pueris erat destinata, puberibus altera, tertia matura ætate viris: quarta emeritis. Harũ partiũ cuique duodecim erant præfecti principes, quia hæc tota Persarum natiõ in totidẽ etiã tribus erat distributa. Præerant pueris delecti quidã ex seniorũ cætu, qui eos effecturi quã optimos videbantur. Adolecẽtibus quoq; quidã de virorũ cætu lecti erant, qui & hos optimos reddituri viderentur. viris etiam quidam matura ætate præficiuntur, qui eos sic instructuri putabantur, vt quam maxime ipsis, præscripta & à magistratu summo imperata præstarent. Nec senioribus quidẽ sui præfecti deerant, quippe quod etiam qui eis præessent deligerentur, vt & ipsi officio suo fungerentur. Pueri in publicis locis iustitiam, temperantiam, obedientiam, discabant: item sagittadi & iaculadi artem, vsque ad annum 16. aut 17. Recipiebantur inde per decẽ annos inter ephebos. Hi ad Archiua excubabant, regem in venatione comitabantur, custodiebant vrbẽ, sagittis & iaculo cerrabant. Post, inter viros perfectos censebantur per viginti quinque annos militiæ apti. A quinquagesimo deinceps anno inter seniores connumerabantur, nec amplius militabãt, sed domi ius dicebãt, & magistratus eligebant. Cuius ex Persis ius erat liberos suos ad iustitiæ magistrorum ædes publicas mittere: mittebant autem, qui alere liberos in otio poterant: & qui mittebantur, instituti prædicto modo, inter perfectos connumerabantur.

6. Apud Lacedæmonios ex lege Lycurgi<sup>a</sup>, nemo pro arbitrio suo alere & instituere filium suũ poterat, Sed omnes vt septimum annũ ex-  
*a vt scribit Plutarch. in eo, & Xenophon in repub. Lacedæmon.*  
cesserant, centuriati erant in Classes, & pari vnãque libertate & contubernio colludere & studio vacare solebant. Apud eosdẽ magistri pueritiæ ex electis veris pædonomiæ & hi per classes præficiunt eos, qui inter Irenas prudentissimi & pugnacissimi erãt. Vocabãt illos Irenas, qui duobus annis excesserãt: Mellirenas, in pueris maximos. Iren, cum annis viginti maior factus fuisset, ducebat cohortẽ suã in præliis, eamque habebat domi ad cœnam in ministerio. A cœna, Iren vni ex pueris cauere iubebat: alteri quæstionẽ cui accuratè respondendũ ei esset ponebat. veluti quis inter viros videretur fortissim<sup>o</sup>: aut quod ei videretur cuiuspiã factũ. Et ex his assuescebãt illos ab incunabulis indagatè sagaciter de virtutib. Et ciuibus reddẽda erat ratio dicti per cõpẽdosa verba, qui in eo peccasset, præbebat pro pœna Ireni mordẽdum pellicem. Subinde coram magistratibus & senioribus Iren corrigebat pueros, vt speciem præberet quã rectè & ordine pœnas exigeret, nec interpellabant illi multantem: verum digressis pueris plectebatur,



a Esdrae 1. c. 7.   
 b ut dictum   
 de priore mo-   
 nasteriorum, in   
 c. cum ad mo-   
 nasterium, de   
 statu monacho   
 lib. 3. ti. 35.   
 c. D. Ambros.   
 li. 2. de virgi-   
 nibus.

d l. magistros,   
 7 de professor.   
 & medic. lib.   
 12. c. ii. 52.

e 1. paralipom.   
 c. 26. vers. 29.   
 f 4. regum c.   
 17. vers. 26. &   
 27.

g 2. paralipom.   
 c. 17. vers. 7. &   
 sequentibus.

h 1. Esdrae c. 7.

i Diog. Laer-   
 tius lib. 5. in   
 Theophrasto.

& doceret in Israel præceptum & iudicium. ita prior præ cæteris debet esse potens in opere & sermone, ut exemplo vitæ verbóque doctrinæ, fratres suos et instruere possit in bono, et à malo etiam reuocare. <sup>b</sup> Est et primus discendi ardor, nobilitas magistri, ut ait D. Ambrosius. <sup>c</sup> Sed à quibus præceptores eligi et probari debeant, aliquando disputatū, neq; etiam sine utilitate aut periculo reipublicæ absolutè determinari potest: vnde distinctionibus vtendū erit. Et enim ex præceptorū moribus aut doctrina seminarium fit reipublicæ: apud illos enim est officina scientiæ vel ignorantiæ, pietatis vel impietatis, formatio vel corruptio ingeniorum pueritium, columnæ et fundamentum aut bonū aut malū reipublicæ; quia illinc prodeunt qui ad eā administrandā euocantur, quare interest principis, interest curiarū, interest populi et reipublicæ, in summa omnium curā subire scholarum, et videre num ibi præpositi doctores et magistri, tales sint, ex quibus respublica iuuare vel lædi possit. Dant summi pontifices priuilegia & principes, dat populus: iisq; omnes stipendia et honoraria: æquū etiam est illos et de moribus, de vita, et doctrina certos esse. Lex extat de his Iuliani Cæsaris, nec repente, inquit, aut temere quis proficere debet ad hoc munus docendi: sed vel à principe probari debet, quia princeps singulis ciuitatibus adesse non potest, ex eius iussu iudicio ordinis probari debet & decretum curialium mereri debet, optimorum conspirante consensu. <sup>d</sup> Dauid cum ordinaret rempublicam, & officia & ministeria regni distribueret, inter cætera & curā habuit doctrinæ docendæ: Atq; ordinatus est Connenias cum filiis ad opera forinsecus super Israel, ad docendum & iudicandū. Et ex iussu regis Assyriorum, missus est vnus de Sacerdotibus Israel in Samariā, qui doceret eos legitima Dei terræ. Iosaphat rex Iuda, reformaturus rempublicam quam ei pater Asa reliquerat corruptā, cū eius cor sumpfisset audaciam propter vias Domini in quibus gradiebatur, etiam excelsa & lucos de Iuda abstulit: & tertio anno regni sui, misit de principibus suis Bēhail & Obdian & Zachariam & Nathanael & Micheam, vt docerent in ciuitatibus Iudæ, & cum eis Leuitas & sacerdotes. <sup>e</sup> Artaxerxes rex Persarum, concessit ad petitionem Esdræ filio Sariae scribæ & doctori Legis Moysis doctissimo, potestatem docēdi populum Israeliticum per Regnū suum dispersum, cum potestate alios sibi coniungendi. <sup>h</sup> cōmunicauit autem illā concessionē Artaxerxes ex cōsilio septē consiliatorū regni. Sic. n. in epistola regis scriptū erat, à facie enim regis & septem consiliatorum eius missus es. vt visites Iudæā & Ierusalē in lege Dei tui qui est in manu tua. & c. Lex erat Sophoclis <sup>i</sup> Amphiclidæ filij μηδέναι ἄλλο φιλοσόφων σχολῆς ἀπονεύειν, ἀντὶ τῆς βασιλείας, πρὸς δὲ ἡμῶν δόξῃ, εἰ δὲ μὴ δόξαν ἔδειξεν. vt nō liceret vllū philosophū scholis præficere, nisi id senatus ac plebs ita decreuisset: qui secus faceret mors ei esset pro pœna. Quæ lex causam dedit cur Theophrastus qui scholæ præerat cū philosophis Athenas migrauerit: verū sequenti anno, denuo reuersi sunt, cū à philone Sophocli dies dictus fuisset, quo tēpore Athenienses ea lege abrogata, Sophoclem talentis decem multarunt, decreueruntq; philosophis reditū vt & Theophrastus remaneret scholamque vt antea regeret. Potuit esse forsā reuocationis legis Sophoclis ratio, non quòd ipsa sancta & equa non sit, q uod

quòd pertinet ad consilium Senatus & principis: sed quia iā ipse Theophrastus ab Aristotele peritissimo antecessore delectus, & à populo iam probatus esset in scholis administrandis, & quod non esset immutandum quod bene constitutum tunc erat. <sup>14</sup> Interest in primis reipublicæ christianæ, ne temerè in Ecclesia Dei officium prædicandi seu docēdi quæ ad fidē pertinet & sacrā theologia, quisquam vsurpet, nisi prius à personis ecclesiasticis quibus ius illud ecclesiastica ipsa persona probetur. Constitutio extat Gregorij <sup>9</sup>. Sūm. pontif. quæ cum ratione ita lancit. <sup>a</sup> Cū igitur nonnulli laici prædicare præsumant, vt verendū nimis existat, ne vitia sub specie virtutū, occultè subintrent. Nos attendentes quòd doctorum ordo est in ecclesia. Dei quasi præcipuus. Mandamus quatenus cū alios dominus apostolos dederit, alios prophetas, alios verò doctores <sup>b</sup>, interdicas laicis vniuersis, cuiuscunq; ordinis censeantur officium prædicandi. Quare oportet ita hos doctores fieri & mitti. quomodo enim inquit Apostolus, prædicabunt nisi mittantur <sup>c</sup>, cōsilióq; generali sub Innocentio <sup>3</sup>. cautum <sup>d</sup>, vt omnes prohibiti vel non missi, qui præter auctoritatem ab apostolica sede, vel catholico episcopi loco susceptā, publicè vel priuatim prædicationis officium vsurpare præsumperint, ex cōmunicationis vinculo innodētur. & nisi quā citius resipuerint, alia competēti pœna plectantur. Probandi sunt à prælatis qui hoc munere fungātur in ecclesia, nū in illis vera sit doctrina, & num ea possit ecclesiæ prodesse & obesse, vt admonet Timotheū D. Paulus Rogauit te, inquit, vt maneres Ephesi, cū irē in Macedoniā, vt annūciare quibusdā ne aliter docerent, neq; intenderent fabulis & genealogiis interminatis, quæ questiones præstant magis quàm ædificationem Dei quæ est in fide. Finis autem præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta, à quibus quidā aberrantes, conuersi sunt in vaniloquiū volentes esse legis doctores, non intelligentes, neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. <sup>15</sup> Nec esse credendū omni spiritui admonet D. Ioannes <sup>f</sup>, sed probādos prius si ex Deo sunt: quoniā multi pseudoprophetæ exierunt in mundū. Et multi sunt qui veniunt in vestibus ouium, qui intus sunt lupi rapaces: & proinde prohibendi sunt, ne in gregem serpent, nec admittendi nisi prius quàm doceant, probentur ab is qui in ecclesia præsules constituti & ordinati & subordinati sunt. Et hæc est missio ordinaria, à probatis & potestatem habentibus mitti ad docendum: extra quam & potestatem esse alia inuisibilis missio, data potestate à Deo immediatè, longè melior & dignior visibili: nempe quia illa diuina hæc humana. Tamen cū illa inuisibilis sit occulta, non facillè creditur ei qui se inuisibili missione authoratū à Deo asseueret, <sup>h</sup> quum hoc ipsum quilibet hæreticus asseueret, sed oportet quòd adstruat illam inuisibilem missionem per operationem miraculi, vel scripturæ testimonium speciale. Vnde cū Dominus mittere vellet Mosen in Ægyptum ad filios Israel, vt crederent ei quòd mitteretur ab illo, dedit ei signum <sup>i</sup>, vt conuerteret virgam in colubrum, & virgam iterum reformaret. D. Ioannes quoq; Baptista, speciale suæ missionis testimonium protulit de scriptura, dicens <sup>k</sup>, Ego vox clamantis in deserto, parate viam Domini, sicut ait Esaias propheta. <sup>16</sup> Rursum etiam aliorum magistrorum quàm Theologiæ curam & sollicitudinem pertinere ad summum pontificem nemo dubitabit, si considerauerit priuilegia

a c. sicut in uno corpore 14. de hæret. li. 5. s. 7. & in c. cum ex inuinculo, 12. eo.   
 b ad Ephesios c. 4. vers. 12.   
 c 2. ad Timoth. c. 3. ad Roma. 10.   
 d c. excommunicamus 13. §. quia vero non nulli, de hæretic.   
 e 1. ad Timotheum c. 1. vers. 3. & sequenti.   
 f D. Ioannes 1. c. 4. vers. 1.   
 g Matthai 7. vers. 15.   
 h c. cum ex inuinculo, 12. de hæretic.   
 i Exod. 7.   
 k D. Iohann. enan. c. 1. D. Matthai 3. 1 Esaiæ 40.

quæ ab illo irrogantur, & potestatem quæ eius autoritate conceditur docendi ubique terrarum, quod à solo summo pontifice pendet, quia is solus à Deo tanquam vicarius S. Petri & Dei, habet potestatem spiritualem in orbe vniuerso, & quatenus christiani nominis appellatio potest extendi. Imperatores verò & principes extra ditiones suæ subiectionis illud docendi munus conferre nequeunt: ideo per summos pontifices rectè statutum est, ut qui ad tractandas doctrinas quascunque in vniuersitatibus & scholis vocandi sunt & allegendi vel priuatim docturi fidei puritatem ex præscripto profiteantur publicè, in manib. ordinarij episc. seu eius vicarij aut doctõrũ aliorũq; promotium nihilque aduersum eandẽ se dicturos, aut aliter quã ipsa iubet victuros promittant & iurent, renouata illa pactioe qua in sacris fontibus id ipsum promiserunt per se aut per anadochos seu leuantes. Vocat & summus pontifex doctores et scholasticos eorum, filios, in scholis priuilegiatis degentes. Et proinde si curam paternam in illis gerere velut non est repugnandum, maximè quando foundationis seu erectionis scholarum leges aliquid certi habent. Quæ etsi nullæ de illis iustæ essent, tamen perpetuo subintelligendum est, ita demum coitionem scholarum et doctorum permissam, vt intentioni fondatorũ respondeant, quæ talis est, vt ad instituendam iuuentutem reipublice fuerint societates tales et collegia erecta, ad finem consequendum vltimum ad quem finis politicus respicit: vt per institutionem & conseruationem societatis humanæ, ciuilib. cœtus dirigatur ad consequendam vitam illam æternam, seruatis mandatis Dei, & sublatis omnibus per doctrinam & institutionem, erroribus. Ergo in deligendis doctoribus & magistris lex 1. sit salutis reipub. honor Dei, cultus diuinus: & vt qui deligendi sunt, sanam fidei catholice doctrinam credant, teneant & sequantur. & ideo ordinarij seu episcopi vel alterius coram quo professio facta fuerit, testimonium præbeant. nam & episcopis cura per Synodum Eugenij papæ 2. demandata in hunc modum est, *Scholarum de quibusdam locis, inquit, ad nos refertur, neque magistros, neque curam inueniri pro studio literarum, idcirco in vniuersis episcopis, subiectisque plebibus, & aliis locis in quibus necessitas occurrerit omnino cura & diligentia adhibeatur, vt magistri & doctores constituentur, qui studia literarum, liberaliumque artium dogmata assidue doceant, &c.*

17 Et in consilio Maticensi statutum vt quisque presbyter qui plebè regit, clericum habeat, qui secum cantet, & epistolam & sectionem legat, & qui possit scholas tenere & admonere suos parochianos vt filios suos ad fidem discendam mittant ad ecclesiam, quos ipse cum omni castitate erudiat. Prospectum ibi primùm per summum pontificem, vt per patrem communem, vt presbyteri, curiones, suis sumptibus habeant præceptorum iuuenum iniciandorum in fide, docendo pueros quoque psalterium, & cantare, vt rectissime hodie faciendum hoc sit quoque, & compelli deberent curiones qui decimas habent ecclesie sufficientes ad hoc munus, præceptores habere suis sumptibus aut per se docere parochianorum filios gratis. pro maioribus disciplinis consilia sacrosancta rursum disposuerunt, & ecclesias hoc honore constituendi magistros publicos donarunt, cum onere tamen consilij Lateranensis sub Alexan. 3. *Quoniam, inquit, Ecclesia Dei sicut pia mater providere tenetur, ne pauperibus qui parentum opibus*

a bulla ppi 4. incipiente In sacrosancta anni 1564. idib. Nouemb. pontificatus sui anno 5. qua est in bullario. Cherubini, ordine 112. quæst. diu. p. 4. b in proemio decretalium, in proemio sexti decretalium, in proemio. elementinarum.

c refertur in c. 12. de quibusdam 37. dist.

e inc. ut quis que 3. de vita & honestate clericor. lib. 3. tit. 1. f in c. 1. de magistris li. 5. tit. 5.

inuari non possunt, legendi & proficiendi oportunitas subtrahatur, vt per vnam quamque cathedralem ecclesiam, magistro, qui clericos eiusdem & scholares pauperes gratis doceat, competens beneficium præbeatur, statutum est. Confirmatum in consilio alio Lateranensi, sub Innocentio 3. quo & docentis releuaretur necessitas, & via pateret discentibus ad doctrinam: & adiectum, vt non solum in qualibet cathedra ecclesia, sed etiam in aliis quarum sufficere poterunt facultates, constituatur magister idoneus cum prælato & capitulo seu maiori & saniori parte capituli eligendus, qui clericos ecclesiarum ipsarum gratis in grammatica facultate, aut alios instruat: & metropolis ecclesia nihilominus Theologium habeat, qui sacerdotes & alios in sacra pagina doceat. & in his præsertim informet quæ ad curam animarum spectare noscuntur. assignatis à capitulo cuiuslibet magistrorum vnius præbendæ redditibus. & pro theologo, à metropolitano tantundem: non quod per hoc ille efficiatur canonicus, sed tandiu redditus ipsos percipiat, quandiu persistit in docendo. Quod si forte, de duobus ecclesia metropolis grauetur, Theologia iuxta modum prædictum ipsa provideat: grammatico vero in alia ecclesia suæ ciuitatis, siue diocesis, quæ sufficere valeat, faciat providere. Rursum Honorius 3. statutum in consilio generali de magistris Theologis per singulas metropoles statuendis, mandauit inuolabiliter obseruari. statuens insuper, vt reliqui prælati ex capitulis aliquos docibiles ad studia Theologie mittant. Istorum præceptorum electio & approbatio omnino ad illos qui de suis ecclesiis conferunt stipendia, si episcopus & capitulum sint, vel quibus potestas demandatur à consiliis & summo pontifice, pertinet proculdubio. quia & ipsæ personæ sunt ecclesiasticæ. Firmatum & consilio Tridentino sessio. 5. c. 1. de reformatione, quo loci & abbates iubentur suis in monasteriis suorum monachorum, præponere magistros in locis in quibus commodè fieri queat, vt ibi sacre scripturæ quoque lectio habeatur, qua in re si abbates negligentes fuerint, episcopi locorum in hoc, vt sedis apostolicæ delegati, eos ad id opportunis remediis compellere iubentur. Et in conuentibus aliorum regularium, in quibus commodè studia quoque vigere possunt, mandatur, lectionem sacre scripturæ similiter haberi, quæ lectio assignetur à capitulis generalibus vel provincialibus dignioribus magistris.

Antea in concilio Viennensi quoque statutum in reformatione statutus monachorum regularium, vt ultra instructorem nouitiorum qui fidelis deputari debet, tam in diuinis quàm in obseruantia regulari, & vt ipsis monachis proficiendi in scientia via oportuna non desit, in singulis ipsorum monasteriis quibus ad hoc non desunt facultates, idoneus habeatur magister, qui eos in primitiuis scientiis instruat diligenter. De facultatibus autem inquirendum per episcopum, in negligentia monasterij: & si inueniat sufficientes, ibi ipse præficiat magistrum.

Addit & consilium Tridentinum, electos etiam priuatim & per principes & reipublicas in suis scholis doctores, ab ordinariis episcopis locorum probari debere. In Gymnasiis etiam publicis, inquit, ubi tam honorifica, & ceterorum omnium (quàm Theologie) maximè necessaria lectio hæctenus instituta non fuerit: religiosissimorum principum ac rerum

a ca. quia nonnullus, 14. eodem titu. de magistris.

b c. f. de titu. de magist.

c in consilio Viennensi sub Clemente 5. & in ele. 1. §. sane singulis mensibus, de statu monach. lib. 3. clement. tit. 10. d. dict. clem. 1. §. ad ampliationem, de statu monachor. c. 2. de magistris. f. dicta sessio. §. c. 1. de reformatione.

publicam pietate & charitate, ad catholicae fidei defensionem & incrementum, sanaeque doctrinae, conseruationem & propagationem, instituat: & ubi instituta foret & negligereur, restituatur. Et ne sub specie pietatis impietas disseminetur, statuit eadem sancta synodus, neminem ad huiusmodi lectionis officium, tam publice quam priuatim admittendum esse, quin prius ab episcopo loci de vita & moribus & scientia examinatus & probatus non fuerit: quod tamen de lectoribus in claustris non intelligatur: concessa haec approbandi & examinandi facultas episcopis magistris praeposendos seminariis dioeceseos institutis & instituendis. Sic & Iudaeorum pontifex, ut videretur fungi officio, interrogauit dominum IESVM CHRISTVM, de doctrina & eius discipulis.

a consilio Tridentino sessio. 23. c. 18. de reformatio.

b D. Iohannis euang. c. 18. vers. 19.

c ca. 1. §. adificatori, 16. q. 1. ca. quicumque, §. f. ca. decernimus, ca. monasterium ca. illud 16. q. 7. cum similib.

d c. 1. & seq. de colleg. illic lib. 47. P. 1. 22. e l. conuenticula, c. de sacrosanc. eccles. §. 1. quibus

permissum quod cuiusque vniversi non iur. li. 3. P. 1. 4. g. l. 2. de colleg. illic. P. 1. 1. §. 1. ad legem Jul. maiesta. li. 48 P. 1. 4. h actorum c. 17. ver. 19.

i Aulus Gellius li. 15. c. 11.

Carolus Magnus curam erigendarum scholarum per singulas vrbes, episcopis demandauit vti liquet ex lib. 2. capitularium, c. 5. vbi ita illos admonet, Scholae sane ad filios & ministros instruendos vel edocendos, sicut nobis praeterito tempore ad Attrinacum promisistis, & vobis iniunximus, in congruis locis, vbi nec dum perfectum est, ad multorum utilitatem & profectum a vobis ordinari non negligantur.

18 Possunt & requiri personae ecclesiasticae, vt summus pontifex vel eius vicarij, vel patriarcha, vel alij. In eligendis magistris scholarum quae sunt ex illorum fundatione, & eorum alitur stipendiis, ne sit in potestate aliorum, contra illorum intentionem alios quam ipsi statuerint, praeposere. Non minus, quam in Ecclesia patronata, nullus admitti vel institui debet sine praesentatione patroni vel in eius negligentiam per episcopum.

19 Quemadmodum eadem rationes possunt suadere & concludere, habendam esse auctoritatem principis secularis, in nouis collegiis, vel scholis in sua ditione erigendis. ob multa quae statum rei publicae respiciunt, quae sub eius cura & dispositione consistunt. Mandatisque principalibus praecipitur praesidibus prouinciarum, ne patiantur esse collegia aut sodalitia & conuenticula reliqua cuiuscunque rei praetextu inhibentur, nisi accedat principis auctoritas. Et lege Maiestatis reus qui collegia illicita fecerit, perinde atque qui coetus egerit, & templa manu armata occupauerit. Solent enim fieri ibidem coniurationes sub colore sodalitiij honesti, monopolia & alia pleraque quae conuertuntur in detrimentum reipublicae.

Et si agatur de disciplinis etiam tradendis ad principem pertinet & eum qui curam habet etiam reipublicae, vt illae doceantur sine corruptione morum & doctrinae, ne pessime erudiantur iuuenes quibus reipublica constituitur, neue peregrinis dogmatibus animi illorum inficiantur.

Sic in actis apostolorum Stoici quidam & epicurei Philosophi, D. Paulum praedicantem & docentem doctrinam Domini prehensum ad h. duxerunt, ad Areopagum, dicentes possumus a te scire, quae haec est noua, quae a te dicitur, doctrina.

Atque Romae CN. Domitius Aenobarbus, & L. Licinius Crassus Censores, de coercendis Rhetoribus Latinis ita edixerunt. Renunciatum est nobis esse homines, qui nouum genus disciplinae constituerunt, ad quos iuuentus in ludum conueniat. Eos sibi nomen imposuisse Latinos Rhetores

tores: ibi homines adolescentulos dies totos desiderere. Maiores nostri quae liberos suos discere, & quos in ludos itare vellent, instituerunt. Haec noua quae praeter consuetudinem ac morem maiorum sunt, nec placent nec recta videntur.

20 Sunt & principes admonendi, de praeposendis professoribus, maxime ne extra numerum addant: sic & illi magistratus praecipui in ciuitate, qui potestatem eius referunt, propter immunitates: ne supra numerum augeantur personae, quae definitae sunt quae possint immunitate ea potiri & privilegijs, dimiueretur enim alioquin utilitas publica, diminutis personis censualibus, aut transferenda essent onera in alios, quod non facile permittitur ab aequitate.

a in l. 6. §. est autem de excusatio. tutor. li. 27. P. 1. 1.

21 Debet & decurionum ciuitatis et magistratum etiam requiri in electione praepositorum seu institutorum iuuenturis iudicium: eoque eorum causa agatur: nempe de informandis aut deformandis ciuibus, & iuuenibus. Sicut de medicis ordinandis Vlpianus respondit, Medicorum intra numerum praefinitum constituendorum arbitrium non praesidi prouinciae commissum est, sed ordini & possessoribus cuiusque ciuitatis, vt certi de probitate morum & peritia artis, eligant ipsi quibus se, liberisque suos in aegritudine corporum, committant.

b l. 1. de decretis ab ordine facien. li. 50. P. 1. 9.

22 Requiritur aliunde vt electio professorum fiat ab ordine professorum reliquorum, peritorum in ea doctrina ad quam docendam quis promouendus est, vt illi testimonium perhibeant de peritia, num profecerint & idonei sint muneris. & lubentissime imo maxime desiderare debent fundatores ipsi principes & patroni scholarum, non admitti nisi peritos in arte examinatos, & dignos iudicatos: & ab alijs in bonis moribus comprobatos. intentio enim est reipublicae, & fundatorum, tales praepositi quales ipsi deligendos esse proposuerunt, nempe idoneos & probos, qui tales iudicari nequeunt, nisi a similibus peritis. Et Leo Caesar, non aliter consortio aduocatorum sedis praetorianae aliquem sociari statuit, quam si prius in examine rectoris prouinciae ex qua oriundus esset praesentibus cohortalibus, gesta fierent, quibus, liqueret de statu eius qui sociandus esset, & insuper, nisi iurisperiti eius doctores iurato sub gestorum testificatione depromerent, esse eum qui subrogari vellent, peritia iuris instructum. Nemo etiam est qui si desideret vel aedificare domum non credat, artificibus & iis qui probitatem materiae & modum aedificandi nouerint: alioquin stultissimus iudicabitur, si ipse in ea cognitione rudis alijs iudicium non deferat.

c l. nemini, II. de aduoca. diuers. iudicior. li. 2. c. 1. 7.

De honore & reuerentia praepositorum, seu instituentium iuuentutem.

## CAPVT III.

Vulgatissimum est, quod experientia quoque docet, quod honorat artes ingenuas, quemadmodum enim lucrum & utilitas pecuniaria, multos maxime istius seculi homines, ad quaestuaras artes & labores excitat, sic honores praestantiores animos ad ardua & reipu-

blicæ potius cōmoda, quàm sua excitare solet, vt sibi ante oculos omnium trophæa & memoriam apud posteros æternam, excitent: vt enim qui partes hominis mortales & corruptibiles nēpe corporis, nimium diligunt & curant, quæ corporalia sunt & transitoria & corruptibilia conlectantur, vt opes & voluptates corporeas, honorēsque ex illis vanissimè aucupantur: sic qui partē hominis immortalem animā & rationem & intellectum excolunt, ad virtutes eorumque præmia, & laudes consequendas, etiam immensis laboribus corporeis quibus non parcunt, toto spiritu impetu & voluntate feruntur. quibus honoris veri titulus ad maiora est stimulus, & veluti initium perpetuæ felicitatis.

2 Itaque curandum est reipublicam tractantibus, vt eos quos idoneos existimauerint & probauerint ad institutionem iuuentutis sufficientes propositis honoribus, vltra etiam stipendia alliciant & excitent immunitatibus, priuilegiis, & fauoribus prosequantur, vt iam ita honorati, in laboribus qui certè propemodum intolerabiles sunt, perseuerent, ab omni iniuria populari defensi & conseruati: & aliorum exemplo excitati, ad inseruiendum reipublicæ publicisque vtilitatibus se præparent, vt possint iisdem beneficiis potiri. Quare & pædagogi priuati, & publici professores quibus patres suas partes & officium committunt, siue ij sint præpositi sacris institutionibus, quæ ad fidem pertinent christianam & religionem, siue præfecti moribus informandis, siue artibus & disciplinis liberalibus aut iustitiæ discendæ, quæ magis ad vtilitatem reipublicæ accedit: debent tanquam fratres à patribus honorari, imo magis, quia eorum officium gerunt, & quæ ipsi non norunt filiis tradere, forsitan rudes & aliis districti negotiis, suppleant.

A discipulis verò tanquam patres & formatores animorum debent coli: sicut contra ipsi præceptores & institutores, habere debent discipulos in numerum filiorum adoptiuorum, vt nihil prætermittant laboris, industriæ & diligentia, quod possit ad informationem eorum pertinere. Ea etenim lege & conditione etiam censentur illis iuuenes cōmissi, & si non ita se gesserint, reddituri sunt rationem, non tantum parentibus aut reipublicæ, verum & ipsi Deo, quem nihil eorum quæ fiunt, fieri debent, latere potest.

Atque quemadmodum præceptores qui malè opera sua funguntur, qui abutuntur puerorum ætate, qui desectunt à vera institutione, qui disseminant falsa dogmata & reprobam disciplinam, & artes impias, merentur contumeliam, pœnas acerbiores quod plures corruerint: sic qui probè munere suo funguntur, & qui diligenter & accuratè quæ expediunt, docuerint, non satis condignis honoribus donari possunt, aut à republica, aut à priuatis discipulis, vel parentibus eorum. *Qui do-*

<sup>a</sup> Daniel. 12. *Ei fuerint fulgebunt, inquit Daniel, quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam condunt multos, quasi stella in perpetuas æternitates,*

<sup>b</sup> D. Matth. c. 5. vers. 19. *Christus, quoque, qui docuerit & fecerit mandata Dei, magnus vocabitur in regno Dei.*

3 Mirabile quod refertur de Aristæ Proconnesio, vt certè & dignum honoribus diuinis visum fuerit antiquis. Cùm enim esset in fulionis officina in Proconneso mortuus, eadem die, & hora, à multis in Sicilia

Sicilia visus est, literas docens, quod cùm eis sapius euenisset, & per multos annos innotuisset, ac crebrius in Sicilia se eius imago offerret: Siciliam ipsi posuerunt, atque vt heroi sacrificarunt: si quidem verum est quod scribit Apollonius in historia Mirabi.

4 Antipater Hieropolitanus Seueri imperatoris filiorum præceptor, à quibus honoris gratia, deorum præceptor vocabatur, dedit occasionem posteris, vt qui principes erudiunt, deorum dicuntur institutores. Cælius Rhodigi. lib. 21. cap. 33.

5 Platoni sapientiæ antistiti, Dionysus tyrannus Sicilia, aliàs sœnitie superbixque natus, vittatam nauem misit obuiam, ipse quadrigis albis in litore, egredientē excepit. Et Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello, intraturus Possidonij sapientiæ professione clari, domū, fores percuti de more à lictore vetuit, & fasces lictorios tanuæ submittit, is, cui oriens occidensque se submiserat. vt refert Plinius lib. 7. Naturalis histor. cap. 30.

Frontoni præceptoris suo M. Antonius philosophus, statuam in senatu petiit: Proculum alium etiam in proconsulatum euexit, ad domū Apollonij Calcedonici discendi causâ veniebat. & in summa tantū honoris magistris suis detulit vt imagines eorum aureas in larario haberet, & sepulchra eorū additis hostiis & floribus superornaret vt refert Iulius Capitolinus, in vita M. Antonini Pij philosophi, & Xiphylinus quoque ex Dione in eiusdem vita, Ferunt inquit M. Antoninū philosophum etiam imperatorem nō puduisse vnquam ad doctorem proficisci, sed adisse crebro. Sextum Boetium philosophum ad audierdos Hermogenis Rhetoricorum libros, & vsum fuisse præceptore Cornelio Frontone, & Claudio Herode: & in præceptis Zenonis exercitatos Iunium Rusticum, & Nicomedem Apollonium, quorum doctrina imperium optimè rexit.

Imperator hic duplici honore afficit scholas literarias, & quod præcepta illarum executus sit & quod exemplo ceteris fuit, dum sua præsentia docetes honorauit, vt ante Cn. Pompeius pari studio, & ita maiori diligentia à priuatis esse frequentadas ostendit. Augētur & animi docentium, studiaque diligentius tractāt, dum honore principum illō lætantur, curantque vel curare debent, ne quid in eam cathedram indignum munere adferant, quod opinionem de se conceptam apud graues & principes viros imminuere aut lædere possit.

Sunt præceptores priuati honorati à discipulis: quanquā disputatū sit de pædagogis qui mercede in priuatis docent ædibus, nū viles sint: Multo magis à publico qui publicè erudiūt, vt patres totius reipublicæ in ea parte munerè quo funguntur. Neque eximi debent ab hac reuerentia præstada principes, non magis quā à reuerentia debita senioribus, & parentibus, quorū loco sunt qui eos instituunt, cuius sententiæ memorabile factum & dictum legitur Theodosij imperatoris orientis apud Nicephor. Callixtū. lib. 12. c. 23. Is enim Arsenium præceptorē filiorum suorū admonuit, ne quem ex sublimitate conciperet metum, sed illis potius, vt seruis vteretur. Quod tamē Arsenius nō fecit, sed insigni modestia semper erga eos se habuit. Et cū repēte Theodosius ad eos aliquando venisset, pueros quidē cum splendore magni-

<sup>a</sup> Alciatus ad l. mercium. 13. de verbor. signifi. & Lucianus libello de pædagogis. *μαδὴν συνόρων.*



fico confidentes, Arsenium autem inter docendum astantem reperisset imperator indignatus, tum illos insignibus principalibus nudauit, tum sempiterna memoria dignum & verè imperiale illud verbum est elocutus. *Sitales se prabituri essent, vt mores vitamque suam ad disciplinam & leges componerent, propensuam & illum fore vt illis imperium in manus traderet, ad ciuium & subditorum commodum & vtilitatem accommodatam: sin minus, conducibilis illis esse dixit, vt sic priuati vitam exigent quam doctrina nulla cum periculo imperarent.*

Symmachus Hesperio scribens, lib. j. epistol. 73. *Scias inquit, bonas artes honore nutriri, atque hoc specimen esse florentis reipublice, vt disciplinarum professoribus premia opulenta pendantur.* Et rursum lib. 10. epistol. 18. *Inter precipua negotiorum saepe curatum est, vt erudiendis nobilibus philosophi præceptores ex Attica poscerentur, &c.* Ideo & ibi Celsum in magisterium bonarum artium vocatum, dignitatis premio munerandum, & in amplissimum ordinem cooptandum cum prærogatiua cõsulari, suadet Theodosio Augusto: eiusque rei profert exempla imitanda. Nam inquit & Carneadem Cyrenzæum & Pœnum Clithomachum, Atheniensis curia dignata est, vt nostri Zaleucum legum Locrensiem conditorem, ciuitate donarunt.

Præceptor Gratiani Ausonius, consulatu donatus est ab eodem, vt idem testatur in gratiarum actione.

Dionysius Milesius historicus & sophista acutissimus, Hadriano principi ob ingenij fœlicitatem adeo acceptus, vt inter Satrapas & equites sit numeratus: & mensæ in qua omnes viri docti in toto orbe terrarum, continebantur particeps sit factus<sup>a</sup>:

<sup>a</sup> Philostratus in Sophistis.

Octavianus potitus victoria contra Antonium & Cleopatram, Alexandrinis ciuibus omnino ignouit, tũ propter alias causas, tum propter Arcum Alexandrinum ciuem, cuius opera vltus fuisse in philosophia<sup>b</sup>. Idem Octavianus Sphærum pædagogum & libertum suum, publicè sepeliuit, vt refert Dio. Cassius<sup>c</sup> atque, in theatris pædagogis cum prætextatis proximum locum assignauit<sup>d</sup>.

<sup>b</sup> Dionysius Cassius lib. 51. historia Romana.

<sup>c</sup> idem Dionysius lib. 48.

<sup>d</sup> Suetonius in Augusto ca. 44.

<sup>e</sup> Diogenes Laertius in 5. in Aristot.

<sup>f</sup> Genes. 41. vers. 39. et seq.

<sup>g</sup> Daniel. cap. 2. vers. 46. & seq.

Impetrauit facillè ab Alexandro discipulo Aristoteles, instaurari solum patriam à Philippo euersum<sup>e</sup>.

Pharao rex Ægypti, propter vnũ sapientiæ documentũ quod exhiberat ei Ioseph Patriarcha, in prædictione annorum futurorũ fertiliũ & steriliũ, aperta in somnij significatione<sup>f</sup>, constituit eundem super domũ suã, vt que ad eius oris imperiũ, populus obediret, voluitque eũ tantũ vno regni folio præcedere, atque tulit annulũ de manu sua & dedit in manu Ioseph, vestiuit eum stola byssina, & collo torquem aureũ circumposuit, fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, vt coram eo omnes genu flecterent. Hoc eodem honore donatus Daniel à Nabucodonosore, audita explicatione ex sapientia eius somnij regnorum & monarchiarum: constitutusque est super sapientes Babylonis præfectus & magister<sup>g</sup>.

Achilles inter Græcos præcipuus, & consilio maior, Phœnicem suũ præceptorem ab Agamemnone ad se legatum missum, honorificè habuit, ei que dimidium regni sui detulit & dimidio honoris sui frui voluit, & ait apud Homerum Iliad. 9.

1097

*ἴσος ἔμοι βασιλεύει, καὶ ἡμῶν μέγρο τιμῆς.* id est, *Aequè ac ego regna, & dimidium partire honorem.* Naturale certe est beneficia suscepta si non possis saltè vt velis si posses rependere, à quib. accepisti<sup>a</sup> & nõ donatio, sed remuneratio dicitur quod tribuitur præceptoribus<sup>b</sup> quare si quid magnũ addiscimus ab illis, si mores probos, viuendi bonas regulas, si alios regèdi præcepta cõmoda, inæstimabilis cũ hæc sciẽtia sit, alio pretio numario<sup>c</sup>, nõ satis certè honorari possunt præceptores educatores & institutores, quibus hæc accepta referimus: nisi velimus videri omnem humanitatem exuisse, & induisse peiorem naturã quam insit feris, quæ armentarios & pastores natura dictante sequuntur & obtemperant<sup>d</sup> & ita colunt. Quin nemo est nostrum liberaliter educatus, cui nõ educatores, cui non magistri sui atque doctores, cui non locus ille mutus, vbi ipse altus ac doctus est, cum grata recordatione in mente versetur<sup>e</sup>, & ita nulli bonarum artium magistri, non beati putandi, quanuis consenuerint vires atque defecerint<sup>f</sup>.

6 Proeresum Armenũ rhetorẽ & professorẽ Atheniensem, è Galliis à Cõstante imperatore redeuntẽ, cũ varias ob dotes honorare decreuisset Romani, statua illi ex ære pari magnitudine consecrarunt, cũ inscriptione, Regina rex Roma, Regi eloquentiæ, vt testatur Eunapius in eius vita. Cũ iussisset oraculũ olim Romanis, vt sapientissimo & fortissimo inter Græcos statuas apud se locarẽt, ipsi duas in foro posuerunt: & pro fortissimo Alcibiadis, pro sapientissimo professoris publici Pythagoræ, sicut memorat Plutarchus, & Plinius<sup>g</sup>. Dicauit & Platonem Mithridates Ponti rex eius gloria motus, teste eodẽ Plutarco. Fuerunt cũ his alij professores publici statuis honorati, ob eximiam eruditionem qua alios instituerunt in disciplinis & artibus variis, quos recensere institua, vereor ne iusta breuitatis propositã excedã regulam, & idcirco sufficiet admonuisse, nõ tam presentes & viuentes eruditos doctores fuisse honoribus cumulosos, sed etiã & absentes & mortuos retinuisse penes põsteros laudis immortalitatisq; gloriã & honores. Nõ minus quã qui mechanicis inuentis reipublicæ vtilitatẽ auxerunt, quos superstites cumulatissimè & statuis antiqui, libris, & laudib. grato animo ita venerati sunt, vt & ipsi præmium meritum haberent, & alij ad similia procuranda, & ad promouendam reipublicæ vtilitatem eorum excitati gloria, imitarentur. Orbilio Pupillo Beneuentano, qui consule Cicerone Romæ etiam docuit in schola publica, maiore fama quam emolumento cũ pauper fuerit, statua ostenditur inquit Suetonius Tranquillus<sup>i</sup> in capitolio ad sinistrum latus marmoreo habitu sedentis & palliati. habuit & Verrius Flaccus, qui docendi genere maximè inclaruit, vltra quod ex schola in palatium ab Augusto translatus doctor nepotum, statuam Præneste in inferiore fori parte cõtra Hemicyclum: in quo factos à se ordinatos, & marmoreo parieti incisos, publicarat<sup>k</sup>.

7 Anno 1411. foelici auspiciu cõceptum est celebratissimũ literarũ gymnasiũ S. Andreæ in Scotia, postea Iacob. i. rex in Scotiã ex Anglica custodia reuersus, doctissimos quosque ad se ex omnibus regionibus euocauit, & conuenere tredecim doctores theologiæ, octo decretorum, ac multi alij doctissimi viri, infinitusque auditorũ numerus.

<sup>a</sup> I. sed est leg. S. cõsulat. de petiitio. ha. red. P.

<sup>b</sup> in l. Attilius regulus, de dona. lib. P.

<sup>c</sup> l. i. S. proinde de extraor. cognitio. lib. 50. P. tit. 13.

<sup>d</sup> vt ait Dionysius. Hælicar. in principio historia.

<sup>e</sup> Cicero pro Plancio. f. idem in Catoe maiore.

<sup>g</sup> Plutarchus in Numa, h. Plinius lib. 34. cap. 6.

<sup>i</sup> Suetonius de illustrib. grammaticis, numero 12.

<sup>k</sup> Suetonius ubi proxime num. 20.

*a* Hector Boetius lib. 16. *b* in l. i. de ad. sessoribus & domesticis & cancellariis lib. 1. c. tit. 51. *c* l. si de Tyrover. lib. 12. c. tit. 44. *d* in l. i. de agentibus in rebus lib. 12. c. tit. 20. *e* l. 2. de officio magistrorum lib. 1. c. tit. 31. *f* Plato Dialogus 9. de re publica. *g* Cicero 1. Tu scilana. *h* Iunianalis sa. 2. 10.

illos autem omnes aut sacerdotiis, aut magistratibus donavit.<sup>a</sup> Et secundum Diocletianum & Maximianum studiorum labor, meretur<sup>b</sup> ut hi qui in publicis administrationibus constituti sociari sibi confessoribus & domesticis & cancellariis lib. 1. c. tit. 51. patimur, dicebat Honorius imperator<sup>c</sup>, quemquam celsiorem gradum obtinere, nisi cui & laborum assiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragentur.

Accedit ex his utilitas reipublice maior, cum spe premiorum multi ad tollerandos labores etiam inuiti excitentur. & omnes accenduntur inquit Plato<sup>d</sup>, ad ea studia eaque frequentant, quae in honore sunt, quae vero nullo honore censentur, apud omnes iacent, ergo honos alit artes<sup>e</sup>, omnesque accenduntur ad studia, gloria.

*Quis enim virtutem amplectitur ipsam, Praemia si tollas?*<sup>f</sup>

8. Inter constitutiones Alexij Comneni, est constitutio 6. de doctoribus, per quam ex canone datur potestas docendi populo solis episcopis, & declaratur quod doctores magnae ecclesiae, nempe Constantinopolitanae, scilicet qui docere poterat per totam ditionem Constantinopolitanam, docuisse iure Patriarchae, hoc est ex autoritate & dignitate Patriarchae. Et ita ostenditur ex Nouella illustris domini Alexij Comneni quae describit quomodo & quana debent in ecclesiis eligi, & decernit omnibus doctoribus, tam his qui sunt extra ecclesiam, quam his qui sunt intra tres asperorum, (scilicet nummorum) libras, & frumenti medios quinquaginta, & addit, *Sit autem & hic doctoribus honor tributus, ut iterum in propriis ecclesiis, propter quas successerunt statim post officiales proximi Patriarchae asideant tanquam eius personam representantes. Audimus enim eum qui pontificis locum tenet, maximum gerere honorem: & nemo poterit ad hoc contradicere. Qui autem & verbo & opere digni sunt quorum ratio habeatur, & doctrina ministerium introducantur, & per docendi munera ad officia perducantur. Propterea enim, mortuo qui erat eo tempore Patriarcha, nec ipsi docere possunt.*

Ex qua Nouella mens imperatoris colligitur, & mos antiquus circa doctores seu magistros publice docentes, primum eos constitutos à Patriarcha, eiusque dignitatem representare, & ideo mortuo eo ab officio & munere quieuisse docendi: post officarios eius ceteros, in pede proximiores Patriarchae praecedere, Episcoporum dignitatem habuisse, stipendia & annonam à principe Laico nempe imperatore, eligendos ad hoc munus esse qui potentes verbo & opere, & ex hoc munere docendi, prosequendos ad officia.

Quae omnia sunt propemodum in privilegiatis Academiis seruata. Nam à summo pontifice in toto orbe, quemadmodum à Patriarcha in imperio olim constantinopolitano scholae publicae omnium bonarum artium literarum & iuris vtriusque diuini & humani eriguntur: & privilegiis & honoribus & immunitatibus donantur & eorum doctores officiarum & scholastici, à principibus, Laicis imperatoribus, regibus, rebus publicis, principibus & aliis salaria praebentur, seu honoraria: sibi auctoritate summi pontificis gradus conferuntur, & potestas docendi, legendi,

gendi, scribendi, & similium: addita etiam principis vel principum qui privilegia temporalia quoque concesserunt, mentione & licentia. Horum tamen aequalis nec tanta, qualis est pontificia. Et proinde honores qui debentur magistris privilegiatorum à summo pontifice academiarum, habent representationem magni patriarchae & summi pontificis Romani, cuius nomine dant potestatem & facultatem docendi & scribendi non tantum intra fines principis temporalis, in cuius ditione plantata est academia, sed sine fine & homine his verbis, *hic & ubique terrarum*. quod temporalis dominus loci ubi scholae vel gymnasium est doctorum, non facit. Et proinde ubi sunt Gymnasia quantumuis amplius finibus imperatorum vel regum, vel rerum publicarum, si non adfit autoritas aut approbatio summi pontificis, non possunt doctores potestatem docendi vel graduum collatorum privilegia extendere ultra ditionem temporalem: quia ius dicenti ultra territorium impune non paretur.<sup>a</sup>

Neque approbatio vnius principis, alios pares aut superiores vel eorum subditos ligat.<sup>b</sup>

Sunt itaque qui gradus conferunt & docent, auctoritate summi pontificis & principum, illorum vicarij, & dignitatis ita maioris participes. & quia Summi pontificis potestatem referunt, non mirum si à Comnenio Caesare aliis quibuscumque dignitatis gradibus, post officiales patriarchae, praelati sint in sede, exemplo sacerdotum seu episcoporum qui praeferi debent laicis quibuscumque, maxime quando doctores sunt iurium & iustitiae. nam singulariter in his principum etiam spiritualium & temporalium vices agunt, & sacerdotalem habent dignitatem, eo quod iustitia sancta est diuina & humana: unde vocantur professores sacerdotes merito. & ad sacerdotes pertinet etiam proprie, ut dicit nouella dicta, nempe ad episcopos docere, & labia sacerdotum custodiunt scientiam<sup>d</sup>, quorum munere funguntur & suppleunt vices eorum magistri doctoris suppleunt quoque principum secularium partes, ad principes enim pertinet etiam leges humanas ponere, easque interpretari & docere<sup>e</sup>. Illi autem concesserunt hoc munus sua auctoritate doctoribus & magistris electis, ad eam operam nomine suo praebendam.<sup>f</sup>

Plura conceduntur privilegia & prerogatiuae sacerdotibus, quae non tantum honori personarum quae sacerdotia gerunt, sed & maiestati Dei indulgentur: cuius sacris vacare sacerdotes oportet, ut dicebat Paul. Iurisconsultus.<sup>g</sup>

Neque est quod conqueri possint qui sunt in aliqua civili dignitate aut administratione constituti à principe, si illis doctores & magistri Legum praependantur in dignitate. Cum sciant se habere eosdem doctorum patres, & ipsi vel eo nomine eis filialem reuerentiam & honorem deferre debeant. Deinceps quod principis auctoritate, consilio tantum & testimonio doctorum iurisperitorum suorum, admittantur ad magistratus & legum exercitia, & ideo codillos graduum ab academiis ut testimoniales literas, principibus, vel eorum vicariis exhibere teneantur, iuxta sanctiones imperatorias<sup>h</sup>, & regias: quibus non nisi gradu aliquo aca-

*a* l. f. de iuris. omnium ad. P. *b* l. ille à quo, §. tempestiuum ad senatus. Trebel. 20.

*c* l. i. §. cuius de iustitia. & iure. *d* Malachia c. 2. vers. 7. e l. i. §. f. c. de legib. *f* l. circa finem vers. postea et vers. primus quidem D. Augustus. de origine iur. ex. pres. & in l. 7. c. de professori. & medic. lib. 10. tit. 54. *g* l. non distinquemus, 32. §. sacerdotio obueniente, de receptis arbi. lib. 4. P. tit. 8. *h* ex constitutio. leonis imperator. l. nemi ni licere, 11. de aduoca. diuersor. iudicior. li. 2. c. 11. 7.

demia insignitus, ad tractanda iudicia quæ propria munera regia sunt, admittatur. Nolunt principes qui solliciti sunt de salute publica & populi temere ad gubernacula eius sui loco subordinare imperitos: duplici enim peccato Deo obnoxij essent: & quod ipsi impares essent gubernationi, & quod secum impares & imperitos allexissent, quare e re publica arbitrati sunt antecessores legum, & institutores publicos cum condignis honoribus præficere, qui capaces eius scientiæ subditos redderent. Ridendi alioquin qui contemptis institutionibus & doctoribus, se putant ea quæ nunquam didicerint exercere posse. Sicut Marius apud Salustium de bello Iugurthino orationem habens ad populum, ridet eos qui magistratum suscipiunt antequam nouerint quæ necessaria sunt, & postea discunt & indigent monitore officij. Ita plerunque inquit euenit vt quem imperare iussistis, is sibi imperatorem alium quærat, atque ego scio Quirites qui posteaquam consules facti sunt, acta maiorum & Græcorum militaria præcepta legere cœperint, præposteri homines. Nam legere quàm fieri tempore posterius, re atque vsu prius est vt & factus sibi accidisse Gellius, sed magno cum officij sui iudicandi quod nouus acceperat & rudis honoris discrimine, nisi admonitus fuisset à Phaurino philosopho<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Gellius lib. 14. cap. 2.

<sup>b</sup> in l. unic. de professorib. qui in urbe Constantinopolitana docentes ex lege meruerunt comitiuam lib. 12. C. tit. 15.

<sup>c</sup> vide Eusebium lib. 4. de vita Constantini.

<sup>d</sup> l. unic. de comitibus & archiatris sacri palatii lib. 12. C. tit. 13.

<sup>e</sup> in l. unic. de comitibus & tribunis scholarum lib. 12. C. tit. 10.

9 Theodosius & Valentinianus Cæsares, dignitatem comitiuæ detulerunt professoribus publicis, post viginti annos expressa constitutione edita, adhibitis circumstantiis & qualitatibus quæ his verbis continentur<sup>b</sup>, *Grammaticos tam Græcos quàm Latinos, Sophistas & legisperitos, in hac regia urbe professionem suam exercentes, & inter stantinos connumeratos, si laudabilem in se probis moribus vitam esse monstrauerint, si docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi subtilitatem, copiamque disserendi se habere patefecerint, & cætu amplissimo digni fuerint æstimati: cum ad viginti annos obseruatione iugi ac sedulo docendi labore peruenerint, placuit honorari, & his qui sunt ex vicaria dignitate connumerari.*

Est comitiua titulus honoris à Constantino imperatore inuentus<sup>c</sup>. Vicarius equiparatur comiti & duci, & ideo comites professores inter duces & vicarios principes honore afficiuntur. Quod explicatum est expressè in exemplo archiatrorum, qui meruerunt comitiuam illam primi ordinis, per legem imperatoris Zenonis, vel vt alij putant Honorij & Theodosij. *Archiatros, inquit<sup>d</sup>, intra palatium militantes, si comitiua primi ordinis nobilitauerit gradus, inter vicarios taxari præcipimus, siue iam pridem deposuerint militiam, siue postea deposuerint: Ita vt inter vicarios & duces qui administrauerint, & eos qui comitiuam primi ordinis meruerint nihil intersit, nisi tempus, quo quis administrauerit, vel comitiuæ adeptus est insignia. Dat. xij. Kal. April. C. P. Lucio, V. C. Consule.*

Idipsum explicatum in aliis qui comitiuam primi ordinis meruerint, in alio magisterio aut præpositura etiam si postea non vtantur officio, vt æquiparentur comitibus Ægypti, & Ponticæ dioceseos & connumerentur inter eos qui duces prouinciarum fuerunt<sup>e</sup>.

10. Defendunt & merito maioris notæ iuris ciuilibus interpretes, hos comi-

hos comites literarios esse illustres<sup>a</sup> & non tantum spectabiles, si præclarè munere publico docendi perfuncti fuerint: quæquam possit aliquis inueniri qui contrarium sentiat<sup>b</sup>, sed perperam, cum non ideo tantum isti professores dicantur illustres, ex eo quod sint comites qui spectabiles forsan dici possunt, sed quia celebri fama, qua plures ubi cooptarunt in liberos regeneratione spiritali, ad virtutem, iustitiam & probitatem, ita omnibus profunt vt mentis tenebras illustrantes ipsi non minus illustres sint, quàm qui lucem ab illis accipiunt, & lumen de suo lumine aliis communicant. Illustris à luce dicitur: & doctores isti sunt repleti splendore sicut Sol<sup>c</sup>. Qui docti fuerint inquit Angelus ad Daniele<sup>d</sup>, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Et Fridericus imperator, *Dignum, inquit, existimamus, vt, cum omnes bonafacientes, nostram laudem & protectionem omnimodo mereantur: quorum scientia totus illuminatur mundus, & ad obediendum Deo, & nobis eius ministris. Vita subiectorum informatur quadam speciali dilectione, eos ab omni iniuria defendamus.* Et vt est apud Cassiodorum<sup>f</sup>. *Doctrina, quos ab imperitis discernit, sapientibus amica societate coniungit, cui per facile est ornare generosum, quæ etiam ex obscuro nobilem facit.*

Cneius Pompeius confecto Mithridatico bello, vt ante etiam dixi & intraturus Possidonij sapientiæ professione clari domum, fores percuti de mpre à lictore vetuit, & fasces lictorias submisit, is cui se oriens occidensque submiserat: ita nobilitatem scientiæ, præferens nobilitati armorum.

*De honorarijs seu stipendijs publicis professorum publicorum.*

## CAPVT III.

Republica est, vt publicis professoribus, ex publico quoque stipendia præbeantur, eaque talia sint quæ non tantum sufficere profitentibus, sed & quæ etiam ad honorem magis pertinere videantur, pro magnitudine & amplitudine reipublicæ vel principatus qui ea constituit: vt facilius ad id munus & lectorem viri præstantiores doctiores & magis probati alliciantur.

Publica collegia, publicæ academiæ, pauperibus sunt maximè vtilis, cum possint parentes ad eas mittere liberos qui gratis erudiantur, & sincera doctrina publicè probata instituuntur: ad docendum autem nemo facile prodit in publicum, quin vel sint illi iam quæsitæ sufficientes ad viuendum opes, vel ab discipulis, vel à publico mercedem reposcat. Sic Prodicus, qui nullum gratis erudit, sapiens quamuis habitus, semper habebat in ore, manus manum lauat, dans, aliquid accipe. vt tradit Xenocrates Platonicus<sup>h</sup>. Et leges ciuiles tradunt salaria & mercedes præceptoribus esse soluenda, non quas minimas, sed pro facultate patrimonij & dignitate discipulorum, & docentium<sup>i</sup>.

<sup>a</sup> vt Barthol. Bald. in proemio Pan. declarum per d. l. unic. in ff. ubi glossa de professorib. qui in urbe Constantinopolitana. C. plures citat Iohannes Neuius. Astenis lib. 5. Sylue nuptialis num. 36. & 37.

<sup>b</sup> vt Iason ad l. quecunque, numero 11. de officio eius cui man. est iuris. p.

<sup>c</sup> Barbatia ad c. postulasti, colum. 3. de foro competent. d. Daniel. 12. vers. 3. cap. fin. de magistris lib. 5. decretal. tit. 5.

<sup>d</sup> c. constituti habitus, ne filius pro patre lib. 4. C. tit. 13. f. Cassio. lib. 9. varia. cap. 7. g. Plinius lib. 7. histor. na. cap. 3.

Nibil æquius videtur etiam, quam vt qui altari seruit, de altari viuat & qui vineam colit & plantat, de eius fructu comedat, et qui ad onus eligitur, non debet repelli à mercede.

Sic Philostratus defendit vituperari non debere nec posse in Protogora, quod primus mercede docuerit: quæ enim nobis impendio constant, gratiora veniunt. Quamquam docere ob lucrum pecuniæ reprehensibile sit præceptoribus, vtpote qui negotiari de re quæ estimationem non recipit contentur, & ita merito improbatu sophista à Luciano qui mercedis totum causa docent<sup>b</sup>, sicuti non est prohibitum sacris vacantibus quippiam pro victu & labore capere: at simoniacum & iniquum habetur, si quippiam etiam magnum aut minimum pro rebus sacris quas tractant, vel sperent, vel petant, vel accipiant, quia iniuria Deo fit, si quis eius dona pecunia cum Simone Mago<sup>d</sup>, arbitretur æstimari posse.

Mos erat Iudæorum, vt mulieres de substantia sua præceptoribus ministrarent necessaria vitæ.

Temporibus quibusdam, super viginti celebres scholæ fuisse in vrbe Roma traduntur, pretia etiam Grammaticorum tanta, mercedisque tam magnæ, vt constet Lutatium Daphnidem, quem Lenæus Melissus percauillationem nominis *παιδὸς ἀγνῆα* dicit, ducentis millibus nummum Q. Catulo emptum, ac breui manumissum, Lucium Apuleium ab Efcio Caluino equite Romano prædiuite, quadringentis numis conductum, multos edocuisse.

Vespasianus ingenia maximè fouit: primus è fisco Latinis græcisque Rhetoribus, annua centena (scilicet sestertia) constituit & censetur sestertium 25 aureis nostratibus, vt ait Alcicates. vt appareat ad bis mille & quingentos aureos, singulis annis eum dedisse.

Lucianus quoque refert, M. Antonium imperatorem, singulis philosophorum cuiusque sectæ primoribus salarium non eximium constituisse, nempe *μυριας δραχμῶν*, id. decem denarium millia quæ faciunt nostræ monetæ mille aureos.

Quamuis etiam Augustus C. decreuerit ex publico salarium nemini tribuendum sine eius licentia, tamen ob liberalem artem & medicinam, tribuere non fuit prohibitum.

Vt nerui belli, pecuniæ sunt, sic studiorum generalium perseverantia, in stipendiis laborantium consistere videtur, quibus adeptis ipsi abeunt, vel contemnunt munus, & ignorantia & malitia rempublicam deficiente monitore depopulatur: quod discimus ex puluerulentis academiis quæ olim floruerunt, & auaritia principum caruerunt bonis doctoribus. Sic Iustinianus magnus, quamuis laudem meruerit in curanda emendatione iuris ciuilibus, tamen in hac parte magis videtur nocuisse reipublicæ sui temporis, quam per illam curam profuisse. Cum enim nimius esset in extruendis templis, atque ad eorum ædificationem infinitis egeret pecuniis, de consilio præfecti, stipendia liberalium artium olim magistris instituta in omnibus vrbus, sustulit. quas vacantibus literarum ludis, vt ait Zonoras, rusticitas inuasit.

2 Præclarè Athalaticus rex Senatui vrbs Romæ de stipendiis soluendi

<sup>a</sup> Lucian. de morib. philoso. & de his qui mercede docent. <sup>b</sup> actor. c. 8. <sup>c</sup> glossa ordina. <sup>d</sup> via ad c. 27. <sup>e</sup> Matthei ad verba illa, mulieres secuta erant Iesum à Galilæa vt ministrarent illi. <sup>f</sup> idem notatur à glossa ad c. 8. D. Luca. <sup>g</sup> Sueton. de illustrib. Grammaticis. <sup>h</sup> Sueton. in Vespasia. <sup>i</sup> Alcia. lib. 6. parergon in vr. c. 27. <sup>k</sup> Lucia. in Eunucho. <sup>l</sup> in l. 1. de prebendo Salarior. lic. 10. c. 11. 37. <sup>m</sup> in c. 1. de Accusatio ibidem.

uendis professoribus, in hæc verba scripsit. *filiorum causas iure ad partem cognoscamus remisisse personas: vt ipsi de illorum prouectu debeant cogitare, quorum interest studia Romana perficere. Neque enim credendum est, vos inde posse minus esse sollicitos, vnde & generi vestro crescit ornatus, & catui prouenit assidua lectione consilium. Nuper siquidem vt est de vobis cura nostra sollicita, quorundam susurratione cognouimus, doctores eloquentiæ Romana, laboris sui constituta præmia non habere, & aliorum nundinatione fieri, vt scholarum magistris deputata summa, videatur imminui. Quapropter cum manifestum sit, præmium artes nutrire, nefas iudicauimus doctoribus adolescentium aliquid subtrahi, qui sunt potius ad gloriosa studia per commodorum augmenta prouocandi. & postea statuitur, ne aliquid pro voluntate probantium relinquatur incertum, vt media pars stipendorum semestri anno soluatur, reliqua in fine anni, vt si quis cuius interest differendam putauerit hanc quasi debitam functionem, procurato more vsurarum ipse dispensa patiatur. Nam si scenicis dantur præmia, non sunt multo magis differenda his per quos honesti mores proueniunt &c. & cesset inquit illa satyrus doctoribus querulis, vsurpata sententia, quod duabus curis mens non debet occupari. Et Constantinus Imperator. Mercedem etiam professoribus & salaria reddi iubemus, quo facilius liberalibus studiis & memoratis artibus multos instituant. In consilio Lateranensi sub Alex. 3. c. 8. placuit vt per vnquamque cathedralem ecclesiam, magistro qui clericos eiusdem & scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium præbeatur. Confirmatum & auctum alio consilio generali Lateranensi sub Innocentio tertio c. 11. statutumque, vt in aliis etiam non cathedralibus ecclesiis si sufficiant facultates, constituatur magister scholarum idoneus, à prælato & capitulo, vel maiore parte eius electus, qui clericos ecclesiarum ipsarum & alios gratis, in Grammatica facultate instruat. Et Metropolis ecclesia nihilominus theologum magistrum habeat, quibus singulæ præbendæ dentur, quarum reditus, quandiu in docendo perstiterint, percipiant, quod ad à consilio Tridentino & aliis præclaris viris comprobatum fuit. In consilio Viennensi statutum quoque, vt professoribus linguarum & bonarum artium, de stipendiis conuenientibus prouideatur: in academia Romanæ curiæ, per sedem apostolicam: In Parisiensi, per regem Franciæ. In Oxoniensi, per Angliæ, Scotiæ, Hybernæ, Vuallæ: in Bononiensi, Italiæ, in Salmantina, per Hispaniæ prælatos, monasteria, capitula, collegia, exempla & non exempta, & ecclesiarum rectores, contributionis onera singulis, iuxta facultatum exigentiam imponendo, priuilegiis quibuscunque contrariis non obstantibus.*

Sic summi pontifices qui studia generalia erexerunt, non tantum de priuilegiis concedendis, sed etiam de stipendiis solliciti fuerunt: ne prætextu deficientium annonarum professores parum diligentes essent in exercendo munere, aut ne illud omnino intermitterent.

Eugenius 4. refert, studium generale fundatum fuisse Romæ cum eisdem priuilegiis quæ dantur doctoribus & scholaribus in aliis studiis generalibus commorantibus, & quod in Gabella vini forensis in

<sup>a</sup> Casiod. lib. 9. variarum episto. 21. <sup>b</sup> debet enim solui saltim media pars medio anno. Bal. ad l. per hanc, de aduoca. diuer. iud. C. A. lex. ad leg. de functo, de assessor: vel in principio anni secundum Bald. ad leg. 1. de iustia. c. vel saltem iuxta conuentionem & morem. <sup>c</sup> l. medicos, c. 5. de professor. & medic. lib. 10. tit. 52. <sup>d</sup> In c. 1. de magistris lib. 5. tit. 5. <sup>e</sup> relatu in c. quia nonnulli veroti. de magist. <sup>f</sup> consil. Trident. sessio. 5. de reformatione. c. 1. & sessio. 23. de reformatione. c. 18. <sup>g</sup> vidend. S. Thomas de hac questione. 2. 2. q. 100. artic. 3. ad 3. argum. Sotus lib. 9. de Iustitia. q. 6. ar. 2. ad 3. argum. de Tur. crema. ad ca. non solum. 1. q. 3. <sup>h</sup> Clem. 1. de magistris, lib. 5. tit. 1. <sup>i</sup> nam possunt relinquere lecturam si non soluatur stipendia argum. c. peruenit de

Iureiur. frangenti fidem, fides frangatur cum proponat, C. de pact.

tabernis venditi, illa aucta, etiam pro libra ultra tres adderentur solidi cum dimidio, pro salario doctorum, ad legendum in dicto studio doctorum, & in constitutione 12. Iulij 2. 5. kal. April.

*a in dicto Bullario.*

*b Leo 10. in bulla de officio privilegij & immunitatib.*

*doctorum & studentium in studio alius vr*

*bu Romæ, anno Domini 15*

*13. mensis No*

*vembrii & 1. anni sui pontificatus, & incipit, di sua-*

*uillimos ordi-*

*ne 2. constitutionum eius apud di. Cherubinum in dicto bullario.*

*c refert frater Angelus Capellanus in narratione seu historia, quam gallicè inscripsit. La vraye narration des assaux, defences, & promesses du royaume de Cypre &c.*

*d Lucius Attilius Regul. de donat.*

*e l. sed est lege §. consuluit de peti. har. P.*

*f l. i. §. proinde de extraord. cognitio. P.*

anno 1512. refertur prædicta constitutio Eugenij 4. nempe cum erexisset generale studium in vrbe Roma: & pro salario & aliis oneribus dicti studij addidisse gabellæ vini quæ solvebatur cameræ, ultra tres solidos, cum dimidio ad supplicationem Romani populi: quodque ad reformatorem constitutionem permissum fuisset illas gabellas vendere & pretium apud mercatores famulos & fidos dictæ vrbis deponere, quæ distribuerentur pro stipendio doctorum, & oneribus collegij generalis, & de residuo, domum aut collegium pauperum scholasticorum constituerent: ipse autem Iulius 2. id ipsum confirmat, statuendo nihilominus, vt moderato stipendio præstito lectoribus, residuum in opera quædam ibidem designata publica, & ad ædificationem collegij impenderentur. <sup>b</sup>

Confirmavit & rursus Leo 10. prædicti studij generalis Romani privilegia redditus & stipendia, & ultra voluit vt in posterum præter iâ constitutos professores, alij duo conductorentur doctores, quorum vnus, legeret in iure ciuili, alter in pontificio, alius in philosophia, seu medicina, eminentis literaturæ, cum salario iuxta eorum qualitatem taxando à rectore & reformatore.

3 Stipendia & redditus scholarum Turcicarum non constituuntur ex fisco aut redivo imperij per imperatorem, seu principem Turcam: sed oportet imperatorem aliunde ex noua acquisitione, vel additione facta imperij præstare: fuitque præcipua ea causa quæ mouit magnū illū imperatorem Turcarum inuadendi Cyprum & Nicetiam, quod videlicet valde cuperet ædificare Phanum quod dicunt *Almarat* cum sua schola & quam dicunt *mosqueam*, quod effecit post Cypri inuasionem in ciuitate Adrianopoli magnificentiori opere quàm esset ædificatum ante à Sultano Solimano patre, qui ædificauerat scholam seu *Almarat* post expugnationem Constantinopolis, quam dotauerat de redditibus quos percipit Turca à *Zigets* in Vngaria.

4 Stipendia seu salaria aut largitiones quæ soluuntur docentibus, non possunt iure de immensitate damnari, si consideremus ad remunerationem doctrinæ pertinere, & omnes ad remunerationem obligari natura <sup>d</sup>: doctrinam verò & scientiam maximè iuris ciuilibus & veræ philosophiæ tanti ponderis esse & meriti, vt nullo æstimari possit <sup>e</sup> atque ita hæc liberalitas ad taxationem facultatum & qualitatem reipu. & docentium, merito remittenda est: & cauendum tamen ne ambitiosa sint decreta municipum: & ne ita auara: vt rectè constituta diminuant: potius enim iactura pecuniæ parum facienda est, quàm doctrinæ, quæ excluditur non remuneratis præceptoribus: & potius detrahendum aliis publicis sumptibus, ad suppeditandum præceptoribus insignioribus, quàm parcitate stipendiorum mediocribus, vel vilioribus contentam esse rempublicam doctoribus. Siquidē vnus illustris doctor solus, plus potest vno anno ditare rempublicam à qua honorabilibus aduocatur stipendiis, quàm classici plures doctores per vi-

per viginti annos, si quidem nescio quæ vis inest in magnis animis & illustribus, quæ potest ex abditijs orbis angulis, homines ad se trahere, à quibus importatur aurum in vrbem vbi celebris doctor honorariis maioribus retinetur. Florentini Philippum Decium Mediolanensem Pisas iura profitentem, annuo stipendio mille quingentorum aureorum honorarunt, vt ipse testatur & eius epitaphium. Aliæ etiam academix præmiis maioribus viros percelebres ad se dum sapiunt atrahunt.

*De fundatoribus studiorum generalium.*

CAPVT V.

Multis rationibus vniuersalium studiorum fundatio & privilegij concessio, à solo principe pendere videtur, vel ipsa authoratio, si ab alio scholæ dotentur aut ædificentur. Sed maximè quia causa est publica, cuius gubernatio principis sollicitudini cōmendatur vel ei qui habet potestatem publicam, & proinde auditorium dicitur publicum, & principale seu imperiale. <sup>a</sup> Sicut & auditorium principis dicitur locus iudicij, vbi eius authoritate causæ & lites suis legibus deciduntur. <sup>b</sup>

Et Beatus Thomas <sup>c</sup> quoque, erectionem academix pertinere ad solum Papam vel Regem, vel principem dixit, cum ad eos qui regunt rempublicam tantum pertineat ordinare de nutritionibus & instructionibus iuuenum, in quibus exerceri debeant, & Aristoteles consentit. <sup>d</sup> & politia ordinat disciplinas quæ debeant esse in ciuibus, quales vnquamque discere, & quousque debeat. <sup>e</sup> Daturque princeps leges quam diu, donec, audire, morari, in academia liceat, & quo pacto leges aliorum principum doceri, & audiri permittat, quibus conuentionibus scholas admittat, & conseruaturum se eas polliceatur: quibusque privilegiis, an permittat gradus concedi, an verò solum legi, sine privilegiis, sine facultate graduandi, sunt enim hæc privilegia à summo pontifice, & pariter à principibus locorum impetranda.

2. Quando etiam Reges Gallorum consenserunt erectionibus academiarum seu scholarum legum Imperatorum aut vniuersitatum studiorum, semper adhibuerunt declarationē voluntatis: non ideo se intelligere admittere professionē iuris pontificij & ciuilibus, nisi vt possent ex arbitrio illis vti, sine vlla obligatione qua illa sequi tenerentur: & Carolus 5. inhiuit allegare leges Romanas contra consuetudines regni, quod & senatus Parisiensis aliquando prohibuit aduocatis. Id ipsum statuerunt constitutione aliquando Hispaniæ reges, sanxeruntque pœna mortis, ne quis leges Romanas allegaret. <sup>f</sup> Edixit etiam Alaricus rex Gothorum, ne quis vteretur legibus Romanis contra suas constitutiones. <sup>g</sup>

Nec est etiam alius rex qui vtatur monarchica seu absoluta potestate, cui obici possint leges Romanæ vt eas sequi teneatur. Siquidē solutus est legibus, <sup>h</sup> & de illis vt sibi æquū videbitur disponere potest, & aduersus proprias, multo magis aduersus exterorū regnorū sanctiones, de legib.

*a In l. uni de studiis libera-*

*lib. vrbi Roma, lib. 11. ca.*

*ibi habeat igitur auditoriū*

*specialiter no-*

*strum.*

*b l. lecta est, 40. de reb. credit. lib. 12.*

*c tit. 1.*

*d Thomas tractatu contra impugnantes religionē glos. ad §. nisi quoad di-*

*ctas duas partes, ad verb. vniuersitates de collatio. in*

*pragm. sanct. d. Aristotel. 10. Ethicor.*

*e Aristote. l. politic.*

*f Oldra. cōsil. 69. incip. cō-*

*suevit dubitari.*

*g Molina. in consuetu. feudor.*

*h l. princeps de legib. §. sed & quod principi, de iure natur. l. i. l. i. §. c. de legib.*

a in l. i. §. in tantum, de veteri iure enucleand. C.  
 b in proœmio pandectarū, §. hæc autē tria.  
 c Gregor. 9. in proœmio decretalium §. volentes, Bonifacius 8. in proœmio sexti decretalium.  
 d glos. ad legē x. C. de legib.  
 e §. responsa prudentium, de iure naturali.  
 f Pomponius in l. 2. §. i. di. Aug. de orig. iurū.  
 g Cic. in Bru.  
 h Cic. 3. de oratore.  
 i Cic. pro domo sua ad p̄t̄ific.  
 k l. 2. §. iurū civilis sciēt̄iæ. & §. post hos. T. Coruncanus de origine iurū. li. 1. P. tit. 2. Hic T. Coruncanus ad Teuc. an reginam Ilyriorū missus legatus contra ius gentium cum Pū. Junio interfectus fuit, unde statuat Rom. meruerūt Pl. li. 34. c. 6.  
 l l. 2. §. post hos. Q. Mutius de origine iurū. fuit hic Q. Mutius pontifex maximus. & augur, ut ait Cicero 2. de legibus & adilis, Cicero in Lelio, in suā Marij in Tyb. prolect. A. li.

quia imperio eorum qui iubent non subicitur: non magis quam graecorum vel Indorum, vel Arabum, & iudices alicuius regni liberi, non tenentur legibus aliorum obtemperare, quia lex dicitur mandatum quod seruari debet necessario a subditis.<sup>a</sup>

3 Quare quando ciuilia iura admittantur in scholas principū tractanda, non admittuntur vt leges, quarum proprium est iubere. sed vt iura, vel ex rationibus quæ videantur iustæ, & quæ hominibus ratione vtentibus suadere debent faciendum, vel vitare prohibendum, colligatur quid vtilius erit in republica constituenda & cōuenientius. Et licere sibi ipsis arbitrantur principes & respublicæ, quæ sibi quoque putarunt licuisse Romani, & qui rempublicam illorum administrarunt: dum ex legibus Atheniensium, Lacedæmoniorum, & aliorū quæ voluerunt probarunt & admiserunt iura: & quod Iustinianus etiam sibi vt principi licitum putauit, vt monarchæ inter sibi subditos, dum abrogatis quibusdam iurisperitorum libris & responsis quæ pro legibus habebantur, rescriptis & constitutionibus præcedentium Cæsaris, aliis autoritatē legis conferuauit, quatenus tantum in corpus suæ compilationis iurisprudentiæ transcribi obseruarique iussit, & tradi tantum in scholis regijs, seu publicis sibi subiectis.<sup>b</sup> Quemadmodū quoque summi pontifices, eadem autoritate vsi sunt, & abrogatis decretalibus constitutionibus & aliorum pontificum quorundam canonibus & sanctionibus, iusserunt subditis sua autoritate digestis in corpus iuris pontificij constitutionib. in iudicijs & in scholis publicis vti.

4 Quare nunc docentes in academijs iura vtraque, quatenus ex potestate concessa docent, iura quidem ciuilia explicant, sed non definiunt: neque eorum sententia est necessaria, sed tantum probabilis,<sup>d</sup> abrogatis priuilegijs antiquitus concessis, interpretibus iurisprudentiæ, quorum aliquando responsa vim legis iudicibus imponebant. Et cum prius liberum esset & facultas cuique de iure ciuili respōdendi, & illud profitendi: primus Augustus Cæsar, vt maior iuris autoritas haberetur, constituit vt ex autoritate eius de iure, certi responderent. Adrianus autem eis omnibus qui sui fiduciam habent, de eodem respondere concessit. At concessit Tiberius Cæsar Sabino.<sup>e</sup> Sed nec eo solo modo uariata in republica institutio iuris ciuilis & scholarum eius sed pluribus alijs antea, & post ex arbitrio & promissione gubernatiū. Et quidem Titus Coruncanus, qui fuit orator & pontifex maximus<sup>h</sup> Ethnicorū Romæ, & pontificij iuris eorū peritissimus<sup>i</sup> primus Romæ iuris ciuilis scientiam professus est, cum cæteri adhuc vel in latenti ius ciuile retinere cogitabant, solūque consultatoribus vacare, potius quam discere volentibus se præstabant.<sup>k</sup> Sed nec adhuc ius ciuile cōstitutum quod postea constituit Q. Mutius Publij filius, pōtifex quoque maximus, & generatim in libros 18. redegit. expressit & summus pōtifex Honorius 3. non receptam lectionem iuris ciuilis in scholis Parisiensibus seu studio generali, quia inquit, ibi nec in vicinis ciuitatibus obseruaretur, cum tamen appareat ex vicinis academijs Aureliacensi & Biturigeni, iura ciuilia legi & audiri & explicari.<sup>l</sup>

5 Cæterum sunt quædam communia summo pontifici & principib. locorū in quib. sūt instituendæ academię seu scholę priuilegiatę aut generalia studia: quædā separata. Morū & fidei docentiū consideratio

ad vtroque pertinet, & vt sana inducatur vel instituat̄ doctrina, dicatur & doceatur. Et sic principes egent in spiritualibus auxilio summi pontificis, & in temporalibus pontifices principibus secularibus.<sup>a</sup> concedit vterque princeps spiritualis, & secularis de suo priuilegio quę scholis communicantur. Et quauis quædam vniuersitas seu schola quædam sit tantum secularis, quædam tantum ecclesiastica:<sup>b</sup> nempe ecclesiastica, si plures sint ibi clerici quàm seculares seu laici: aut si pares numero, quia maius dignum trahit ad se minus dignum:<sup>d</sup> vt contra seularis in qua plures sunt laici: Tamen nihilominus princeps secularis potest concedere priuilegia etiam Ecclesiasticis, quemadmodum & concedit Ecclesijs ipsis: ratione tēporalium possessorum, cum in spiritualibus nō habeat potestatem, nec in rebus semel Deo deuotis & consecratis. <sup>e</sup> Potest & tutela defensionis que ab omni vi externa suscipi à principibus secularibus. studiorū spiritualiū finis omnibus communis, iuuare rempublicam peritorum hominum sapientia, prudentia & consilijs, reuocare mētes hominum à vitijs & malis moribus, præceptis & optimis institutis, regulisque viuēs. Sicut tempore Semiramidis & quarti regis Assyriorum, Sarron regnans apud Celtas, vt cōtineret ferociam hominum, publica literarū studia instruit & apud Thyfcones, seu Germanos Inghaennon. Si credamus Beroso.<sup>h</sup>

a c. quoniam idem 8. & sequentibus 10. distict.  
 b Glossa ad §. ut quo ad distictas duas partes. ad verbū nominare de collatio. in pragma. sanctione.  
 c Argument. l. queritur, & statu hominū. in 20.  
 d c. quod in dubijs, de consecretio. Ecclesia.  
 e c. in synodo, 63. distict. gloss. ad c. audis, de in integr. restitut. gloss. & Innocent. ad c. audis. de præscriptio.  
 f ut in cap. quo iure distict. in cta. anst. cassa, de sacrosanct. Eccles.  
 g c. bene quidem, 96. distict. c. ecclesia sancta Maria, & constitutio.  
 h Berol. lib. i. Matthei c. 5. vers. 14. Mar. 4. vers. 21. Luce 8. vers. 11. & c. 11. vers. 33.

De loco vbi docendum sit, vel scholæ adificanda sunt.

CAPVT VI.

Q Via scholæ ad vtilitatem publicam introductæ sunt, ad commode erudiendos omnes qui velint hoc beneficio vtī, & se ad iuuandam causam publicam accingere: Idcirco generaliter locus talis eligendus erit, ad quem conuenire vndique possint studiose, & vbi facile commorari & exerceri possint, vt fructuum copia, vel commerciorum sit facilitas, & aeris alimētorum salubritas & hominum commoditas, & si omnia concurrere non possint, talis certe eligi poterit, qui maiori commoditate fruatur. Nam studia vniuersalia, vel requirunt iam locum celebrem, vel si talem non inueniant, talem certe si bonis institutis & præceptoribus instruantur, breui tempore reddere possunt: cum non possit latere solis iubar, & nemo accendat lucernam vt ponat eum sub modio sed super candelabrum, vt luceat omnibus sunt docentes lux mundi, & non potest ciuitas abscondi supra montem posita.<sup>i</sup> Si enim vox docentium in omnes fines vrbis exeat, vna cum illa & locus vbi doceant celebrerur & fama honoretur dignissima necesse est, quamuis alioqui esset incognitus, obscurus & remotissimus. vt enim magnetis mōtes, etiā vbi sint pluribus incogniti, aciem chalybis fricatam ad suas vertunt partes, sic eruditio docentium insignis, ex quacunque orbis parte, si non omnes, saltem præcipuos ad se remotissimos etiam pertrahit, alios & in sui admirationem conuertit. hocque modo factum, vt tot præstantissimi viri in diffitas & veluti extra orbem ablegatas nationes, cum studio discendi peregrinati sint, & contemptas & incognitas sedes proprias suis reddiderint præclaras.

a Diog. Laertius lib. 3. in Platone.

Plato<sup>a</sup> audito Socrate postea Megaram ad Euclidem cum aliis aliquot Socraticis discipulis se contulit: Hinc Cyrenem profectus, Theodorum Mathematicum audiuit. tum deinde in Italiam ad Pythagoricos Philolaum atque Eutyrum concessit: Ab his se in Ægyptum ad prophetas sacerdotisque recepit, regressus Athenas Academiam illustrauit.

Indiam nobilissimam reddidit Hiarchas & alij Brachmanæ, Gymnosophistæ, Æthiopiæ. Illi Apollonio Tyaneo, de suo lumine dederunt splendorem, ille vero illis & sibi & patriæ veluti immortale nomen: is enim Apollonius rex Tyana ciuitate græca in finibus Cappadociæ philosophus Pythagoricus, intrauit Persas, pertrāsuit Cauciam Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima Indiæ regna penetrauit: & ad extremum latissimo amne Phisone trāsmissis, venit ad Brachmanas, vt Hiarcham in Throno sedentem aureo, & de Tantali fonte potantem inter paucos discipulos, de natura, de moribus syderum ac dierum cursu audiret docentem. Inde per Elamyas, Babylonios, Chaldeos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnicæ, Arabes, Palestinos, reuersus Alexandriam perrexit Æthiopiæ, vt gymnosophistas & famosissimam solis mensam videret in fabulo.

3 Scio opidula in germania & alibi, ante plantata studia generalia priuilegiata vsque adeo fuisse obscura, vt vel geographi noluerint aliquo vel exiguo loco in suis tabulis honorare, quæ nunc & opibus & dignitate (quæ omnia ex concursu studiosorum orta & propagata sunt) cum regniis principalibus & ciuitatibus certare possint, & cæteris gloriam suam vt compatriotis non minimam contulerunt. Et quia & loco accedit dignitas & vtilitas & immunitas professorum ex studiis generalibus electio eius ad principem pertinet locorum, quibus velit hoc beneficium concedere, & in quibus sibi melius videatur studia coli. Et vt talem locum deligat in quo minus sit timendum de coniurationibus & proditiionibus patriæ. Siquidem cum ad studia generalia priuilegiata liber pateat omnibus tutusque aditus, & priuilegiatus, ad principem vel ad eum qui curam habet reipublicæ pertinet prospicere, vt is locus sit studiis dicatus, in quo prætextu studiorum proditio vel subuersio reipublicæ non possit parari, & vbi facile possit aduersus eandem prouideri. Ne etiam doctrinæ alibi clam doceri possint. Quod Iustinianus propria constitutione edixit<sup>d</sup>, post compositionem Institutionum, pandectarum & Codicis iuris civilis. Hæc autem inquit tria volumina à nobis composita, tradi eis (discipulis) tam in regniis vrbibus, (Constantinopolitana & Romana) quàm in Berytensium pulcherrima ciuitate, quam & legum nutricem bene quis appellet, tantummodo volumus. quod & iam à retro principibus constitutum est: & non in aliis locis, quæ à maioribus talè non meruerint priuilegium. Quia audiuius etiam in Alexandrina splendidissima ciuitate & in cesariensium, & in aliis quosdam imperitos homines diuagari, & doctrinam discipulis adulterinam tradere. quos sub hac interminatione ab hoc conamine repellimus: vt si ausi fuerint in posterum hoc perpetrare, & extra vrbes regias, & Berytensium

b D. Hieronymus epistola ad Paulinum Presbyterum, & Philostratum per libros 8. de vita Apollonii.

c l. si duas habent. 6. §. est autem de excusator. li. 27. P. ii. l.

d in proemio pandectarum §. hoc autem tria.

metro-

metropolim hoc facere, denarum librarum auri pœna plectantur, & reiciantur ab ea ciuitate, in qua non leges docent, sed in leges committunt.

Celebres Athenæ magis ex cultura studiorum quàm alia quacunque causa. Vt etiam quidam Græcorum eas dixerunt *ἡλαδος μυσίον μυσέον* Græcia, Pindarus culmen, & firmamentum, seu *ἑρεισμα*, Thucydides *ἡλαδος ἡλαδος*, Græciæ Græciam Pythius, Vestam Græcorum, & Prytaneum<sup>a</sup> cum loco magis celebritatem addunt præfecti doctiores.

Et nomine clari vt locum in suburbano nemorosum herois Academij, Plato celebrem docendo fecit, vnde & Academia eius schola, & discipuli Academici dicti fuerunt<sup>b</sup>.

Alium Lyceium locum Gymnasij iuxta Athenas quoque Aristotelis schola nobilitatū est, vnde & Aristotelici distinctionem acceperunt, vt Stoici ab Stoa, seu porticu, in qua Zeno primus suæ sectæ author philosophiam docebat.

4 Rursum, in illis etiam vrbibus in quibus permixta sunt scholæ, illæ debent esse publicæ, & in publico loco positæ, non in priuato. Quæ de relex Theodosij & Valentini c. c. qui prohibent<sup>c</sup> alio loco quàm in capitolio Romano magistrōs docere, aut alibi colligere discipulos publicè, & professoribus publicis vetant, priuatim etiam docere, aut alibi quàm in auditorio publico. Illos vero qui intra priuatorum plurimorum domos eadem exercere priuatim studia consueuerunt, si ipsis tantummodo discipulis vacare maluerint, quos intra parietes domesticos docent, non prohibent. sed permittunt, quo loci perpendo illa verba si eadem studia priuatim doceant, quæ publicè docentur, alioquin alia studia vt prohibita docere aut discere etiam priuatim multo magis non permitteretur.

Dominus noster IESVS CHRISTVS interrogatus à magistratu, de doctrina & de discipulis adiecit pro innocentia & puritate doctrinæ suæ<sup>d</sup>. Ego palam loquutus sum mundo, ego semper docui in synagoga & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt: & in occulto loquutus sum nihil.

Vetus Francorum consuetudo sub quercu<sup>e</sup> palam & publicè docere discipulos.

Locus publicus factus ex priuato Athenis studiorum et scholæ Platonice Academia, locus<sup>f</sup> in suburbano nemorosus, à quodam Heroe Academia appellatus ita factus publicus.

5 Carolus magnus iussit episcopis & Archiepiscopis, scholas publicas per vrbes certis & commodis locis statuere. tamen statuit de schola non habenda in monasterio, nisi de his qui oblati fuerint<sup>h</sup>. Forſan ita voluit, ne tumultu confluentium scholasticorum, et diuersitate scientiarum, quæ in studio generali viget, monachi seu regulares discerent: quæ ad regulæ ordinem non pertinerent, et ne ea quæ interdicta sunt etiam claustralibus et presbyteris addiscere, vt leges seculares, et medicinam<sup>i</sup>.

Novæ in exercitiis monasticis quibus se cōsecrauerāt, cōcursu seculariū

a Celsus Rhodiginus lib. 18. variatū c. 26.

b Diog. Laertius lib. 3. in Platone.

c in l. uni. de studiis libera libus vrbis Roma. li. 11. c. 18.

d D. Iohannis euāgelio c. 18. vers. 20.

e Tritemini lib. 1. breuiarij historia Francica in 25. rege.

f Diog. Laertius lib. 3. in Platone.

g lib. 2. capitulariorum Caroli Magni, c. 5.

h in additione prima ad libros capitulariorum c. 45.

i c. nō magno pere. 3. c. f. cler. vel monach. secula.

negot. se immisceant lib. 3. decretal. si. 50.

cholasticorum impedirentur. Sunt tamen qui arbitrentur in monasteriis olim scholas non modo sacrarum tantum, verum etiam profanarum literarum fuisse, quo pacto id doceant tamen certum non video: neque posse se mutuo comparari vix assequi possum, laborare in bono & asino, hoc est cum hominibus diuersæ religionis quanquam non inficiat, ex diuersæ professionis viris doctis, collegium institui posse ad docendum, cuiusmodi sunt composita vniuersa ferè studia generalia privilegiata: in quibus & theologi præceptores & doctores, & canonum seu iuris pontificij, & iuris ciuilis, medicinæ artium uel liberalium professores coniunguntur, separatiq; sua quisque suis discipulis diuersæ professionis docent: sed aliud est præceptores regulares & seculares in vnum corpus coire, ad docendum: aliud vniuersam scholam in religionum monasteria transferre: nam solitudo monastica & vacatio propria monasticam regulam professorum, sic interpellatur, & per varia quæ apud se sunt distrahitur.

Probo etiam optimum morem antiquorum, qui curabant pueros in prima institutione apud monasteria relinere, vt pietatè & religionè cultumque Dei à pijs hominibus haurirent, & exempla viuendi acciperent etiam à magistris non loquentibus: at postquam satis imbuti pietate videbantur, non ibi literas legesue ciuiles ac pontificias haurisse existimo.

Sunt etiam quædam scientiæ, quæ possint doceri in monasteriis & disci, primæ inquam quæ parant iter ad ipsam theologiam, & theologiam ipsa, & illarum schola etiam potest & cura demandari monasteriis. Sic Rabanus in Fuldenfi cœnobio non solum sacras literas docuit monachos, sed etiam artes, & possunt & collegia esse regularia, & à regularibus regi. Item & gymnasia quæ inuentus sunt circa leuiiores scientias, in quibus non agitur de studiis vniuersalibus privilegiatis non dubito fuisse aliquando in monasteriis ad conseruandam pietatem. Sicut & narrat Bateus, Gregorium Magnum, gymnasia Britannorum transfuisse ad monasteria, ad hæresim Pelagianorum quæ in scholis tradebatur, extirpandam.

Admitto etiam & humaniores literas & scientias tractatas fuisse in monasteriis sub pijs & doctis monachis, quo tempore maximè religionis ortus id suadebat ne abuterentur discipuli ad perniciem religionis maximè in Germania.

6 Quare circa annum 1237. notatur ab Henrico Pantaleone 'Friedericum 2. Cæsarem, cum ad illud vsque tempus monasteria bonas artes & omnis generis linguas docuissent, sed tunc magna pars monachorum ignauia & otio dediti degenerassent, fundamenta Viennensi dedisse scholam cui addita priuilegia postea Cæsari & pontifici: & hæc deinceps renouasse Albertum Archiducem, anno 1366. & Rodolphum eius nominis 4. anno 1366. perfecisse. Ex quo tempore secutæ sunt eius exemplo alia plures liberalitate principum, & imperatorem fundatæ & erectæ in Germania, Polonia, Galliis & alibi.

7 Videtur Honorius 3. interdixisse legum ciuiliu & imperatoris interpretationem in Francia, sua constitutione super specula 28. de priuileg. li. 5. ti. 33. his verbis, Sane licet sancta ecclesia legum secularium tamen

a Triennium de Hirsangie cœnobio.

b Bateus. Cœturyia. 13. scripto in Britanorum.

c Henricus Pantaleon in profopopei. de viris illustrib. Germania. parte 2. in Henrico vita Viennensi isque refert per singulos tomos, academiæ fundatores & tunc. Sicut & Niddendorpt. proprio libro de academiis ex professo.

non respuat famulatum, quæ æquitas & iustitiæ vestigia imitantur: quia tamen in Francia & nonnullis prouincijs laici Romanorum imperatorum legibus non vtuntur: & occurrunt raro ecclesiastica cause tales, quæ non possint statutis canonicis expediri, vt plenius sacra pagina insistatur, &c. Firmiter interdiciamus & districtius inhihemus ne parisijs vel in ciuitatibus seu alijs locis vicinis, quisquam docere vel audire ius ciuile præsumat: & qui contra fecerit, non solum à causarum patrocinij interim excludatur, verum etiam per episcopum loci excommunicationis vinculo innodetur.

Cæterum illa decretalis aliter intelligitur à Rebufo<sup>a</sup>, quam vt absolute prohibeatur lectiones ciuilis iuris omnibus in Francia parisijs, & vicinis, locis siquidem contextus illius decretalis agit de personis ecclesiasticis, & causis quæ possunt terminari canonibus. estque veluti pars alterius decretalis, super specula, de magistris, & c. non magno perire 3. ne clerici vel monach. secularibus nego. se immis. quibus locis prohibitum fuit monachis, & alijs religiosjs personis, claustrum exire ad audiendam medicinam seu physicam & leges discendas, id ipsumq; presbyteris. Quibus accessit decretalis super specula, de priuileg. tanquam pro ratione, nempe quod personæ ecclesiasticæ, non tam indigent legibus ciuilibus, quantum canonicis, & sacra theologia: maximè cum etiam Laici in Francia, nempe Parisijs & locis vicinis vtantur iure consuetudinario non legibus ciuilibus. Ideo multo minus necessariæ sunt illæ leges ecclesiasticis personis. Deinde & datur alia ratio, quod Academia Parisiensis præcipuè instituta est pro sacra theologia, & ideo vt liberius & diligentius sacris literis eo confluentes clerici vacare possint, prohibetur lectio publica iuris ciuilis, ne illius curiositate à Theologia distrahantur. Sed neque etiam leges explicari vetatur, quæ faciant ad iuris pontificij explicationem, quales sunt quæ in ius pontificium translatae sunt, & dicuntur canonizatae. Pluræque alia addit Rebufus, quæ apud illum legenda erunt de permissione lectionis iuris ciuilis in scholis parisiensibus.

8 Sunt autem alioquin ita iura ciuilia & canonica connexa, vt vix alterum sine altero intelligi nequeat. neq; etiam iura ciuilia sine theologia & canonibus syncerè explicari possint. Et ita è republica censeatur esse, vt semper aut ferè semper, tres istæ facultates iuris diuini, & humani, in iisdem scholis seu studiis generalibus doceantur. quilibet tamen auditorum quod sibi magis expedire seu vacationi futuræ præcipuè videtur, diligentius tractat, alijs autem veluti auxiliarijs vtitur & accessoriè. Sic theologus ius ciuile discit in quantum exigit eius speculatio, & Dei voluntas, quæ & iubet principum leges veluti Dei ore vel spiritu promulgatas, seruari, vtque dirigere conscientias possit. quare etiam Summistæ & casus conscientia tractantes, eas non dedignantur, neque ipsum ius pontificium<sup>b</sup>. verum theologus non discet leges, vt in foris secularibus illas exercent.

Sic auditor & professor iuris ciuilis, canones & theologiam discet, vt si quæ sint in legibus quæ iuri diuino aut pontificio videantur obesse, corrigat & omittat, vel dubia secundum ius diuinum explanet, non autem vt ius diuinum profiteatur.

a Rebufus in tracta. nominationum q. 5. num 15. & sequentibus.

b c. de oper. noui nuncia. & in decreto Gratiani, et decretalibus, sub plures leges canonizata & in tota 10. distinctione probata.



Sic enim colligatæ sunt iuris facultates & effectus, vt seorsim simpliciter & nudè considerari sine aliis nequeant, & ratio est, quia ille vel ad animam vel corporis viuientis hominis directionem & societatem pertinent. In hoc autem seculo homines viuentes, non sunt sine corporis & animæ coniunctione, & pròinde quæ ei conueniunt quamquam præcipuè alteram eius partem respiciant, tamen cum altera communicent necesse est, non enim veri iurisperiti, aut administratores reipublicæ circa nudas abstractiones seu ideas versantur, sed ad suppositum corpus viuificum leges suas & actiones accommodant. Iuris canonici sanctitas itaque ciuilibus sublimitate decoratur, & iuris ciuilibus maiestas, canonum autoritate firmatur, & qui non sapit in vtròque vt verbis Bald. vtar, <sup>b</sup> non habet tantam dulcedinem. At sicut ex physica & pontificij cognitione, fit bonus iurisperitus. Et Cicero 3. de oratore ait, nudos ad rempublicam gerendam venire, qui solam habent scientiam legalem, nisi quoque ius pontificium nouerint, quod est coniunctum. Et Pomponius in l. 2. §. deinde ex his legibus, de orig. iuris lib. 1. P. tit. 2. omnium legum interpretandi scientiam & actiones, apud collegium pontificum olim fuisse tradit.

9. Sunt nihilominus arbitraria principibus ecclesiasticis & secularibus vt loca, in quibus velint scholas priuilegiatas constitui, ita & quas ibi velint tradi scientias, siue omnes, siue certas. Quamuis enim omnes habeant commune vinculum, & constituent Encyclopediam, non tamen sequitur debere in vno eodémque loco tractari, vel doceri: possunt enim in diuersis disci & doceri, neque ideo minus vniuersitas priuilegiata in Gallia aut alibi dicetur, si modo priuilegia concessa sint, qua ibi omnes artes vel studia omnia non tradantur. <sup>c</sup> Sunt enim scholastici & doctores qui faciunt vniuersitatem & non diuersitas scientiarum. <sup>d</sup> Possunt adiungi semper, scientiarum diuersarum professores, iam introductis professionibus, vt iisdem potiantur priuilegiis quibus iam fundatæ, non secus quàm noua studia aliis locis cum iisdem priuilegiis quibusdam potiuntur antiquæ academiæ, sunt quippe hæc iuris positiui, quæ mutari & augeri, vel tolli possunt arbitrio eorum qui potestatem habent, maximè noua orta iusta causa. Quemadmodum c. Theodosius & Valentinianus professoribus artium liberalium priuilegiatis qui in ciuitate Romana & Cōstātinopolitana docebāt addiderūt professores philosophiæ, & legū doctores, & Clemēs 5. cōsiliūue Viennēse, aliis addiderunt professores linguarū, Arabicæ, Græcæ, & Chaldaicæ. <sup>f</sup>

10. Fuit etiam necessaria loci in vrbibus electio, vel in certis aliis locis, vt fixa essent studia & euitaretur diuagatio scholasticorum & doctorum, vt merito priuilegia quæ irrogātur scholasticis, non tribuantur alibi quàm in locis vbi exercitia priuilegiata sunt studentibus, <sup>g</sup> Si tamen accideret pestem in loco studij grassari, tunc possent scholastici & professores, in quandam vicinam ciuitatem aut opidum secedere, illòsque tunc committentur priuilegia similia, quæ erant data studio generali in <sup>h</sup> loco electo.

Quod

Quod multo magis admittendum si hæresis, quæ peste deterior, ibidè grassaretur, tamen licentia esset summi pontificis, vt arbitror, postulanda, & principis temporalis. Sic vniuersitas Pragensis, quam Carolus 4. imperator crexerat, translata est, ex Bohemia Lipsiam Misnæ ciuitatem, distantem à Praga itinere trium dierum magistris & discipulis Theutonici generis iureiurando adactis, vnoque die eam sequutus quo tempore Ioannis Hussi Pragenses fuerunt dogmatibus imbuti.

11. Debet & rursus locus esse publicus qui ab omnibus liberè adiri possit, vt qualis sit doctrina quæ disseminetur & doceatur appareat, cessentque clancularij præceptores, <sup>a</sup> qui circumferant auditores & peruersis & improbatis doctrinis, aut non solidis imbuunt neue duplici onere grauentur postea præceptores & doctores probati: nempe in docendis malè traditis, & docendis quæ disci debent.

Et cum pontifex interrogaret Christum de discipulis & de doctrina, respondit ei I E S V S, ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil. <sup>b</sup>

Et certè periculosa est permissio priuatim docendi, vel ex eo maxime quò indocti sibi tantum arrogent, vt cum ignorent quæ docenda sint sibi persuadeant errores verà esse scientiam, & ita superbia quæ innata est ignorantibus, auditores decipiant. etiam veris professoribus & peritis prætermisissis & suggillatis.

12. In deligendo loco certo auditorij ciuitatis electæ, adhuc danda opera, vt is quantum commoditas ciuitatis patietur, sit salubris & separatus à tumultu transeuntium, maximè curruum seu plaustrorum, ne interpellentur docentes aut discentes, neque priuatorum singularia artificia ita erunt consideranda si officiant, quantum vtilitas publica, quæ semper præferenda priuatis <sup>c</sup> si aliter consuli nequit publicis. Et proinde contra regulas iuris communis <sup>d</sup> cogitur quis inuitus vendere locum scholis ædificandis aptum & conuenientem <sup>e</sup> neque licet ædificare contra scholas, si obscurantur lumina earum, quauis nulla seruitus expressè ea de re sit constituta. <sup>f</sup> Sic compelluntur malleatores, seu fabri cuiuscunque materiæ, obstrepètes iuxta scholas, vel sedere seu quiescere, vel domibus seu ergasteriis iuxta scholas, vel collegia scholasticorū, positis cedere, <sup>g</sup> quanquam regulariter, nemo inuitus extrahi possit vel debeat de domo sua, <sup>h</sup> quæ cuique tutissimum debet esse refugium, & alioquin censeatur esse iniuria, si prohibeatur dominus re sua liberè vti vel in domo sua liberè agere aut operari <sup>i</sup> imo quaquā videatur artes fabriles esse vtilis reip. <sup>k</sup> Siquidè tātus studiorū habetur fauor, & nobilitas

venna numero 5. Bald. column. antepenultima Roma. nume. 31. Alexand. 51. Socin. nume. 64. Iason. numer. 45. soluti. matrimo. P. Specu. titul. de feriis, §. sequitur. numer. 4. C. polla tracta. de seruitutibus. vrbano. pradiorum, capite 43. numero 3. 4. l. nemo de domo sua, de regulis iuris P. l. plerique, de in ius vocando P. l. iniuriarum actio. 13. §. si quis proprium seruum. 24. de iur. libro 47. P. titulo 10.

maior censetur, vt concurrentibus fauoribus vtilibus, quod magis vit  
 a *l.observare.* le melius & nobilius sit, perferatur<sup>a</sup>.  
 §. *proficisci, de* Apud Persas schola publica erat, in qua boni mores & bene beatq;  
 offi. *proconsul.* viuendi artes docerentur, vocabant *ἐλευθέρων ἀγορὰν, l. forum liberum<sup>b</sup>.*  
 l. *exigendi, c.* à quo mercatores abstinebant, nec ibi erat forum venale<sup>c</sup>, sed erat Re-  
 de *procura.* b *Xenophon.* gia, palatium, iudicium prætoriam, auditoria, secretaria, magistratuum  
 lib. 1. *Cyropæ-* conuentus, curiæ denique loca, in quibus principes viri ad ius reddend-  
 dia. dum, docendum, interpretandum, iuuentutisque mores efformandos  
 c *Straboli. 15.* confidebant.<sup>d</sup>  
 geogra.  
 d *Xenophon.*  
 dicto lib. 1.

De priuilegiis studiorum.

CAPVT VII.

**P**ropter vtilitatem publicam, singulari iure multa introducta sunt  
 in fauorem personarum & reru, quæ alioquin communi regula cæ-  
 teris denegantur. nō enim tanta seruat inter homines & res societatis  
 publicæ æqualitas, vt pari modo omnia singulis arithmetica propor-  
 tione communicentur: quemadmodum etiam, non omnibus eadem  
 officia non eadem merita, neque idem honos. Quare multis rationi-  
 bus, studiis generalibus locis eorum & personis docentibus & discen-  
 tibus, rebuque illorum, priuilegia & immunitates conceduntur, quæ  
 aliis non studentibus aut non docentibus, vel aliis locis quam studio-  
 rum non tribuuntur. Atque iam præcedenti capite de priuilegiis qui-  
 busdam circa locum scholarum dictum est. nunc autem alia quædam  
 circa alia paucis hoc capite admonebimus cum ad institutionem reip.  
 pertineant.  
 2. Primum ipsa studia digna sunt priuilegio, quia singulari etiam do-  
 no Dei fuerunt hominibus vel reuelata, vel excitata: ex quibus rationis &  
 mentis imago diuina apparet, & tanquā domina actionū corporalium,  
 & societatis, humanæ regendæ magistra, cæteris ignorantæ tenebris cæ-  
 cutientibus et errantibus præsidet, & eos iuxta rationis leges dirigit. Ita  
 res ipsæ nobilitant possessore. Et Theodos. & Valentin. c. c. multa pri-  
 uilegia togatis, reuerentia studiorum à principibus fuisse elargita aiunt,  
 quæ seruari decreuerunt. singulæ artes suam habent seorsum fauoris  
 causam, sed maximè ciuilibus iuris prudentia. Iuris prudentia enim est di-  
 uinitiam namque iurisconsulti diuini & humani iuris, colunt. boni & æ-  
 qui notitiam profitentur, æquum ab iniquo separant. Iustitia filia Dei,  
 imo Deus ipse, donum hominibus proprium, cum aliis animalibus da-  
 tum non sit, sed vt se mutuo deuorent, vt ait Hesiodus, & nos alibi ple-  
 nissimè docuimus.<sup>h</sup>  
 3. Habita ratione etiam personarum, merito concessa sunt studio-  
 rum discipulis & magistris priuilegia, quia causa studiorum peregrinā-  
 tur. Quis enim illorum non misereatur: qui amore scientiæ exules, facti  
 de diuitibus pauperes, semetipsos exinaniant, vitā suam multis pericu-  
 lis exponunt, & à vilissimis sæpe hominibus, quod grauitè ferendum  
 est, corporales iniurias sine causa perferunt<sup>i</sup>. Peregrini digni sunt spe-  
 ciali

*el. quicquid. §.*  
*de aduoca. di-*  
*uerso. iudicior.*  
*lib. 2. c. 11. 17.*  
*f. Iustitia est*  
*10. §. iurispru-*  
*dentia de in-*  
*stit. & iure. P.*  
*§. 1. eo. 11. apud*  
*institia.*  
*g. l. 1. eo. 11. de*  
*instit. & iure.*  
*h. li. 1. pralu-*  
*dior. optimi in-*  
*risconsulti.*  
*i. constitutio*  
*habita ne fi-*  
*lius pro patre*  
*lib. 4. c. 11. 13.*  
*k. Exod. c. 22.*  
*vers. 21. & c.*  
*23. ver. 9. Le-*  
*uiti. 19. ver. 33*  
*l. c. 2. de iurega-*  
*& pace. ca. si-*  
*quis Romipe-*  
*tas 24. q. 3. au-*  
*thent. omnes*  
*peregrini & i-*  
*bi interpretes*  
*c. communita de*  
*succession.*

ciali cura & priuilegio ex lege diuina & humana, cum enim vt ait  
 Plato<sup>a</sup>, amicis cognatisque careant, maiorem apud Deum & homines  
 merentur misericordiam. Iudicium peregrinorum & defensionem, vt  
 pupillorum & viduarum, Deus etiam sibi curæ esse significauit<sup>b</sup>. vnde  
 & Ethnici Iouem hospitalem vocauerunt. Et Pythagoras dicebat, pe-  
 regrinum virum iustum, non ciue sed etiam cognato maioris facien-  
 dum esse. Sunt peregrini scholastici, sunt & pauperes, & vtroque no-  
 mine priuilegiati: quamuis enim facultatibus abundant in patria, ta-  
 men dum peregrinantur sæpe inopiam experiuntur. Quamquam non  
 amittant quæ habeant sed retineant, quin etiam & pro præsentibus  
 habeantur in loco originis & domicilij qui studiorum causa absunt<sup>c</sup>.  
 & gaudent commodis & priuilegiis eorum qui præsentés sunt.

4. Sunt labores pene importabiles in discendis & docendis lite-  
 ris, quæ ad rem publicam tractandam pertinent: & multa tulit fecit-  
 que puer, sudauit & alit, Abstinit venere & Baccho, vigiliis pluribus  
 conficitur, animi meditatione agitur, series laborum debilitat, & an-  
 te tempus cogit esse senem, generat assiduitas pituitam, fluxio-  
 nes, oculorum passiones, melancholiam, aliæque his similia vel ma-  
 iora incommoda, quæ certè priuilegiis præter ordinem aliorum  
 que causam, ornanda sunt, cum ad finem vtilitatis publicæ perti-  
 neant.<sup>d</sup>

Accedit dura à parentibus studiorum causa separatio<sup>e</sup>, ab amicis &  
 consanguineis absentia, charissimæ patriæ relictæ temporale exilium,  
 inter homines ignotos conuersatio, vt si in morbum inciderint nul-  
 lum ferè habeant cui possint se tuto committere. Si clade aliqua af-  
 ficiantur, si iacturam viatici patiantur si in via in latrones incidant,  
 spolientur, aut vulnerètur, nullum aut raro aliquem inueniant, qui o-  
 pem adferre velit, & in summa omnes miseras, experiuntur, quas pe-  
 regrinantes incogniti & alienigenæ pati coguntur.

5. Priuilegia porro plura merito à summis pontificibus studiis  
 generalibus, quas academias vocant, concessa sunt, & pariter à prin-  
 cipibus potiora enumerata à Friderico Cæsare, in constitutione  
 habita, ne filius pro patre C. latius apud Oldendorpium tradita de  
 iure singulari capite decimo. à Rebuffo tractatu proprio de priui-  
 legiis scholasticorum, vbi enumerat vsque ad 180. priuilegia. Ho-  
 ratius verò Lucius proprio simili tracta. vsque ad centum. apud  
 quos videri poterunt. & apud speculatorem titu. de reo, Bal. ad consti-  
 tutio. habita & in l. medicos 6. & ibi glossa, de professor. & medic. lib.  
 10. ti. 52.

6. Potest princeps concedere priuilegia ecclesiasticis etiam studiis,  
 sicuti & ecclesiis ipsis g. nempe quoad temporalia<sup>h</sup>, non quoad spiri-  
 tualia<sup>i</sup> in quibus nullum ius sibi Laici arrogare possunt<sup>k</sup>.

Solent erectiones nouorū studiorum, se referre ad iam erectas scho-  
 las aut ad aliquam earum, & priuilegia concedere nouis quæ concessa  
 fuerunt alicui ex illis, aut omnibus aliis, prout placet concedenti.  
 vt cum dictum est quod academia Tholosana gaudeat & fruatur pri-  
 uilegiis & immunitatibus studij Parisiensis: & Pontimuffana gaudeat

*a Plato li. 7.*  
*de legib.*  
*b Deuterono-*  
*mo. c. 10. vers.*  
*18.*  
*c l. quæstum,*  
*de leg. 3. l. Se-*  
*ie. §. pamphi-*  
*la. de fundo.*  
*instructo c. tua*  
*& c. relatum,*  
*de cleric. non*  
*resident. clem.*  
*vni §. cæterum*  
*de statu mo-*  
*nach. c. cum est*  
*eo, de electio. in*  
*sen.*  
*d ca. de qui-*  
*busdam & ibi*  
*glos. & Ar-*  
*chidia. 37. di-*  
*stinct. c. 2. de*  
*privileg. in sen*  
*c. f. de magi-*  
*stru c. licet. de*  
*preben.*  
*e l. i. qui acate*  
*& professione*  
*se excusant. li.*  
*10. c. 11. 49.*  
*f. l. possessionū,*  
*communita*  
*utrinque ma-*  
*ci. c.*  
*g. ca. in synodo*  
*63. distinct. in-*  
*sta glos. in c.*  
*auditu, de in-*  
*integ. restitut.*  
*glos. et inno-*  
*cent. ad c. au-*  
*ditu, de pra-*  
*scrip. innocent.*  
*& Hostici. ad*  
*c. veniens eo.*  
*h. ca. quo iure,*  
*8. dist. & ibi*  
*Archidia.*  
*i. c. tua, de de-*  
*imis.*  
*k. c. eccl. sia, de*  
*constitutionib.*  
*cap. f. de reb.*  
*eccl. non a-*  
*lien. ca. bene*  
*quidem, 96.*  
*dist.*

a Bald. ad l. omnia, de episcopo. ex clerici. ubi fuisse. b in l. medicos. 6. de professor. & medic. lib. 10. c. 1. 52. quod de personali- bus procedu- bio verum est muneribus sed non de omnib. patrimoniali- bus, nisi specia- liter concessum sit. ut ibidem notat glossa ad verbum mu- neribus. c. idem in l. f. de muner. & honorib. P. l. archiatros de metatis. c. d. c. 2. de priui- leg. in sex. c. fin. de magi- stris, c. licet, de prebendu. c. in a, de cleric. non residenti. e. cum ex eo. de electio in sex. consilio Tride- tino sessio. 5. de reformatio. c. 1. in fine. vide Horatium Lu- lium hoc expli- cantem tract. de priuileg. scholarium pri- uilegio. 98. ubi sunt ampliatio- nes & limita- tiones. e. c. licet, ubi Panor. & alij. de preben- glossa in c. fin. ad verbum in- teger de magi- stris in c. de ce- tero, de cleric. non residend. c. f. de rescrip. c. 2. in glossa fin. & ibi Archidia. de priuileg. f. constitutio habita ne filius pro patre. l. 4. t. 13. g. extat constitutio eius ordinis. incipiens in suprema praeminetia & c. in Bullario Cherubini. & c. in Bullario Cherubini.

priuilegiis scholæ Parisiensis & Bononiensis. Ex quibus verbis priuilegia relatiuè intelliguntur ad iam concessa, & plerunque ad concedenda, & postea eisdem concessa post fundationem nouarum, si in fundatione noua dictum sit per omnia ad exemplum & formam alicuius academix, nouam scholam erectam secundum ea que tradit Baldus.  
17 Inter priuilegia communia scholarum priuilegiatarum, Constantinus<sup>b</sup> Cæsar constituit, vt professores artium, & doctores legum, & eorum vxores, sint immunes ab omnibus muneribus ciuilibus vel publicis, ab hospitum susceptione<sup>c</sup>, & reddantur suo tempore illis salaria.  
8 Est commune quoque priuilegium, vt scholastici beneficiorum possessores, aut præbendarum, studentes in scholis vel studiis generalibus priuilegiatis, percipiant fructus beneficiorum suorum, quos perciperent si præsentis essent in beneficio<sup>d</sup>. exceptis quotidianis distributionibus, quæ tantum conceduntur residentibus iuuenibus in ecclesiis, & qui interfunt horis canonicis & non aliis<sup>e</sup>. Habebunt tamen illas distributiones quæ dantur clericis præsentibus, licet non interfunt horis canonicis vel officiis diuinis.  
9 Fridericus imperator, de consilio & inquisitione episcoporum, Abbatum, Ducum, omnium iudicium & aliorum procerum, examinatione generali & perpetuo valitura lege decreuit<sup>f</sup>, vt nullus de cæterotam audax inueniatur, qui aliquam scholaribus iniuriam inferre præsumat, nec ob alterius cuiusque provincix delictum, siue debitum, quod aliquando ex peruersa consuetudine factum erat, (nempe per repressalia) aliquod eis damnum inferat, scituris inquit huiusmodi sacræ constitutionis temeratoribus, & etiam locorum rectoribus qui hoc vindicare neglexerint, restitutionem rerum ablatarum ab omnibus exigendam in quadruplum: notaque infamix eis ipso iure irroganda, dignitate sua se carituros in perpetuum. Verumtamen si litem eis quispiam super aliquo negotio mouere voluerit, huius rei optione data scholaribus, eos coram domino vel magistro suo, vel ipsius ciuitatis episcopo, quibus hanc iurisdictionem dedimus, conueniat. qui verò eos apud alium iudicem vocare tentauerit: etiam si causa iustissima fuerit à tali conamine cadat.  
10 Bonifacius 8. anno 9. sui pontificatus inter priuilegia quæ concessit victoribus & studentibus in alma vrbe Roma & generali eius studio, statuit<sup>g</sup>, vt fouerentur omnibus priuilegiis, libertatibus, immunitatibus, tributis, doctoribus & scholaribus existentibus in aliis studiis generalibus priuilegiatis, & primum vt non possint tradi inuiti ciuili- ter vel criminaliter in curiam capitoliij, nec doctores legentes & doctores, nisi homicidium commisissent, pro quo procedere possent, nempe contra clericos vicarius vrbs Romæ summi pontificis: contra laicos contra senator vel senatores eius temporis.  
20 Statuit, quod ad antiquas contributiones in taliis aut collectis quæ imponuntur pro tempore habitatoribus dictæ vrbs, aut ad ali-

qua obsequia communi ipsius vrbs præstanda, prætextu moræ quam in eadem vrbe contraherent, vel ad aliqua pædagia ratione rerum suarum, quas ad dictum Romanum studium deferri, vel exinde reportari facerent, doctores aut scholares eiusdem ciuitatis studij generalis non tenerentur.  
Tertio, quod hospitibus, vltra taxationem hospitiorum faciendam, nihil possit ab eis exigi electis taxatoribus duobus, vno à doctoribus & scholasticis, alio ab vrbs communi eligendo qui taxabunt, & si illi conuenire non possent adhibito tertio electo à doctoribus & scholasticis.  
Quarto, quod scholastici, doctores, peregrinantes ibi studiorum causa, & familiares eorum, conueniantur pro ciuili vel criminali leui negotio, iuxta aliam constitutionem, coram rectore aut magistro, vel vicario vrbs summi pontificis, vel coram rectore à doctoribus & scholasticis eligendo.  
Quinto, quod fructus beneficiorum suorum studentes, & doctores docentes, in absentia accipiant.  
Sexto, dati conseruatores prædictorum, abbas monasterij sancti Laurentij extra muros, Prior basilicæ ad sancta sanctorum, archiprefbyter sancti Eustathij de vrbe cum potestate etiam pontificali.  
Vrbanius 6. pontificatus sui anno 2<sup>a</sup>. explicat priuilegium datum studiis generalibus, de percipiendis fructibus in absentia ab scholasticis & doctoribus, vt habuit tantum locum in verè residentibus in studiis quibuscunque generalibus, & in scholasticis qui se absentassent sub spe mox redeundi, non in aliis qui sine spe redeundi abeuntes nihilominus se rotulis vel matriculis insererent.  
11 Pius 4. die 29. Septemb. anno 1565<sup>b</sup>. dum confirmat studij generalis priuilegia, facultates scholarum, rectoris & doctorum, concedit motu proprio rectore pro tempore existenti in dicta vniuersitate, liberam & absolutam facultatem eandem vniuersitatem regendi & gubernandi, & vltra alias facultates, honores & priuilegia & emolumenta quæcunque sibi attributa & concessa, omnes & quascunque causas ciuiles tantum inter ipsos scholares vniuersitatis, & alios quoscunque in futurum, etiam priuatiuè supra vice legatum eius ciuitatis.  
12 Cùm legatus apostolicæ sedis, tempore Innocentij 8. exigeret decimas ecclesiarum, & à doctoribus & magistris & scholasticis in studio generali Parisiorum peteret: intercessit vniuersitas & prouocauit scripto summum pontificem, & in appellatione proposuit ex priuilegio Philippi quinti regis concessio magistris doctoribus & scholaribus studij vniuersitatis parisiensis, non teneri eosdem ad mutuum pro bellis, vel ad subsidia pro bello imposta vel imponenda.  
Quodque Iohannes rex alius, cum pro eo redimendo à captiuitate qua tenebatur ab Anglo, fuissent imposta & postulata subsidia à regnicolis, & decima præstanda super tota ecclesia gallicana, concessit tamen prædictis magistris doctoribus & scholasticis vniuersitatis Parisiensis, exemptionem & immunitatem à solutione horum subsidiorum & decimarum.

Consequenter & Carolus 5. prædictos magistros doctores & scholares, in dicta vniuersitate studentes, à cunctis præstationibus pro recuperatione sui regni indictis, exemptos & immunes esse voluit.

Deinceps & Carolus sextus, filius Caroli quinti, eosdem magistros doctores & scholares à decimis & aliis quibuscunque subsidiis, sibi per sedem apostolicam percipere concessis, aut in posterum concedendis, exemptos fore, voluit, declarauit expressè & ordinauit.

Carolus quoque 7. eadem libertate priuilegio & immunitate eosdem frui & vti voluit. Similiter Ludouicus II. eiusdem Caroli septimus filius.

13 Ex comitiis etiam habitis procerum & personarum ecclesiasticorum, sub Cæsare Friderico iudiciali constitutione habita, ne filius pro patre, scholastici recepti sunt in specialem & singularem protectionem Imperatoris & principum, vt tuto habitare possint in loco studiorum, et eundo et redeundo esse securi, eorumque nuncij, quemadmodum et peregrini tuti sunt vel debent esse inter medios hostes etiam<sup>a</sup>, vt neque pro debitis vel delictis aliorum etiam comprouincialium suorum retineri vel inquietari possint, ita exempti sint à iure repressaliarum, seu clarigationis<sup>b</sup>, habent enim fidem publicam seu vt vulgus loquitur ipso iure saluum conductum, cui vis fieret, si clarigatio vel androlepsia in illis haberet locum<sup>d</sup>. Sicut rex Galliarum declarauit.

Docuit celebri iustitia Camillus, Scholasticos et belli tempore inter hostes quoque esse priuilegiatos, cum enim Faliscis bellum gerens, et quum Ludimagister puerorum Faliscorum, eos eductos extra urbem quasi exercitandi causa, Romanis tradidisset: Camillus ludimagistri sceleratam proditionem iudicans, manus eius in tergum relegari iussit, puerosque hortabatur, vt proditorem ad suos parentes reducerent, quod et fecerunt. Atque Falisci ludimagistrum verberibus confectum necarunt, et Camilli pietatem, ac iustitiam admirati, seipfos absque prælio ei tradiderunt. vt Polixenus refert<sup>e</sup>.

Liuius quoque testis est<sup>f</sup>, et appellat fallerios faliscos, additque Camilli ad ludimagistrum præclaram responsonem, Non ad similem inquit tui, vel ad populum aut imperatorem, scelestus ipse cum scelesto munere venisti. Nobis cum falliscis, quæ pacto sit humano, societas non est: quam ingenerauit natura vtrisque est eritque. Sunt et belli sicut et pacis iura, iustæque ea non minus quam fortiter didicimus gerere. Arma habemus, non aduersus eam ætatem (scilicet puerorum adductorum) cui etiam captis vrbibus parcitur: sed aduersus armatos, et ipfos qui nec læsi laceffiti à nobis, castra Romana ad Veios oppugnauerunt.

Aliud priuilegium studiorum causa iure indulgetur, vt quod mutuo datur filiofamilias ex voluntate patris in scholis studentem, repeti possit<sup>h</sup>, ab ipso patre, non obstante exceptione senatusconsulti Macedoniani<sup>i</sup>.

Sed

a c.2. de treuga & pace  
auth. omnes peregrini communia de successio. c.

b dicta auth. habita, ne filius probator  
c. Flora. Lucius lib. de priuileg. schol. priuileg. 52.

c vide que diximus de hoc iure lib. 38. synagoga c. 8.  
d vt refert Papius lib. 5. Rhabd. arestor. tit. 3. aresto. 2.  
e Polyænus lib. 8. stratagem. f Liuius 5. ab vrbe condita.

g l. macedoniani, c. ad macedonia. l. sed Iulianus, S. quod dicitur, ex. tit. P. facit l. si longius, in fine, de indi. P. h contra l. I. ad senatus. Macedo. P. l. I. c. eo. tit. S. f. quod cum eo qui in alien. potesta. apud iustitia. vbi regula communis in aliis.

h in fine tractatus de priuilegijs scholarum.

Sed neque doctores professores, ad contributiones cæsum aut mutuum ciuiliū tenentur<sup>a</sup> quod & de scholasticis dictum est, quibus immunitas communis est<sup>b</sup> quandiu student.

15 Illud & singulare quod grauati vel oppressi scholastici, immediate appellare possunt ad tribunal imperatoris aut principis qui eos omnino in protectionem suam recepit, & ab iniuriis pollicitus est eos vindicare<sup>c</sup>, quanquam à sententia lata in fauorem scholasticorum, si pro priuilegijs dicta sit exequendis, non liceat appellare<sup>d</sup>.

Refert Thomas Morus<sup>e</sup> apud Vtopienses, eos qui ad discendas literas promouerentur, immunitate laborum corporalium gaudere.

16 Obseruandum est plures esse casus, in quibus quis non vtitur priuilegijs scholasticorum, quanuis nomen gerat scholastici aut doctoris: in quibus, si quis velit vti abutitur illis potius.

Veluti si scholasticus non sit inter scholasticos descriptus, aut si non studuerit in academia per sex menses, secundum constitutiones regias Galliarum.

Si se immisceat alijs artificijs, puta si in academia studens seruiat procuratori, pragmatico curiæ parlamenti, tunc enim amittit priuilegium, quia ab officio transit in artificium, et si quibusdam horis lectionisque interfit scholarium. Et ita pronunciatum à senatu Parisiensis refert Papius<sup>f</sup>.

Item si agatur reus de causa politica & publica, quia fauor publicus præfertur singulari: id ipsum si cum scholastico procurator fisci seu principis agat, quæ omnia declarata sunt per senatusconsulta Parisiensis parlamenti, non pertinere ad forum priuilegiatum scholasticum: neque scholasticum petere posse in his remitti se ad suum iudicem priuilegiatum<sup>g</sup>.

Priuatur etiam priuilegijs vniuersitatis, qui pragmatici sollicitatores processuum, efficiuntur, siue in curia parlamenti, vel in alia ex constitutione Henrici 3. super comitiis habitis apud Blesenses articulo 33.

Multi alij casus referuntur & ab Horatio Lutio<sup>h</sup>, in quibus non vtitur quis priuilegio scholasticorum aut scholarum, vt si scholaris vanus sit, si honeste non viuat, si non studeat domi & scholas non intrat, si alios perturbet pulsando, ridendo, sibilando, si sit excommunicatus, lusor, blasphemus, si clericus siue monachus sine licentia sui superioris studeat, si nolit obedire rectori, vel decano qui pro rectore est. Qui studet necromantiæ, alijsque scientijs prohibitis: qui non studet in locis vel studiis priuilegiatis, seu in ciuitatibus vbi ea sunt. Qui ab studiis recedentes sumant assessoris vel aduocati officium, ex quo relinquunt scholastici munus.

Qui stetit in studio decem annis, post quos non videtur ibi esse studiorum causa tempore completo.

De discipulis, & legibus quibusdam scholarum.  
seu academiarum.

a l. medicos, de professor. & med. lib. 10. C. b doctores ad authent. habita, ne filius pro patre, Guido Papius decis. 83.

c d. Luth. habita orat.

d Luthus de priuilegijs scholasticorum. primil. 72. & 71.

e Morus lib. 2. Vtopia. 73.

f lib. 5. Rhabd. arestor. tit. 4. aresto. 3.

g Papius dicto libro & titulo, aresto. 5. refert placiam curia de huius.

h in fine tractatus de priuilegijs scholarum.

**D**iscipuli & discipuli in scholis priuatis, solent mercede priuatim & cum delectu formari: at in scholis publicis liber debet esse omnibus aditus ad lectiones, secundum leges nihilominus præscriptas ab academiis & fundatoribus illarum. Apud Persas erat quidem scho-

a *Philostratus in Prothagora*

b *Cic. 5. de finibus. Plinius li. 30. histor. natur. c. 1.*

c *Philostratus de vita Apollod. c. super specula. de primis e. l. culpa, 6 de maleficiis. & mathem. li. 9. c. 11, 18.*

f *c. 2. ne cler. vel neg. se im. mis. in sext. c. cum ex eo, de e lectio. in sext.*

g *gloss. in di. c. 2. ne cle. vel monach.*

h *cap. ex literis. de consuet. l. nauarchorum, & ibi Iacob. Rebuffus de nauicula li. 11. c. facit. l. si hominem & ibi Curtius mada.*

k *Diogen. L. in Theophr.*

la publica omnibus patens cuiuscunque generis, sed ultra erant magis sapientes, qui non alios quam indigenas & Perside ortos, doctrina sua nisi regis permisso imbuebant<sup>a</sup> & hos magos Persarum fertur Pythagoras, beata vitæ comparandæ causa adiisse, vt Empedocles, Democritus, Plato, Apollonius Tyaneus, summus pontifex in fundatione apponit leges, ne certa iura doceantur, puta, ciuilia Parisiis, vbi studium præcipuum philosophiæ<sup>d</sup> apponit imperator ne doceantur verita vel discantur: apponit & leges & canones, ne religiosus seu regularis in scholis publicis studeat sine licentia cõuētus sui vel maioris parentis: aut alius sine licentia prælati proprii. vnde & doctor ingredientem sine ea licentia expellere ex officio potest. Sic academia potest statuta condere & contra eos iudicare ex illis qui ex corpore sunt: h immo & si statuta antiqua cauerent ne mutari possent, tamen si ex illorum obseruatione vniuersitas multum læderetur, posset illa mutare & ordinare contrarium. Et certe magis conuenit vt leges condantur studiorum à doctoribus diu in academiis regendis versatis, quam ab aliis qui, quamuis aut doctrina alia aut dignitate seculari, aut ecclesiastica præfulgeant, tamen cæcutiunt in his quæ non norunt, & suis persuasionibus intricant omnium studiorum ordinem, vt sæpe ego ex reuocentur comperi, statutis attentatis à licentiatis & doctoribus theologiæ priuatis, qui nunquam sacrarium scholarum viderunt, & tamen temeritate propria præsumperunt de incognitis statuere. quod ne accidat cauere debent. hi ad quos res publica pertinet: & eos recordari oportet quomodo Sophocles Amphiclidæ filius, legem Athenis promulgauerat, ne quis philosophus scholæ præficeretur. nisi id senatus populûsque decreuisset, qui secus fecisset, ei capitale esset. ob quam legem Theophrastus cæteri que philophi vrbe excefferat. Sed à Philone dies ob id Sophocli, cū sequenti anno quo prætura abierat, dictus esset Athenienses lege abrogata, Sophoclem quinque talentis multarunt, & vt philosophis redire ac scholam regere liceret, decreuerunt. hoc enim iustissimum est vnicuique perito in arte sua esse credendum. Et dicam audacter quod experientia didici in regendis tribus academiis iuxta vices mihi commissas, nullum maius viaus irrepere in academiis posse, vel aliud quod facilius decus & splendor & doctrina earum intercidat, quam dum arbitrio principum aut senatus, aut aliorum magnatum intrudantur professores, sine libero iudicio eorum qui in illis profitentur, & dum leges illis præscribuntur, forsân bono zelo, quæ tamen minimè forsân conueniunt scholis vel utilitati scholasticorum qui abusus tolli posset conseruata principum, & professorum dignitate si principes aut senatus, iudicium adhibeant, professorum ante decretum

tum, quemadmodum moris est in quæstione vel seruitutum, vel alterius generis causæ, adhibere ante sententiam peritos architectos qui referunt quæ illis videtur meliora secundum artem.

3. De discipulis, lege apud Brachmanas Indiæ philosophos, auditori non licebat neque loqui, neque sternitare, nec etiam excreare: vel die illa coetu excluderetur vt incontinens. a multo magis si oscitasset nimis sonore, quod & facere coram cenfore dignum habebatur censura, tanquam illud iudicium vagi animi foret, & hallucinantis & fluxæ atque apertæ securitatis. b

Fama quoque illa percrebuit Attica, ne ridendi quidem potestatem in academia prius fuisse, nam ab iniuria & ignauiâ, purum & inaccessum hunc locum seruare conabantur. c

Refert Diogenes Laertius lib. 5. in Aristotele Aristotelem patrio solo restituto permittente Philippo, leges suis ciuibus dedisse, in schola quoque leges tulisse imitatum Xenocratem, vt decendialem principem faceret.

4. Summopere præcauendum in primoribus studiis, ne ingenia auditorum ultra captum onerentur: vt doctrina sit proportionata capacitati audientium, sicut & obseruauit doctor gentium D. Paulus, non potui, inquit, vobis loqui tanquam spiritualibus, sed quasi carnalibus & rursum sapientiam loquimur inter perfectos. e Et præceptor diuinus & ipse Deus Christus, multa habeo vobis dicere, quæ nõ potestis portare modo. f

5. Sunt sæpe tenera ingenia relaxanda, imo oblectanda, vnde & musica olim misceretur disciplinis & remissiones fiunt certis diebus studiorum, ne animus tædio obsessus desperet de literis, aut abhorreat à labore disciplinarum, studium enim intensum per se triste & implacidum non assuetis videtur, et verè certè est, ideo & gaudet multo magis relaxatione. Quare Anaxagoras, sibi publicè decretis honoribus, magno animo repudiatis, id sibi omnino commemoratur postulasse, vt quo die mortem obiret, pueris qui disciplinis & artibus operâ darent, permitteretur feriatas ocari & ludere. g

Fuerunt & puerorum etiam regiorum & ad eum finem certamina coturnicium & gallinaceorum, vt inter Antonium & Getam fuisse memorat Herodianus. h

Sunt vacationes in academiis, id est lectionum intermissiones, quibus cessatur à labore. Verum cauendum est administrantibus academiis, ne istæ vacationes longiores sint quam deceat, cum satis superque tempore festiuitatum, quæ plures in anno sunt, lectiones publicæ intercipiantur.

*De collatione graduum in academia. Abusu & reformatione.*

### CAPVT IX.

**I**nter præclara priuilegia & præcipua academiarum seu studiorum generalium, illud non est prætermittendum, quod possunt titulos graduum conferre studentibus, & probatos cū literis testimonialibus

a *Strabo. lib. 15. geographia.*

b *Gellius lib. 5. c. 20.*

c *Aelianus lib. 3. de varia historia c. 34.*

d *1. ad Corinth. c. 3.*

e *1. ad Cor. c. 2.*

f *Dini Ioannis Euan. c. 16. ver. 16.*

g *Plutarch. in politico.*

h *Herodia lib. 3.*

a *In nemini li-  
cere II. de ad-  
uoca. diuerso-  
rum iudiciorū.  
lib. 2. c. tit. 8.  
§. Summa itaq.  
ope, in proe-  
mio institutio-  
num Iustitia.*

remittere ad principes ecclesiasticos & temporales, veluti idoneos ad subeundam curam rei publicæ, si viris egeant<sup>a</sup>, ad suscipienda beneficia ecclesiastica, & regendas ecclesias. maius adhuc priuilegium concessum a summo pontifice vniuersitatibus Galliarum, nominandi graduatos idoneos episcopis & archiepiscopis abbatibus & aliis collatoribus, ut beneficia primo vacatura post debitam in sinuacionem literarum graduum & temporis studij & nominationem, illis conferantur, mensibus definitis & constitutis in concordatis inter Leonem 10. & Franciscum 1. Galliarum regem, & in pragmatica sanctione.

Confidunt principes professoribus vniuersitatum priuilegiatarum tanquam præceptoribus qui ingeniorum scholasticorum possunt esse iustæ estimatores, vel ex frequentia colloquutionis & auditionis illorum, vel ex examine quod habere debent antequam testimonium dent eruditionis. Sunt gradus seu distinctiones doctrinæ, ita distinctiones testimoniorum secundum illos gradus: non enim omnes sunt æquali eruditione præditi, neque vnus & idem scholasticus statum ad perfectionem studiorum conscendere sine gradatione & tempore potest. Neque etiam præterquam idoneis conferri debent præmia studiorum.

b *§. item, ut de  
cetero, de col-  
latio. in prag-  
ma. sanctio.*

2 Statuit ita Constantiensis synodus<sup>b</sup>, *Item, inquit, ut de cetero floreant sapientia & vigeant literarum studia, nullus ad titulos graduum & honorum assumatur, nisi idoneus & approbatus moribus & scientia, atque benemeritus: nec ita leuis & nimium præcipitata promotio fiat. Nam ut notum est & multis ridiculosum, multi magistrorum nomen obtinent quos magis adhuc discipulos esse deceret. contra facientes aut venientes, priuilegijs regalibus eisdem vniuersitatibus concessis ipso iure priuentur.*

c *§. quibus, in  
proæmio P.  
d. cum ex eo,  
de electio in  
sex.  
e. §. præterea  
uolumus, & §.  
tempus autem  
de collationib.  
in concordatis  
Gallicis &  
summi pontif.*

3 Ad præsumptionem probationis scientiæ facit tēpus, quod quis in scholis in discendo cōsumperit, iurisque ciuilibus studium quinquennio perfici posse docuit Iustinianus: iuris vero canonici septennio, canones<sup>d</sup>. Ex præscripto verò concordatorum gallicorum, & summi pontificis<sup>e</sup>, pro beneficiis obtinendis in regno Galliarum in vim priuilegiarum, nominationum, statutum ut collatores ordinarij aut patroni ecclesiastici, dignitates, personatus, administrationes, officia & beneficia ecclesiastica, in mensibus graduatis & nominatis assignatis, vacantia, illis graduatis simplicibus aut nominatis illa conferre, aut ad illa eos duntaxat præsentare teneantur, qui per tempus competens in vniuersitate famosa studuerunt. Tempus autem esse competens declaratur decennium in magistris seu licentiatis, aut bacchalaris in Theologia: septennium vero in doctoribus seu licentiatis in iure canonico, ciuili, aut medicina, Quinquennium autem in magistris seu licentiatis in artibus, cum rigore examinis à logicalibus inclusiuè, aut in altiori facultate. Sexennium in bacchalaris simplicibus in Theologia: Quinquennium vero, in bacchalaris iuris canonici aut ciuilibus, in quibus bacchalaris iuris canonici & ciuilibus, si ex utroque parente nobiles

biles fuerint, triennium sufficere decernitur. Simples graduati dicuntur ibi, qui nominationes non habent, nec fauore etiam tanto ac qui habent in consequendis beneficiis donantur. <sup>a</sup> tempus illud ante adeptionem graduū studiorum desideratur completum, ad effectum consequendi priuilegium acceptandi beneficia debita per concordata graduatis simplicibus vel nominatis, vacantia certis mensibus, prout definitum & distinctum fuit.

Tempus studiorum perfectiorum in prædictis est iuris positiuum, ad effectum priuilegiij consequendum, sed in alijs, potest esse arbitrarium magistris, qui promouendos possunt suo iudicio vel ante, vel post illud probare. Artes longæ, vita breuis, & ut quis possit discere tempore indiget, ut postea possit docere.

Breui tempore, nemo humana via potest multa discere: & miserum est eum fieri magistrum qui nondum nouit esse discipulus.<sup>d</sup>

Solidior est doctrina quæ longo tempore exacta est apud bonos & eruditos præceptores, ut docuit præceptis silentij Pythagoras, <sup>c</sup> & Aristoteles reipsa, qui fertur per viginti annos Platonem audiuisse. <sup>f</sup> In rudioribus tempus longius requiretur etiam quinquennio aut septennio.

Nemo repete fit summus<sup>g</sup> via in quâ humana, excipio enim scientiam infusam ex priuilegio. Cæterum quia tēporis determinatio pertinet ad cōmunem præiudicium, ut eo tempore quis perégisse putetur studia, & idoneus ad suscipiendum magistrum & gradum extra priuilegium nominationum cui datum est tempus pro forma, poterunt academiæ ad reliqua priuilegia consequenda, gradus vel citius vel tardius conferre, habita ratione potius ingenij & adeptæ doctrinæ quæ causa sola est temporis definiti. Sicut alioquin non sufficit diu studuisse, vel commoratum esse aliquem in scholis, nisi etiam profecerit, ut non diu sed laudabiliter vixisse inquirendum est. <sup>h</sup> Sunt aliqui ingenio subtiliores, & perspicacia mentis facilius difficultates ænigmatum iuris aliarumque doctrinarum superantes, qui tanto tempore quo hebetiores opus habent non indigent, & plus hora vna quàm alij anno concipiunt, quos si quis prætextu temporis in petitione graduum repelleret, iniuriam & illis & reipublicæ non modicam irrogaret, non magis quàm si immeritos & ignorantes eo prætextu quod per tempus definitum in scholis commorati essent, graduum titulis & honoribus insignirent: neque tempus solum est causa eruditionis, quanquam in his quæ tempore perfici solent, regulariter eius mensuram ad generalem quandam certam constituendam politiam consideremus, considerato eo quod plerumque solet accidere, & non raro euenire<sup>i</sup> sed non tamen stricte, ut si quid ante vel post tempus definitum acciderit quod in tempore definito desideramus, contemnere debeamus, hoc enim esset verba legis captare, & verba, reiecta mente retinere. Sic Theodos. & Valentinia: <sup>k</sup> de honore militantium in sacris scæniis agentes, nemini inquit, liceat cum se posterior tempore locum præcedentis ambire: nisi forte ab eo qui tempore vincti-  
*charitate, de pœnitent. dist. 2. h. c. gloria episcopi. In fine 22. q. 2. i. l. 3. 4. 5. 6. de leg. 20.*

a *Simplex ita,  
cui nihil aliud  
quàm gradus ad-  
icitur, ut in  
simili in l. in-  
bemus, C. de  
appella. ibi si-  
ne nihil huius-  
modi adiectū  
sit, sed simpli-  
ter, & in c.  
liberas de cō-  
cessio. præbem.  
ibi, quōdam  
simplex ca-  
nonicus.*

b *§. præfatig.  
ordinarij, dicto  
titu. de collat.  
in cōcordat. &  
§. ea propter,  
de regia facul-  
tate primi mē-  
sis nominatione,  
eo quibus ex-  
plicatur anti-  
qua cōsuetudo  
stantis iura,  
quibus tertia  
pars beneficio-  
riū debetur gra-  
duari, §. insu-  
per, & §. item  
placuit, de col-  
latio. in prag-  
ma. sanctio.*

c *c. sic vine, c. si  
clericatum, 16.  
q. 1.*

d *In prim. 61.  
48. ca. miserū,  
61. distinct. c.  
cū in magistrū  
& c. officij. de  
electio. vide  
glos. ad C. l. tū  
literis, §. ad  
verb. instru-  
ctus, de in-  
teg. rest.*

e *Gellij lib. 1.  
c. 9.*

f *Diog. Laert.  
lib. 5. in Ari-  
stotel.*

g *c. caritas est  
qua ita, 14. §.  
hac quæ de-*

citur, laborum comparatione superetur, vt quidecim primatum eiusdem scrinij testimonio cum sacramenti religione subnixus, præcedentibus dignior iudicetur.

Proinde in studiis generalibus quibus ius datum est à summo pontifice & principibus conferendi honores & titulos magisterij priuilegiatos, non tam addicti sunt professores temporis, quantum rei veritati, & ita examine ad tentanda ingenia quantum profecerint, quantumve meruerint, laudabili & præscripto more, imo proprio & debito iure vtuntur. Soluti enim à superfluis obseruationibus veritatem rei potius quam opinionem ex tempore conceptam, debent in conscientia inspicere, quasi abutantur vel gratiâ vel penuria omnino corrupti, reformationi merito obnoxij sunt, & castigationi, neque promoti per doctorum corruptelam, pro graduatis habendi sunt<sup>a</sup>. Poterit & scholasticus notoriè peritus, sine examine promoueri, vel saltem modico adhibito pro forma<sup>b</sup>. non enim e gemus in manifestis probatione, neque in claris opus est coniecturis, & certus amplius certus effici non debet<sup>d</sup>.

4 Examen seu examinatio vel inquisitio promouendi ad gradum magisterij seu doctoris, triplex solet fieri. Primum fit à præceptoribus propriis, qui promouent aut præsentant insigniendum vninerfitati<sup>c</sup>. Secundum fit publicè, exposito promouendo certamini literatio in scholis, vt intelligatur quæ eius facundia, quantumve ei insit doctrina. Tertium fit ab ordine professorum collegij vel studij generalis<sup>f</sup>. Formam videtur descripsisse Constantinus scholis literariis, ex forma promouendorum in schola officiorum, *Prinilegijs dudum scholæ vestræ, inquit, & indultis, & integris reseruaris, ad ducennariam centenariam, & biarchiam nemo suffragio, sed labore vnsquisque perueniat: principatum verò adipiscatur matricula decurrente: ita vt ad curas agentas & cursum illi exeant, quos ordo militia vocat, & eius laborum adiutor. Præterea, in quo totius scholæ status, & magistri securitas constituta est, idoneus probitate morum ac bonis artibus præditus, nostris per magistrum Statibus offeratur, vt nostro ordinetur arbitrio.*

5 Academiæ Galliæ, tres gradus constituunt, quibus perueniatur ad apicem eximie & præstantis doctrinæ, ad munus doctoratus totidem certaminibus probantes Athletas scholasticos, antequam dignitatem doctoris & priuilegia consequantur.

Athletis enim, vt Diocletianus & Maximianus Augustinus statuerunt<sup>h</sup>, ita demum, si per omnem ætatem certasse, coronis quotiæ non minus tribus certaminis sacri, meritò coronati non æmulis corruptis vel redemptis probentur, ciuiliū munerum solet tribui vacatio: prima corona in primo examine & certamine est in bacca laureatu, vbi bacca lauri quæ victoriæ insigne est, veluti primum gradum doctrinæ comprobata, indicat: deinde certamen publicum prolytatum concedit, & secundum gradum ad doctoratum: declaraturque sufficientia eruditionis & morum ad conscendendum vltimum gradum & sedem doctoratus, qui postrema corona studio-

rum &

a Barthol. ad l. Athleta, de excus. tutor.

b sic expressè notat Panor.

ad c. constitutis, 45. num. 3. de appellat. nib. per illum textum, & per cap. nullus, 23. dist.

c cap. 17. de manifesta. 2. q. 1. c. vestra, 7. & cap. fin. de colia. clericor. & mulier. lib. 3. tit. 2. c. cum olim, de verbor signis.

d l. 1. §. fin. de actio. emp. P. e iuxta l. nemi, de admo. ca. diuersorum iudiciorum C.

f facit l. magistros 7. & l. siquis 10. de professori. & med. lib. 10. C.

tu. 52. Panor. ad cap. 3. num. 17. de sentent. & re iudica.

g l. 1. de officio magistri officior. lib. 1. C. tit. 31.

h l. unic. de athletis, lib. 10. C. tit. 53.

rum & suis priuilegiis cohonestatur. In Italia baccalaureatus non est gradus distinctus ab aliis, nec requiritur ad doctoratum<sup>a</sup>. In Francia est gradus<sup>b</sup>, & qui præcedere licentiam debet vt licentia doctorum. Alioquin quis diceretur promotus per saltum<sup>c</sup>, hoc est omisso primo gradu. Quod pertinet tamen ad obtinenda beneficia in vim gradus: baccalaureatus in medicina & artibus non facit gradum, & nisi in iure ciuili & pontificio & theologia, & ita non dantur baccalaureis medicinæ aut artium, sed tantum aliis nominationes ad beneficia in Gallia<sup>d</sup>.

6 Possunt ex abusu & corruptione professorum, quemadmodum experientia didicimus, plura incommoda & mala reipublicæ inferri: maximè cum indignis vel pecuniæ nundinatione gradus conferuntur. Fit enim, vt priuilegia quæ in fauorem pauperum scholasticorum, & in fauorem studiorum concessa fuerunt, vt plures sint qui præmiis allekti ad honores aspirent, & res publica & societas humana abundet viris peritis qui & ecclesiastica & secularia negotia vti iter tractant, in perniciem eorundem conuertantur, siquidem indigni potiti gradibus, vel mercati eosdem, eorum fauore beneficia ecclesiastica & seculares dignitates sub persona peritorum, furo gradus occupant, inuadunt, & præripiunt pauperibus doctis & beneficiis.

Cui malo obuiam iri potest, si stipendia & salaria legitima & sufficientia professoribus constituantur, & constituta, sine diminutione vel collybo præfectorum ærario suo tempore definito exsoluantur. Solent enim quidam magistri excusare nundinationem prætextu quod conuenientia non sint salaria, aut non soluta. imitantes milites qui prædationem vel melius concussionem & latrocinia excusant, quod stipendia illis non soluantur.

Multum etiam nocuit reipublicæ quod professores aliqui reperiuntur parum timorata conscientia, & non considerant quale peccus arcadicum intrudant ecclesiis & subfelliis, ad gratiam sæpe gradus prophanis concedentes: nec considerant, se reddituros rationem coram Deo & hominibus de tanta in probandis studiis negligentia. Intrudunt quoque aliquando in cathedras hæreticos, ex quibus virus & perniciem aut pestem rei publicæ sequi necesse est.

In quibus emendandis opus est reformatione diligenti, quæ facilis erit rectoribus & conseruatoribus, seu episcopis & principibus, si studia reuocentur ad institutum scopum in erectione; & viri docti bonæque conscientia & integræ fidei, præfiantur, et si ij, qui pertinaciter in errore vel malitia perseverant, emendentur.

7 Refert Iulius tertius summus pontifex in constitutione edita sexto Febru Millefimo quingentesimo quinquagesimo secundo<sup>e</sup>, abusum quem emendauit, quod multi iuris ciuili & canonici ignari, ad doctoratus gradum aspirantes indebitè, sub prætextu quod in aliqua vniuersitate studij generalis operam dando in tantum profecerint, quod idonei existant, licentiam à sede apostolica

a vt ait glossa ad regulam Cancellariae Iulij 2. in tertia parte.

b Rebuffus ad §. statumus, in 1. ad verba magistris in artibus, de collationibus concordatis.

c facit c. 1. de clerico per saltum promotus.

d notat glossa antiqua ad §. tertia pars præbendarum, ad verb. baccalarij in pragmat. sanctione.

e est constitutio Iulij 3. ordine 20. incipientis cum sint in Bullario Laertij Cherubini.

a extat eius constitutio in dicto bullario Cherubini, in constitutione Pij S. ordine 59. incipiente quamuis à se de.  
 b sessione 22. c. 2. de reformatione & sessio 24. c. 12. de ref. c. Rebuffus ad S. vol. nes glo. 1. de manda. a postolicis in concordia. & tracla. nominationum. qu. 21. num. 19. 19. ubi exceptio in iam questis iuribus per graduat ab uniuersitate ex precedente tempore citat pro prelatione Alexendri ad l. 1. de albo scrib. Romanum in repeti. l. si uero § si uero 49. de silenti. solum. mari. Fe lin ad c. per tuas de maiori & ob Inf. ad legē 2. §. prius 3. conclusio. de uulga. & ad l. si quis maior. col. si. de trans. C. facit c. per tuas. & c. st. inimus. de mn. & ob. di. l. j. de albo scrib. P. d. Ranormid. ad c. postulasti de maior. & o. bed. Felip. ad rub. de maior. obed. col. 3. e. Rebuff. ad §. 1. ad uerbu privilegiata, de collationi. in concordia gallica. f. glossa antiqua, ad §. item, quod uniuersitates, ad uerbum gradum de collatio. in pragmatica sanctione.

obtinerent, vel extorquerent, ut ab aliquo prelato, seu à persona in dignitate ecclesiastica constituta, etiam de propitiis extorquendo, insignia doctoratus in Romana curia suscipere ualere: & eiusdem licentia pretextu examine ad id requisito, & aliis necessariis desuper minimè adhibitis, contra sacrorum canonum statuta & iuris dispositionem, in illius doctoratus dignitatis opprobrium, se ad illius gradum faciebant promoueri, unde gradus ex præmissis uilescerat, illudque emendans disponit S. pontificis neminem de cætero in urbe creari posse doctorem nisi à collegio aduocatorum consistorialium, non obstantibus priuilegiis & licentiis in contrarium concessis.

Reuocauit & Pius Quintus, Kal. Iunij anno 1568. pontificatus sui anno 3. a idque propter omissam necessariam in gradibus concedendis examinationem, facultates comitum Palatinorum & aliorum gradus concedendi: & simul uoluit ab illis doctoratos vel graduatos non gaudere priuilegiis graduatorum quoad dignitates aut alia beneficia: id ipsum & in consilio Tridentino constitutum. b

8 Aliud esset si papa aut imperator, aut rex, doctorem fecisset, nã doctorare aut priuilegiare ad illos origine pertinet, & uniuersitates priuilegia tantum eorum authoritate concedunt, & creati doctores à papa tantum digniores, præponentur creatis ab uniuersitatibus aliis: ut miles creatus ab imperatore maiori gaudet prærogatiua, quàm si à duce esset creatus. d Creati tamen sub bulla, vel à comitibus palatinis non gaudent priuilegiis doctorum per papam factorum, in his in quibus, oportet studuisse, in uniuersitate priuilegiata per certum tempus.

9 Maior præsumptio pro graduato ab uniuersitatibus, ubi professores assidui, lectionibus uident interesse auditores vel abesse, quod præsumatur diligentius examinatus, & laudari vel examinari à laudatis & examinatis magistris, potius fidem habet quàm ab aliis. ut non poterim continere aliquando bilem aduersus superbiam pharisaicam alicuius, qui tantum sibi abrogare uoluerint, ut tentauerint apud prælatos sibi concedi facultatem examinandi nominatos & graduatos ab uniuersitatibus Gallicis, sibi inquam qui nisi præsumptionem scientiæ & inflatos turbidosque uires continent, & arrogantia & inuouatione quæ destruit rempublicam, potius quàm ædificet: omnia sibi vindicare, vel extorquere satagunt. quasi uerò maiores nostri prudentiores non fuerint, qui à magistris discipulorum peritiam inquirunt, nec ab alienis mendicari, potissimum ab iis qui sibi hunc honorem reformandi non uocati arrogat, constituerunt.

Extat regula cancellariæ quoad doctores in iure canonico vel ciuili ac in theologia ac medicina, & qui per aliquot annos legerint in artibus magistri, nec non in altero iurium, vel theologia bacalarej, non examinètur à prælatis conferentibus beneficia. uidetur enim prælatus iniuriam facere uniuersitati, uolendo eius graduatum examinare, imò iniuria fit principibus, quod indignos existiment quos ipsi idoneos

inquiri

inquiri de idoneitate impetrantium, nec uult eum examinari, cum sit iam probatus, secus in aliis. a

Sicuti Episcopus non potest examinare presentatum ab Abbate, cum sufficiat Abbatis testimonium b. Nam si Episcopo daretur examinatio graduatorum, aut nominatorum, aut presentatorum ab uniuersitatibus & Abbatibus, nunquam inueniret graduatum aut nominatum doctum aut sufficientem, etiam si esset Bartholo vel Panormitano similis, nisi esset illis propitiis: quod & locum habet in istis censoribus Pharisaicis vicariis episcopi, qui tanta stultitia & præsumptione & superbia obcæcantur, ut nullum putet aliquid scire quin illis aduletur vel applaudat, imperiti qui nisi quod ipsi faciunt, nihil rectum putant. Quare semper præsumendum potius pro actu uniuersitatis, si debita forma factus fuerit, & pro habilitate personæ c.

Cauere debent hac in parte qui clauum tenent reipublicæ, summus pontifex inquam & principes, ne pretextu abusus propositi academicarum à censoribus istis uoluntariis, turbentur ordines & iurisdictiones earundem. Nihil enim posset inde suboriri quam confusio in republica directis fundamentis. Sed si abuti professores inueniantur munere suo, uocari debent, castigari, emendari, reformari, & mutari, remanentibus priuilegiis integris & authoritatibus concessis. Et si qui inueniantur qui obrepserunt, vel titulos iniuste graduum consecuti fuerint puniendi. Non enim gradus per se doctos facit, sed testatur doctos, & more dato ad magis studendum incitat & uiam struit: & sic nec sufficit scientia sine gradu, aut gradus sine scientia. Et promotus corruptis doctoribus ad doctoratum, non debet ut dixi priuilegiis doctorum gaudere e.

Neque doctor indoctus debet frui priuilegio doctorum f. Et certè tales qui titulo tenus doctores sunt, & qui neglectu studiorum quod iam didicerant amiserunt, digni essent qui iterum examinarentur, non quidem ab his qui uolunt uideri Rabini, nam cæcus cæcum duceret, sed à magistris eruditis, probatis professoribus, bonæ conscienciæ, & à timentibus Deum, à rectoribus & reformatoribus scholarum: qui certè non minus necessarij sunt in republica, quàm uisitatores ecclesiarum. Sed tales essent deputandi qui in professionibus seu facultatibus reformandis essent peritissimi, & munere professionum perfuncti laudabiliter fuissent, veterani vel emeriti, & non alij.

10 Nec inficias imus, quin & æquum & salutare reipublicæ putamus, approbatum semel in doctorem, posse iterum reprobari, si postea inueniatur per reformatores prædictos, vel per ipsos magistris qui ante approbarunt insufficientis: imo & insignibus posse priuari, saltem priuilegiis. Nisi casu vel morbo vel senectute fuerit scientia amissa.

Sic Gordianus Cas. § Grammaticos seu oratores, decreto ordinis probatos, si non se uiles studentibus præbeant, denuo ab eodem ordine reprobari posse incognitum non est. Nam & in his uersatur publica utilitas, cum propter præsumptionem doctrinæ doctores ad multa publica officia & beneficia ecclesiastica admittantur, & impe-

a Rebuffus ad §. præterea uoluntus, ad uerbum quinquies in concordia Gallic. Felin. ad c. si. de præsumptio Iohannes Staphileus, tract. de literis gratiæ in 10 forma expectatiua.  
 b cap. monachi. 16. q. 1. c. c. in presentia, & ibi Decius, nota 10. de probatio. ab ea parte, eod. tit. P. uide decif. Tholos. 449. d. Rebuffus ad 6. præfati que ordinarij, ad uerb. graduatis de collation. in concordat. Bonif. ad clem. unicam per illum textum, notabili 3. de excess. prælator.  
 c l. unica de athlet. lib. 10. C. & ibi glos. Rebuffus tracla. nominationum. q. 5. nume. 10. f. quod late prosequitur Rebuffus tracla. nominationum. q. 21. num. 12. & ad aul. habita, ne filium pro patre.  
 g l. grammaticos 2. de professor. & medic. lib. 10. c. tit. 52. g nã & ante

N



responsum in  
lib. sed & repro-  
bati de execu-  
satio. iur. P.  
ut gradatim  
& ibi Barth.  
ad S. reproba-  
ri de munerib.  
& honor.

a Panormita.  
ad ca. de illis  
de sponsalib.

b Panormit.  
ad d. c. de illis  
& ad ca. cum  
secundum de  
prebendis.

c S. item ut  
de cetero flo-  
reat scientia,  
vers. contra fa-  
cientes de col-  
lationibus in  
pragm. san-  
ctio.

d cap. 63. pri-  
uilegium xi.  
quest. 3.

e clementina  
I. de magistris  
lib. 5. tit. 1.

f extat consti-  
tutio in Bul-  
lario Cherubi-  
ni inter p. 4.  
constitutiones  
num. 112. inci-  
piens in sacro-  
sancta.

g Surius in  
commentarijs  
de rebus suo  
tempore per or-  
bem gestis in  
eo anno.

h Theodorus  
lector libr. 2.  
collectaneorū  
historia eccle-  
siastica in 2.  
tomo biblio-  
theca sancta.  
i clem. 2. de  
magistris.

peritia eorum multos ita deceptos lædat<sup>a</sup>. quare examinatus & pro-  
batus in gradu licentiæ, potest in examine doctorum reprobari, cum  
ex noua causa potuerit se inutilem reddere, veluti si sit magna tem-  
poris distantia inter licentiam aut prolytatum & doctoratum peti-  
tum: vel quia vno tantum examine fuerit approbatus & alia super-  
sunt, secundum ea quæ notat abbas Panormitanus<sup>b</sup>.

Possunt & graduati indignè promoueri auaritia vel corruptione  
professorum, vnde puniri & professores debent: quare statuitur & in  
pragmatica sanctione, ne academiæ indignos promoucant, secus  
facientes priuilegijs regalibus academijs concessis ipso facto sint  
priuati<sup>c</sup> priuilegium enim meretur amittere, qui sibi concessa abu-  
tuntur potestate<sup>d</sup>.

II Quod pertinet ad fidem docentium synceram & catholicam,  
prospexerunt sacræ constitutiones: vt non recipiantur ad regen-  
das scholas alij quàm probatæ fidei, non enim requiruntur tantum  
periti magistri, sed etiam vt & illi sint catholici<sup>e</sup>. Et Pius 4. Summ.  
pontifex idib. Nouemb. anno 1564. pontificatus sui anno 5. statuit<sup>f</sup>, ne  
lectores publici vel priuati cuiuscunque facultati iuris civilis vel ca-  
nonici, vel theologiæ, aut aliarum artium, rectorésque, non admittantur ad lectiones seu officium legendi vel rectoratus, nisi prius fi-  
dem catholicam profiterentur in forma constitutioni inserta, in ma-  
nibus vel ordinarij seu eius vicarij, aut doctorum aliorum promo-  
uentium.

12 Conferet multum quoque ad conseruandam religionem ca-  
tholicam, repurgare bibliothecas, & bibliopolarum officinas, à li-  
bris infectis hæresi iuxta sanctiones & catalogum editum ex au-  
thoritate consilij Tridentini, & censuram inquisitionis & iuxta  
principum sanctissimas constitutiones, de quibus nos alias, quibus  
prohibetur hæc librorum detentio, impressio, venditio & lectio: vt  
etiam rectè Sigismundus Poloniæ rex pius & catholicus, anno 1534.  
proposito seuero edicto, alio remedio vtilis est ne inficerentur hæ-  
resi subditi, & omnes Polonorum liberos qui Virembergæ operam  
literis darent, reuocauit, ne hæresi polluerentur, & deinceps Polo-  
niæ regnum corrumpere. vt narrat Surius<sup>g</sup>.

Zeno Imperator scholam Edissenam quam Persicam vocabant,  
tanquam quæ Nestorij & Theodori doctrinam truderet subuertit &  
abrogauit<sup>h</sup>.

13 Alius abusus notatur & emendatur Iure canonico<sup>i</sup> scholasti-  
corum, qui dum in quavis scientia ad doctoratus vel in magisterij af-  
sumuntur honorem, cum sua solenniter faciunt principia, aut reci-  
piunt insignia sui doctoratus, multa vanè insumunt in expensas circa  
cibos, vestes & alia: quo exemplo plures, à sumendo eodem honore,  
non habentes vnde paria faciant, retrahunt. Atque ideo statuitur, vt  
antequam ad gradus assumantur, iuramento prius se adstringant, ne  
vltra tria millia turonensium argenteorum in hanc solennitatem  
& magisterium quomodolibet expendant, & intra eandem sum-  
mam expensas moderentur, nisi notabilis forsan conditionis exti-  
terint

terint. atque iubetur magistris ac professoribus ante quemquam non  
promouere, quàm præstiterint iuramentum de eo seruando sub pœ-  
na suspensionis per sex menses à collatione magisterij vel docto-  
ratus.

Lubet Iulius 3. pauperibus scholasticis idoneis ad gradus, illis gra-  
tis eisdem conferri.<sup>a</sup>

14 In damnum scholarum quoque abutuntur suo munere inter-  
dum professores seu doctores, qui ad docendi munus vocati sunt di-  
cti regentes: quando postulationibus seu forensibus subfellijs pro  
causis agendis vel defendendis, se dedunt. tantundem enim temporis  
quod impenditur foro, detrahitur lectionibus demandatis, quæ cer-  
tè expertusque loquor, totum requirunt hominem & integrum ad  
officium, intentumque animum. Quare meritò Leo 10. Summus  
pontifex in diplomate de officio priuilegijs & immunitatibus Do-  
ctorum & studentium in studio alius vrbe Romæ, anno domini 1513  
Non. Nouembris, pontificatus sui, anno 1. statuit<sup>b</sup>, firmatis omnibus  
priuilegijs & exemptionibus, vt nullus doctorum conductorum ad  
legendum, aduocationis munus, aut aliud curiæ officium in vrbe e-  
xerceret, ne à lectionibus distraheretur: permiffa tamen domi post  
lectiones, consultandi potestate.

Sic Vlpianus<sup>c</sup> dixit solere sine infamia studiosis iuris interdici, ne  
se negotijs fori accommodent.

De conseruatore & iudice priuilegiarum, studio-  
rum, & personarum eorundem.

## CAP. X.

PARum est leges aut priuilegia concedi, nisi sint qui ea contra vim  
& impugnationem viriliter & cum potestate defendant. paria  
enim censentur vel non esse, vel esse inutiliter.<sup>d</sup> Egent autem vniuer-  
sitates studiorum defensore, vel maxime, quod vulgus quadam ne-  
scio quanta corruptela infectum, solet odio prosequi studiosos, & il-  
lis infectum esse, quaquam ex eorū assiduitate vberrimos colligat an-  
nuatim fructus & redditus: & quanuis ea releuetur impensa, ne cogatur  
aliò filios erudiendos mittere cum periculo & discrimine fortu-  
narum, vitæ aut morum eorundem. & tanta est inimicitia & contra-  
rietas inter ignorantiam & rusticitatem seu barbariem morum, &  
scientiam, peritiam, & studia virtutis, vt se vix compati sine aliqua  
lite possint. Sunt & inuidi vulgares & plebeij foelicitatis literarum,  
vt quanquam sine illis bene esse nequeant, tamen fulgore & splendo-  
re illarum & doctrinæ obcæcetur, aut pati radios eius facillè nequeat.  
Sunt & principes successores antecessorum, qui non eodem animo  
fauent studiis, quo fundatores antecessores fuerunt, & leui de  
causa vel spe augendarum quodammodo opum, vel decepti in-  
uidia & malitia Aulicorum conuellerè priuilegia concessa mo-  
liuntur. Proinde & conseruatores sunt seculares, qui secu-  
N 2

a In constitu-  
tione Iulij 3.  
ordine 20. in-  
cipiente cum  
sint anni 1552.  
6. Februarij.  
in Bullario Che-  
rubini.

b extat eius  
constitutio in-  
ter constitutio-  
nes Leonis 10.  
ordine 2. inci-  
piens dū sua-  
uissimos, in di-  
cto Bullario che-  
rubini.

c Vlpia in l.  
moris est. 9. §.  
nominatū. de  
penis. lib. 48.  
P. tit. 19.

d Quoties qui  
satisda. cog.

*a Appianus Alexandri- nus lib. de bel- lis Parthiis. b c. j. de offic. & potesta. in- dic. delegati. in sexto. lib. I. ii. 14. ubi glos- sa vidēda: tra- ctatur vero qui possint dari & esse cōseruato- res ecclesiastici, & ubi cogno- scant & an & quibus possint delegare. quan- tum daret eorū potestas. & de expēsis raliū, in c. eius iitu- li de offic. dele- ga. In sexto. vi- de. Specula. ii. i. part. I. ii. de of- f. iudic. delega- to. §. f. num. 24. Guido. pap. h. f. 247. & 18. c. In §. pen. in proemio pāde. Elarum. d. auth. habita- ne filius pro pa- tre. li. 4. C. ii. 13. e. gloss. ad d. au- then. habita. ad verba. si litē. f. c. si dīgētī, de foro compet. auth. statumus C. de epi. & cle. g. Accur. ad §. penul. ad verbū professorē in p̄mio P h. cōst. tutio p̄ 4. ordīe 91. sub annulo piscato- ris. data anno 1565. s̄ptē inci- sacri apostola- tus ministerio in bullario Che- rubini. i. dicto §. pen. & ubi gloss. in proem. P. interpretes. ad d. auth. habita. ne filius pro patre. Speculator titulo de reo. nuncro 5. & titu. de compe. iudi. adi. §. I. m. 16. & alij quos citat Floratus Lucius. tract. de privilegij schola. priui. 64 k in l. de militibus. ubi ad eum remittantur. in quibus militabant. de custod. & exhibitio. reorum. l. fin. de iurisdic. omniū muli. C. & ibi. Bal. & Barth. reprobata ibi glossa. I. refert Rheciatus Chopinus lib. 1.*

laribus mediis vulgi iniurias repellere & castigare possint: & spirituales seu ecclesiastici, qui contra principes ipsos intercedere censura spirituali, & potestate pontificia uti possint, & generaliter sartam tectam & illesam academiam sua protectione conseruent. M. Antonius triumphat, post victoriam à Parthis habitam, & cęsum Labienum, & Phraatem, præstantissimis regis Orodis ducibus, epulū Græcis præbuit & suscepit præfecturam Atheniensis Gymnasij.<sup>a</sup>

2 Conseruator propriè tantum à manifestis defendit sibi commissos iniuriis, non autem iudicalem exercet indaginem, nisi concedatur. Pro conseruatore & iudice Iustinianus Byzantinis scholasticis designauit proprium iudicium, præfectum vrbi Constantino- politanæ: & in Berytensium studio præsidem Phœniciaë maritimæ, vna cum ciuitatis episcopo & legum professoribus. <sup>c</sup> Fridericus I. Imperator etiam, apud Roncalias solenni lege edita, mense Nouembri, anno 1158 iudices & vindices constituit cōcessa illis iurisdictione pro scholasticis & eorum negotiis ciuilibus & criminalibus magistrum seu dominum præceptorem, & episcopum loci. <sup>d</sup> ad quam legē glossa tradit <sup>e</sup> Bononienſes scholarēs & magistros, renunciaſſe huic priuilegio quod pertinet ad causas criminales, exceptis clericis qui non potuerunt priuilegio sui fori renūciare. <sup>f</sup> & alibi Accursius in criminalibus, ait non seruari quod magister cognoscat de causis scholasticorum, sed potestas aut episcopus. <sup>g</sup>

Pius 4. rursus rectori vniuersitatis Bononienſis dedit potestatem vniuersitatem gubernandi, omnes & singulas causas, sed ciuiles tantum inter scholasticos, videndi, audiendi, cognoscendi, decidendi, ac sine debito terminandi. <sup>h</sup>

Conſentiant fere omnes, de iure ciuili tres haberes iudices scho- lares, episcopum, doctorem, & potestatem. <sup>i</sup> addendus est ex gene- rali consuetudine atque priuilegiis aliquibus expresse concessis, re- ctor vniuersitatis, quemadmodum magistri aliarum societatum proculdubio in suæ artis subditos iurisdictionem aliquam acceperunt iure ciuili. <sup>k</sup>

Carolus quintus rex Galliarum, quo tempore erexit vni- uersitatem vel studium generale Andium, dedit conseruatores (vel tunc fuerunt saltem) præfectum regium vicarium senescharchi, & præfectum minorem. qui est minor vrbis iuridicus, qui iudicarent de scholasticorum controuersis, solida, indiuiduaque potestate: sicut- que tunc ea potestas coniuncta cum ordinaria iurisdictione: Postea tamen nouus magistratus conseruator à rege creatus fuit, cui prædi- cti se obiecerunt, & re controuersa in senatu Parisiensi, facta inquisi- tione, num expediret hoc distinctum esse iudicandi munus, tandem placuit anno Domini 1578. nouum magistratum locum habiturū. <sup>l</sup>

3 Non debet se immiscere conseruator aut index scholasticorum, negotiis illorum in vim priuilegij, in quibus actor est procurator

principis, & scholasticus reus, aut si dominus censualis petat ab scho- lastico censum, aut alia iura debita ratione fundorum possessorum ab ab ipso scholastico. <sup>a</sup>

*a de utroque casu tractat Papius. tomo 2. nothariorum li. I. des Iuzes.*

4 Conseruator seu rector vniuersitatis, aut magistri, in his qui- bus concessa est illis iurisdictione, possunt suas sententias exequi, si scholares habent ibi bona, quod si non habent ad requisitionem eor- um ex autoritate iudicis, loci, in quo habent bona, exemplo aliorum iudicum habentium iurisdictionem & imperium.

*b tractat & concludit Pa- nor. ad c. sequis contra clericū nu. 35. de foro compet. c. iuxta l. à di- uo Pio de re iudica. d. l. 2. de iuris- omnium iudi. P. l. fi. de offi. eius cui man. est iur. P.*

5 Censentur conseruatores tanquam delegati à prin- cipe, si clerici sint & pro clericis vel academia quæ magis eccle- siastica habetur, à summo pōtifice, in aliis à principe, cum potestate quæ necessaria est ad iurisdictionem exercendam. <sup>d</sup>

*c Præbunt hoc remedium constitutiones habite super comitijs Aurelia per Carolum 9. die 1. Ianua- rij 1560. artic. 106. & con- stituciones e- dite per He- richum 3. super comitijs Ble- sensibus artic. 66. & sequen- tibus.*

6 Possunt, nec negandum hic, committi errata, vel abusus, vel ex parte personarum, de quibus ius dicitur, vel ex parte iudicum aut conseruatorum.

Sunt enim qui titulum scholaris vsurpantes, cum tales non sint, ta- men priuilegiis gaudere & frui nituntur. & conseruatores quoque latius dilatant phylacteria iurisdictionis & potestatis quam concessū sit. Quibus à reformatoribus academiarum vel à principibus ipsis prouidendum est, ut antea etiam alicubi prospectum est.

*Leo. 10. in bul- la de officio, priuilegijs & immunitatibus doctorum, & studentium an- ni 1513. ordine inter constitu- tiones eius 2. in Bullario Cherubini re- ctori & refor- matoribus da- tis hoc munus circūdi scho- las dat, & vi- dendi num de- ctores suo offi- cio fungantur, & Bidellus hæc curam ob- seruandi dat.*

Præcipuus modus est <sup>e</sup> ut curēt Summus pontifex & principes in quorum ditionibus sunt sita vniuersalia studia, eligi viros probos, peritos quos cū potestate delegēt ad vidēdā priuilegia academiarū, & inquirant, num secundum intentionem erectionum professores, scholastici, & officarij muneribus suis fungantur: num lectiones a- ctusve alij scholastici, & professionis rite exercentur, vel omittan- tur, & cur.

Quibus inspetis & consideratis, facilis erit reformatio. Nihil e- nim aliud est reformare, quam restituere pristinae formæ, quæ vi- sa est iusta fundatoribus: omnis enim res per quascunque causas acqui- ritur, per easdē faciliè conseruatur.

Detegentur abusus ea ratione facilius, nempe ea omnia quæ non sunt secundum vsum præscriptum in diplomatibus foundationum, & priuilegiorum.

Et si appareat tantum esse abusum, vel lapsum academiæ cuiuspiā, ut præter vmbra nihil amplius retineatur cum nomine: curabunt principes vel per ciues aut prouinciales, ut stipendia sufficientia con- cedantur ad euocandos viros idoneos & celebres, qui eam suo no- mine & diligentia restituere integritati possint, aut illā supprimāt, ne præiudica ab inutilibus personis occupentur in præiudicium populi: cessante enim causa debet cessare affectus.

7 Dehinc rectoribus iniungenda visitatio & inquisitio fundatio- num collegiorum, & reformatio scholasticorum ibi degentium, cum cautione ne permittant ibidem alios quam scholasticos hospitari: neque etiā eosdē scholasticos diutius ibi residere, quam fundatorū fuerit decretū, & volūtas: neve patiātur nūdinationes seu vēditiones

locorum collegialium, quæ pauperibus scholasticis fuerunt tantum destinata.

8. Cauere etiam debent conseruatores, ne scholasticos nomine tenus, sine testimoniali rectoris vel matriculæ quod ante per sex menses studuerint<sup>a</sup>, ob quam ut debent priuilegiis ad participationem petitam eorundem admittant, ne præter priuilegia iudicent, aut contra quæ idcirco descripta apud se habere debent, ut pro regula illis sint.

9. Priuilegium scholaritatis academæ, seu studij Parisiensis, temporale est & restrictum ad certum tempus, habita ratione studiorum seu facultatis quam quis sequitur. Qui profitentur & docent, tandiu vtuntur priuilegiis quandiu profitentur & docent, & si per viginti annos continuos docuerint, priuilegium fit illis perpetuum quandiu vixerint in vrbe seu in dicta vniuersitate. Scholastici vero studentes in theologia per quatuordecim annos ut possunt priuilegiis studij, in iure ciuili aut pontificio, per septennium, grammatici, dialectici, physici, per quatuor non plures, ut declarauit curia Parisiensis anno 1552. mense Maij, eoque, ut liquet ex iure ciuili & pontificio, meta studiorum septennij<sup>b</sup> iuris pontificij, & iuris ciuilis quinquennij, & theologiæ decennij imposita est, quod & concordata gallicana comprobarunt<sup>d</sup>.

10. Reformantur abusus conseruatorum per appellationem ab illis interpositam, sicuti aliorum iudicium<sup>e</sup>.

Porro contra sententiam vniuersitatis vel rectoris aut magistrorum Parisiorum prouocatio facta legitur, vel recursus habitus ad summum pontificem in c. ex literis, xj. de constitutionibus<sup>f</sup>.

Sic scholastici eiusdem studij Parisiorum, adierunt summum pontificem, pro obtinenda licentia constituendi procuratorem quod cum tamen illis de iure liceret sine petitione.

Et quia iudices delegati censentur in causis sibi commissis à principe, ab ecclesiasticis appellari poterit summus pontifex, & princeps à temporalibus seu secularibus, per regulam generalem appellari à delegato ad delegantem<sup>h</sup>, vel ad proximum superiorem conseruatoris, vel iudicis scholarium, distinctione adhibita an sit secularis an laicus, iuxta ea quæ suis locis tractantur ab interpretibus iuris vtriusque<sup>i</sup>. Consulo tamen in hac parte priuilegia fundationum inspici, & constitutiones principum quæ sunt pro conseruatione priuilegiorum. Nam ex his pendet vniuersa studiorum regula, & ex statutis scholarum & doctorum à superioribus principibus laicis & ecclesiasticis confirmatis.

DE RE-




## DE REPUBLICA

siue,

DE ORIGINE ET CAUSIS  
principatum.

LIBER XIX.

CAPVT VNICVM.



**M**NIVM principatum origo seu causa prima, est Dei lex, quæ sua diuina potetia & sapientia omnia perpetuo & continuato ordine coniunxit, ut quæ contraria esse possent, seque mutuo tollere si ex diametro opposita relictæ essent, temperamento ordinis, dispositionis & officiorum, se mutuo iuuarent, continerentur, & veluti imperio & subiectione regerentur: ut diximus ab initio. Subinde, alia causa fuit ex necessitate humanæ societatis. homo quippe dicitur animal sociale seu ciuile aut politicum: isque primum ex exiguis initiis & numero paucis ad maiorem & infinitum peruenit.

2. Adam primum solus creatus monarcha constitutus totius orbis, qui eius causa & ab eo nasciturorum creatus est: ipse autem ad Deum colendum, & ut ei subiiceretur, hic est compendium totius mundi, & in quo cuiusque naturæ sunt obsequia & testimonia subiectionis, sub illa anima cælesti, immortalis, quæ ei indita est, ut dominetur. sic compositus primum homo ex omni particula vniuersarum substantiarum.

Habet enim mixtionem ex quatuor elementis, ex quatuor qualitibus eorum, ex quibus ipsæ res inanimatæ constant & habent essentiam: habet cum plantis viuere vita vegetabili, quæ augmentum habet crescendo: habet cum animalibus quæ mouentur per se, moueri & sensuum organa & actiones: hæc in corpore itaque eius consentiunt, ut autem dominio alterius subiici quàm propriæ substantiæ doceantur, habent animam rationalem quæ supra omnia alia corpora præficitur: vititur & fructibus terræ, animalium esca, vsu, subiectione, delitiis. Sol, stellæ, omnia reliqua cælestia, inseruiunt, ad eius utilitatem laborant, quia sapientia sua dominatur astris.

3. Vti autem Deus hominem fecit ut sibi soli subiectus, dominaretur cæteris rebus mortalibus: ita indidit ei rationem, qua posset dominari, longè præstantiorem tanquam legem viuentem & intimam: neque enim propter aliud homo dicitur factus ad imaginem & similitudinem Dei, nisi quia sui capax per rationem effectus est. Quare & recte philosophi dixerunt naturas aliarum rerum regi à ratione separata,

N 4

velut ab intelligentia non errante: hominis verò rationem propriam coniunxerunt, quam dixerunt reginam in suo microcosmo: quemadmodum suo modo longè tamen excellentiore Deus in macrocosmo principatus. Rationem hanc primùm Deus indidit integram, puram, tanquam sufficiens principium regituum sui ipsius, & quo ad Deum, & quo ad proximum, & quoad corpus proprium, & quoad aliud quodlibet inferiorum. verùm obscurato libro cordis per lapsum, & per diuersas passiones obtenebrato, datus est liber extrinsecus continens leges & traditiones, quibus bonum à malo, iustum ab iniusto discerni posset: idque per traditionem Dei, & hominum habentium lucidiora corda: vel per illustrationem diuinam, vel per humanam & diutinam inuestigationem, & experientiam quid utile, vel noxiū esset, obseruando accedente & lumine naturali, nō omnino extincto.

4. Hoc autem habuit homo, non ex propria virtute, sed ex potestate à Deo concessa, qui cum vellet imperium illi concedere, voluit quoque in eo signum obedientiæ, & seruitutis rerum omnium in eius corpore coniungere. ita ait Deus Geneleos 1. vers. 26

*Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis, vniuersæque terræ, omnique reptili quod mouetur in terra, & ver. 27. Et creauit Deus ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illum, masculum & feminam creauit eos. Bededixitque illis Deus, & ait, crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. & c. Et in ecclesiastico cap. 17. in principio.*

*Deus creauit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum, & iterum conuertit illum in ipsam: & secundum se vestiuit illum virtute. Numerum dierum, & tempus dedit illi, potestatemque eorum quæ sunt super terram: posuit timorem illius super omnem carnem, & dominatus est bestiarum, & volatiliū.*

5. Rursum, creauit Deus adiutorium simile Adamo, sed non ex alia materia, vel aliunde, sed ex latere eius, feminam dico, vt ea principium vnde orta esset, & ex quo esset, reuereretur. Genes. 2. & d. c. 17. ecclesiasticæ æqualitas quodammodo primùm ei fuit cum viro, verùm postquam decepta fuit à dæmone, & ipsa decepit virum, quodammodo potestatem, aut æqualitatem amisit, & supposita fuit potestati viri, genes. c. 3. vers. 16. ibi, *mulieri quoque dixit, multiplicabo arumnas, & conceptus tuos: in dolore paries filios tuos: & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.*

6. Ex quibus ordinem deriuationis potestatis & principatus sic obseruamus, vt homo habuerit primùm creatoris & Dominum vitæ & necis Deum: qui dedit ei legem vt princeps & dominus, post creationem eum constituit in paradiso, præcepitque ei dicens, *ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni et mali, ne comedas: in quo enim die comederis ex eo, morte morieris.* genes. 3. vers. 16. & seq. Ab eo rursum suscepit homo in omnem creaturam, & in sexum feminæ potestatem. Ita omnis creature nomine homo dicitur apud

<sup>a</sup> cap. 16.

<sup>b</sup> Homil. 29. *Nūquid fratres mei. S. euāgelium, vel insensatis reb. vel brutis animalibus.*

*fuerat prædicandum: vt de eo dicatur discipulis, prædicate euāgelium omni creaturæ. Sed omnis creaturæ nomine signatur homo. Omnis autem creaturæ aliquid habet homo. Habet enim commune esse cum lapidibus, sentire cum animalibus, intelligere cum Angelis. & c. Atque Horatius, <sup>a</sup>*

*Fertur Prometheus id prouidentia Dei  
addere principi. id est homini.*

*Limo coactus particulam vndique*

*Dissectam, & insani leonis*

*Vim stomacho apposuisse nostro.*

Cum itaque, omnis creatura in homine agnoscat quidpiam ex se, illi inferuiens reatē suum imperatorem confitetur, iuxta illud Psal. <sup>b</sup> *omnia sub pedibus eius.*

Et quanuis primus homo de terra terrenus sibi rebelles creaturas fenserit, postquam ille rebellauit suo imperatori Deo, transgressus præceptum eius, vt in eo in quo deliquerat etiam priuaretur, indignus imperare, qui nesciret maiori obsequi. <sup>c</sup>

Tamen secundus homo de cælo cælestis, sibi imperium confirmauit, & regeneratis à se, sanctoū spiritu, potestatem restituit integram, & maiorem in nomine suo seu, in eius virtute. atque dedit potestatem spirituum immundorum, vt eiicerent eos, & curaret omnem languorem & omnem infirmitatem. & c. <sup>d</sup>

Maior & potestas illa personis ecclesiasticis, quibus clavis cæli, data, soluendi, & ligandi super terram. <sup>e</sup> & remittendi peccata. <sup>f</sup>

Sed & congruebat, imò opus erat, vt Adam qui pater omnium per propagationem carnis esse debebat, fieret etiam pater per gubernationem, & instructionem. quare quemadmodum in artibus pro corporis regimine necessariis fuit eruditus per inspirationem diuinam non solum adesse, sed bene esse, ita & eo magis opus fuit, pro bene esse ipsius animæ quod ad scientias & virtutes diuinitus illustrari: & per ipsum priores filios, de generatione in generationes, sicut notauit etiam Iosephus in antiquitatibus. Accesserunt postea prophætæ, Dei mandata, & reliqua quæ ab amicis Dei aliis ad bene viuendum communicata à Deo, instituta & tradita aliis hominibus fuerant, in usum reuocantes.

7. Generatione deinde sequuta Adami & Heuæ, priorum parentum, cepit aliud imperium necessarium in filios, ad eos alendos, conseruandos, & promouendos commodè. illud est amicitie naturalis cura, & sollicitudo in suos, non minus quam in seipsum: quia & nati ex substantia patris corporali participant parentibus. ita natura parenti liberi: vt vicissim natura filiis prospiciunt patres. Hinc familie sub imperio patris familias sunt: & princeps societatis illius familie qui ei prouidet, & à quo propagati primùm fuerint. diuisis familiis, diuisi similiter singulares rectores earum. ex familiis primis, alie posteriores ortæ: societates maiores coniunctæ, pagos primùm, postea ciuitates constituerunt: qui illis præerant primùm, reges vel rectores societatis fuerunt ciuilibus: hinc gentes, & colonie ex ciuitatibus.

<sup>a</sup> Carminū.

<sup>b</sup> Psal. 8. 7.

<sup>c</sup> Geneleos c. 3.

<sup>d</sup> D. Mat.

<sup>e</sup> thae. 10. vers.

1. & 8. Mar.

3. vers. 13. &

16. & 17. Lu-

ca 6. vers. j.

<sup>e</sup> D. Matth.

c. 18. vers. 18.

<sup>f</sup> D. Iohan.

c. 20. vers. 22.

& 23.

a lib. 2. politic.  
cap. 1.

tibus processerunt, unde & reges postea illis quoque propter con-  
sanguinitatem primum. ut etiam optime obseruauit Aristotel.<sup>a</sup>  
quandiu autem uiuebat senior vnus familiarum, tandiu is imperium  
gerebat: & filij nati pendente vita eius, non principes suorum  
natorum vel familiarum additarum sed duces dicebantur sub im-  
perio senioris, ut ostendit, capite trigesimo sexto Geneleos. dum de  
Idumæorum ducibus agit uiuente Esau, qui erat pater Idumæorum.  
Eo autem auo mortuo, filij singuli suas familias ex se natis habebant,  
& imperium in suos.

Et hæc incunabula prima fuisse regnorum legitimorum arbitror:  
& nugari eos qui fingunt homines primum palantes in syluis ha-  
bitasse feros, & postea ad societatem & ciuilitatem conuocatos  
& principes inde ortos, ut uidetur Vitruuius & alij tradere.

Existimo enim prius fuisse societatem hominum naturalem, po-  
stea ciuilem, & ciuilem ex naturali natam & continuatam, donec  
per tyrannidem & ambitionem inuitis populis imperari cœptum  
est vi.

8 Non est tamen negandum, fuisse quosdam homines qui ef-  
feratæ naturæ & deserta loca inhabitantes, ab omni humanitate,  
& ciuili vel sociali uera uita se separauerint, unde & Leleges populi,  
syluestres, barbari, moribus inculti, sine religione & Deo, qui  
degenerarunt à maioribus non magis quam lolium à tritici na-  
tura.

Fuit tamen & inter illos quædam societas & formula iustitiæ, qua-  
lis inter latrones est. Sicuti ante diluuium, Cain post necatum fra-  
trem, egressus à facie Domini, habitauit profugus in terra ad o-  
rientali plagam, & primus dicitur ædificasse ciuitatem quam ex  
nomine filij sui uocauit Henoch<sup>b</sup>. Ante eam tamen fertur Cain, a-  
lium locum ædificasse à Iosepho, Nais nomine: deinceps auctum  
familia hanc urbem Enoch struxisse ibique primi regni, aut potius  
latrocinij, quo pij ad diluuium usque infestati sunt, formam & sedem  
constituisse. consentit & Berof. in 1.

Ante hos tyrannos & postea legitimi principatus perseuerarunt  
in principibus familiarum. Sicque in diuisione terræ, tempore Pha-  
leg, cum ædificari cœpit turris Babel, singulis familiis erant: singuli  
duces & rectores, qui natos ex se & suis, duxerint in distractas regio-  
nes, ibique à regendo reges dicti sunt. Deficientibus autem illis  
principibus sine filiis, vel existentibus illis inutilibus imperio &  
regimini, ex communi consensu incolarum cuiusque regionis vel  
arbitrio seniorum vel electi sunt principes, vel communi consensu e-  
lecti tales qui curam & sollicitudinem & regimen gererent eorum quæ  
in communi facienda erant, vel ad singulorum utilitatem ex com-  
muni potestate & autoritate pertinerent.

Cum enim sociale sit natura animal homo, & societatem sibi ele-  
gerit quorundam, necesse est ut modos continendi & regendi socie-  
tatem inuenerit quoque, & communi consensu comprobauerit con-  
sequenter eorum autoritatem qui huic negotio vacarent. Ita Di-

uus

uus Augustinus<sup>a</sup> generale pactum esse ait societatis humanæ, obedire  
regibus suis. Herimogenianus Iurifconsultus dilucidè<sup>b</sup> estatur, ex iu-  
re gentium introducta bella, discretas gentes, regna condita, domi-  
nia distincta. Et Pomponius alius Iurifcon. c Iurifgentium, id  
est, ex iure quo gentes omnes fere utantur ait esse erga Deum reli-  
gionem, & ut parentibus & patriæ pareamus: quorum, ut diximus  
causam princeps legitimus sustinet, a Deo probatus, ut ministro iu-  
stitiæ & æquitatis Diuinæ cum potestate quæ à Deo pendet. Hinc  
que Ius humanum à regibus & imperatoribus constitutum, uoluit  
Deus seruari, & honorari reges, ut iussit per D. Petrum 1. Petri 2. re-  
ges reueremini et iura humana, per imperatores & reges seculi Deus  
distribuit generi humano.<sup>d</sup>

Post Cainum, Noachum & eius filios, alibi & principat<sup>o</sup> nati Plini<sup>o</sup> Re-  
nam ciuitatem tradit primum inuenisse Aegyptios: popularem At-  
ticos, postque Theseum primum fuisse tyrannum Phalaridem A-  
grigenti.

9 Colligimus hinc causam cur ante ambitionem principum, in-  
ueniantur fuisse in historiis tot reges, in omnibus regionibus orbis,  
seu reguli, qui erant ueluti singularum ciuitatum rectores & princi-  
pes, vel seniores, contenti suis finibus & colonijs dicti reges, ut in ca.  
14. Geneleos, Amraphel rex Sennar: Arioeh, rex ponti, Chedorlaho-  
mor rex Elamitarum, Thadal rex gentium, Bara rex Sodomorum,  
Berfa rex Gomorrhæ: Senaab rex Adamæ, Semebeth rex Seboim,  
rex Balæ seu Segor, Melchizedech, rex Salæ, quæ erant ciuitates vnus  
regionis fere ut ex c. 19. Genes. & aliunde colligi potest. Sunt & alij  
reges usque ad unum & 30. circa Iordanem, Iosue c. 12. Erant & olim  
tette Amiano Macerlino plures reguli in Germania, erant tales plu-  
res in Gallia, qui postea sublati sunt & additi maiori potestati: alij no-  
mine regio priuati, prouincijs, ditionibus, urbibus & pagis illorum  
translati in alium titulum vel ducatum, vel comitatum, vel alte-  
rius generis, & in Germania adhuc plures urbes sui iuris relictæ, vel  
sub proprijs legibus & democratia sunt, vel alicuius principis potestati  
sub generali imperio uiuunt. Mansit adhuc inter nos nomen, ueluti  
uestigium principatus seniorum, quod uulgo dicitur *sequeno*, is qui  
quibusdam Dominus, dicitur, à uerbo *senior*. & in quibusdam rebus  
publicis qui administrant dicuntur *anciani*, quasi antiqui. & in ger-  
maniæ finibus *maieur* quasi maior ætate per corruptam pronuncia-  
tionem alicubi *maiore a maiori* nomine. Possunt & domini adhuc dici  
principes à domibus à quibus cæperunt legitimi principatus in fa-  
miliam. & ea propagata in eiusdem gentis homines.

10 Inter omnes has potestates, inueniuntur quædam quæ olim  
iustæ & legitimæ, & nunc malæ dicuntur: ut cõtra, quædam quæ olim  
iniustæ fuerunt, & nunc ex iniustis & Tyrannidibus translate sunt uel  
eualuerunt in legitimos principatus per uoluntatem Dei uel effectum  
cem uel permissiuam.

Permittit enim aliquando Deus affligi populum saepe per malos

a lib. 3. con-  
fessio. c. 8.  
b relatus in c.  
2. qua cõtra mo-  
res. 8. distin-  
ctio.  
c in l. ex hoc  
iure. su. de iu-  
stitia c. i. li.  
1. p. 1.

d in l. 2. eius  
titu.  
e lib. 7. c. 56.

b Genes. 4.  
vers. 16. &  
seq.

f ex D. Augu-  
stino tracta. 6.  
ad c. 1. Diui Io-  
hannis in c. 1.  
quo iure defen-  
dit uillas. 8. d. 1.  
fini.

g lib. 7. c. 56.

principes, vt eum emendat, vel vt peccatum ab eo commissum vindicet. vt ait Iob. cap. 34. vers. 30. *qui facit regnare hypocritam propter peccata populi. nec est malum quod non fecerit in ciuitate dominus.*<sup>a</sup>

a Amos 3.

b Isa. c. 45.

c Lib. 2. magistrorum, distinctione. 37. articuli finali.

d Libro retractionum.

e Matthaei c. 18. vers. 7.

f Dini Ioh. Euangelio c. 11. vers. 50.

Et apud Iesaiam<sup>b</sup> ego sum deus creans malum, & faciens bonum: quod recte intelligunt theologi, de malo poenae, hoc est de poena cuius auctor est deus vt iustus iudex. <sup>c</sup> Et malorum poena quae adeo est malum quidem est malis, sed in bonis Dei operibus est: quoniam iustum est, vt mali puniantur, vt explicat D. Augustinus. <sup>d</sup> Boni & mali principes, vt & demones, habent potestatem à Domino: sed non ideo ipsi, si mali sint, aut si potestate quae, per se bona est, abutantur, immunes erunt à diuino Iudicio. sic quippe necesse est puniri malos, sed non ideo, qui puniendi accipiunt potestatem à propriis delictis eximuntur, vt necesse quidem est esse scandala. sed vix homini per quem scandalum<sup>e</sup>.

Et expediebat quidem vt vnus homo moreretur, pro populo vt prophetauit Caiphas pontifex<sup>f</sup> Iudeorum de morte Christi. verum non ideo Iudaei, Scribae & Pharisei, innocentes, qui malo animo ob vindictam & inuidiam Christum crucifixerunt. Ideo neque sibi tyranni blandiri debent, quod saepe populum & principes male & pernitiose viuentes, opprimant, conculcent, & suis flagellis cedant: nam exequuntur quidem illi vindictam & iustum iudicium Dei, verum non concurrit voluntas eorum cum effectu & cum voluntate Dei, potius ita ambitione, inclementia & tyrannide vtentes ad suum proprium commodum, vt inferuiant suae cupiditati, ambitioni superbiae: quam vt Dei honor & voluntas impleatur vnde ex opere bono non habent meritum, sed opere peccato & quiescente ira Dei, ipsi vt flagella amplius non necessaria, in ignem mittuntur & leui negotio conuellantur. Admonet illos sapiens c. 6. vers. 3. *prebete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: Quoniam data est à domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra & cogitationes scrutabitur. Quoniam cum essetis ministri regni illius non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiae, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrendè & citò apparebit vobis: Quoniam iudicium durissimum in his qui praesunt, fiet, &c.*

Notissimum est, populum Israelem afflictum valde sub Pharaonis imperio, c. 1. Exodi ob peccata: & tamen postea ipsum Pharaonem cum suo exercitu submersum. In captiuitatem ductus populus Dei ob abominationes suas & regum, vt liquet ex lib. 4. regum & 2. Paralipomenon & Machabeorum, sed non ideo iustificati tyranni: quia non erat eorum voluntas exercendi iudicium Dei, sed suae virtuti, potestatem ex alto sibi concessam, tribuebant: proinde & ipsi postea in iram Dei inciderunt, quod optimè explicat Iesaias ca. 10. versic. 5. & sequentibus *vix Assur, virga furoris mei & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei, mandabo illi vt auferat spolia*

spolia & diripiat praedam, & ponat illum in conculcationem, quasi lutum platearum. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita existimabit: sed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem gentium non paucarum. Dicet enim, nunquid non principes mei, simul reges sunt? nunquid non Charcamis, Sic Calano: & vt Arphad, sic Emath: nunquid non vt Damascus sic Samaria? Quomodo inuenit manus mea regna Idoli, sic & simulachra eorum de Hierusalem & de Samaria. Nunquid non sicut feci Samaria & idolis eius, sic faciam Hierusalem, & simulachris eius. Et erit cum impleuerit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, & in Hierusalem, visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius. Dixit enim in fortitudine manus mea feci, & in sapientia mea intellexi: & abstuli terminos populorum, & principes eorum depradatus sum, & detraxi quasi potes in sublimi, residentes. &c.

Quia fecerunt malum in conspectu Domini Dei sui filij Israel, seruientes Baalim & Astaroth, iratus contra Israel Dominus, tradidit eos in manus Chusan Rasathaim regis Mesopotamiae, & seruerunt ei octo annis, donec clamantes ad Dominum suscitauit illis ducem qui eum regem praelio superauit, rursusque derelinentibus Dominum, Dominus confortauit Eglon regem Moab aduersus eos. Sed dum clamassent ad Dominum, suscitauit eis ducem Aod, qui eum necauit, & liberauit populum à seruitute.<sup>a</sup>

Memorat exemplum mirabile de Mycernio rege Aegyptiorum, Herodo. lib. 2. Postquam enim durè & tyrannicè regnassent per plures annos, Cheres nempè per quinquaginta annos, & Chephrenes eius filius per quinquaginta sex annos, & ita per centum & sex annos, Aegyptij in omni calamitate versati essent, suscepit regnum Mycernus Cherpis filius, cui ex vrbè Buti venit oraculum: fore vt sex omnino annos viveret, septimo vita defuncturus esset: quod cum ipse aegè ferret, misit ad oraculum contumeliosas querimonias, quod cum pater suus & patruus, qui decorum immemores templa clauserat, hominesque perdiderant tandiu vixissent: ipse piè faciens tam cito vita erat defuncturus, cui rursus venisse dicuntur ex oraculo responsa, eapropter ipsum vita finiturum, quod non id ipsum ac parentes faceret: oportuisse enim Aegyptum centum quinquaginta annis affligi, idque duos qui ante eum fuissent didicisse: ipsum verò nequaquam.

¶ Sed & permittitur malis regnum à Deo & potestas, vt boni ab illis agitati meliores, & maiori corona digni fiant, & gloria Dei appareat. vt quando sub imperatoribus & regibus ethnicis, fideles & christiani fuerunt variis martyrij coronis donati: & confessores & alij christiani constantiae suae & fidei probationem celebriorem ediderunt. Fuerunt & plures ex principibus infidelibus, constantia martyrum, vita & eloquiis ad fidem conuersi, qui deinde vberiore fructum Ecclesiae Christianae pepererunt. Et in summa, vt ait diuus Augustinus<sup>b</sup>, non sine causa Deus patitur malos:

nec pu-

<sup>a</sup> Iudicum 3. cap.

<sup>b</sup> in psal. 54.

*nec putandum gratis eos esse in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum: cum omnis malus aut ideo uiuat ut corrigatur, aut ut per illum bonus exerceatur.*

Quare in mundo, non minus sunt utiles sc̄ui, truces, immites principes quàm boni, nec minus potestate Dei inualescunt quàm optimi: ut inter medicinæ remedia non tam vnctiones, frictiones, dulcia & alia amabilia, & grata adhiberi debent ad salutem, quantum aliquando caetera, acria, expurgantia, & amara, & missio sanguinis desiderantur.

12 Sed neque & mali possent potentia uti, nisi concederetur desuper<sup>a</sup>, metuenda nobis hæc concessio potentia, quæ in ira iusta Dei datur tortoribus.

Postulanda autem & sequenda maiori studio, quæ ad defensionem & ad conseruationem populi datur, quæ est coniuncta cum sapientia & paterna benignitate, duo sunt quæ solent mutuo relatiuè considerari, rector & populus: ut enim malitia populi prouocat iram Dei ad mittendum rigidiorum præpositum: qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet populum suum, & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium: In manu Dei potestas terræ, & execrabilis omnis iniquitas gentium, & utilem rectorem suscitabit in tempore super illam: In manu Dei, potestas hominis, &c. Ecclesiastici capite decimo, & sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini, quocumque uoluerit inclinabit illud<sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Diui Iohan. cap. 19.

<sup>b</sup> Proverbior. cap. 21. vers. 1.

Timenda illa vox superbienti in regno suo, Nebuchadnesari red-dita coactus, fœnum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur excelsus in regno hominum, & cuiusque uoluerit det illud<sup>c</sup>.

<sup>c</sup> Daniel ca. 4. verb. 29. d. lib. 5. politic. cap. 10.

12 Adfert Aristoteles<sup>d</sup>, alias causas originis regum & tyrannorum, inter quas ait Regiam potestatem & optimatum, pro tutela præstantium virorum repertam contra populum: atque regem ex præstantibus per excellentiam, vel rerum gestarum quæ sint à virtute, vel per excellentiam huiusmodi generis: Tyrannum verò, habere originem à populo & multitudine contra nobilitatem, ut populus iniuriam ab illis non patiat. Verùm tales tyrannides ita quasdam constitutas: alias autem prius ex regibus transgredientibus patria iura, & affectantibus magis dominari. Alias ex electis ad principales magistratus. Alias ex paucorum potentia eligentium vnum aliquem ad maximos magistratus. Phidon apud Argos, & alij alibi, regiam potestatem habentes, tyranni facti sunt. Circa verò Ioniam tyranni & Phalaris ex honoribus: Panetius quoque in Leontinis, & Cypellus Corinthi, Pisistratus Athenis, alibi & Dionysius Syracusis, & alij alibi: ut Sylla & Iulius Cæsar apud Romanos.

13 Rursum significantius, Regia potestas instituta est secundum optimatum gubernationem. Est enim secundum dignitatem, vel per virtutem propriam, vel generis, vel per beneficia collata, vel per ista simul, vel potentiam. Omnes enim qui maxima beneficia in

facia in ciuitates gentesque contulerunt, vel qui eam facultatem habuerunt ut conferre valerent, hoc honore potiti sunt: Alij bello conseruatis populis ne in seruitutem deuenirent, quemadmodum Codrus: Alij à seruitute liberatis: ut Cyrus: Alij quod condidissent urbem, vel quod regionem acquisissent, quemadmodum Lacedæmoniorum, Macedonum, & Molosorum reges: Alij quod specimen iustitiæ in conseruatione quietis edidissent, ut Deioces apud Herodot.

14 Sunt & orti principatus monarchiæ etiam ex exiguis initiis, quæ adeo excreuerunt, ut vi & armis domauerint postea & opprefferint ciuitates prouincias ambitu, dominandive cupiditate, & ut direrentur spoliis aliarum nationum.

Primum, inquit Thucydides in primo, Græci olim & Barbarorum quicunque in continenti maritimi erant, quique insulas incolebant, ubi cœperunt crebrius alij ad alios nauibus transire, ad latrocinium conuersi sunt, ducibus viris mediocris potentia, tum sui equæstus, tum pauperum victus gratia, atque adorti ciuitates muro vacantes, vicatimque habitatas, diripiebant, ac maxime inam victus partem hinc comparabant, nullo ob id pudore, cum non nihil id gloriæ adferre videbatur, imo latrones se dicebant. Et hæc fuerunt illis in debiliores dominandi principia ut & pyratibus caeteris, quos partim Minos in Græcia expulit in se prædam transferens, & imperium maius ex minoribus pyraticis construens, ut Pompeius suo tempore nomine Romanorum. Equidem illi parui latrones: monarchiæ verò, qui armis finitimos sine causa iniuaserunt, magni latrones. Qualis & Alexander Magnus, cui ne vniversus sibi sufficere videbatur orbis, prædis, cladibus populorum nobilitatus. Item Sylla, Marius, Iulius Cæsar, & caeteri similes, qui sibi vsurparum aliorum dominationes varijs artibus, & crudelissimis facinoribus aut dolis.

Sitalces Thracum rex cum angusti admodum agri regnum accepisset, fortitudine & prudentia in diuersas gentes, amplum sibi parauit imperium<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Diod. lib. 1.

15 Suasit necessitas & exigentia negotiorum, ut vel Deus daret principem egentibus regimine, vel ipsi sibi eligerent: ut dum ante dictum est, ob metum Pharaonis & oppressiones missum Moysen à Deo saluatorem & liberatorem populi: postea Iesus electum, & alios duces Dei monitione & sollicitudine populo Hebræo datos. Et populus idem videns quod Naas rex filiorum Ammon venisset aduersum se timuit & postulauit sibi dari regem. i. Regum cap. 12. vers. 12.

16 Fuerunt & inter Tartaros olim habitantes in Imao, parte montis Tauri, qui Belgiam dicuntur ab Haytone<sup>b</sup> more belluarum syluestres, sine lege & fide, vagi per nemora, pastores: inter quos fuerunt quædam familia dictæ Malgotz, quæ conuenerunt in vnum locum, & primum sibi elegerunt duces, subiiciebantur tamen nationibus vicinis & grauissimis premebantur oneribus: donec accidit

<sup>b</sup> parte 3. h. historia orientis cap. 3.

unum ex illis senem nomine Cangium visione excitatum esse ad regnum Dei voluntate cum fidei christiana propagatione instituentum, apparuit enim ei in somniis eques quidam armis indutus, insidens equo albo, qui eum ex nomine interpellauit, & ita alloquutus est, Cangius est Dei immortalis voluntas ut breui rector & rex sis Tartarorum qui Malgoti dicuntur, & liberes eos à seruitute qua diu opprimuntur, & vicinæ nationes illis subiiciantur. Quo intellecto Cangius cum ex Christi mandato hoc sibi iniunctum munus crederet, mane conuocauit septem nationum Malgotorum principes seniores & duces, & recensuit visionem, quam primo ipsi ridiculam rati sunt, donec adueniente nocte omnes eundem equitem viderunt & audierunt, iubentem ut Cangio obtemperarent: quamobrem conuocato omni populo iusserunt, ut Cangio obedirent, atque ipsi primum principes iuramentum fidelitatis præbuerunt, eumque nominarunt primum imperatorem Caan, sua lingua, id est, regem, vel imperatorem, à quo qui successerunt appellati quoque fuerunt. & magnum nomen adepti sunt, & prius per illum regem subacta Georgianæ regione, Armeniæque Maiori, & inde Polonia, & Vngaria vastata, ut scribit Blondius<sup>a</sup>. & Platina<sup>b</sup>.

17 Antea anno Domini 1057. Turcomani qui nunc Turcæ dicuntur, quo tempore Saraceni vel Agareni inter se dissidebant, & à Christianis vincebantur, rebellarunt quoque ipsi aduersus Saracenos & elegerunt sibi ex suis regem nomine Sadonem, ut ait idem Haytonus Armenus<sup>c</sup> regnum occuparunt Asiaticum.

Phrygi ortis seditionibus post nuptias cum illæ componi non possent, consulto oraculo responsum acceperunt, rege discordiis opus esse, & ita creauerunt regem primum Gordium Iustinus in xj.

18 Langobardi cum per annos decem sub potestate ducum fuissent, tandem communi consilio Flauium Autharij Clephonis regem sibi statuerunt, cui ob restorationem regni, duces qui tunc erant, mediam totius substantiæ suæ partem contulerunt: ut esset, unde rex ipse suis qui ei obsequabantur, per diuersa distributa officia alerentur, ita factum illud mirabile dicit Aimon<sup>d</sup>. ut in gente Langobardorum nulla esset violentia, nulli struerentur iniuriæ, & vnus quisque quo liberet securus sine timore pergeret. Idque tempore Mauricij imperatoris & Childeberti regis Francorum.

19 In tanta, inquit Iustinus, lib. 44. seculorum serie, nullus Hispanis dux fuit magnus præter Viriatum, qui annos decem Romanos varia victoria fatigauit, (ad eum feris propiora quam hominibus ingenia sunt) quem ipsum, non iudicio populi electum, sed ut cauendi scientem, declinandorumque periculorum peritum sequuti sunt. Cuius ea virtus continentiam fuit, ut cum consulares exercitus frequenter vicerit: tantis rebus gestis, non armorum, non vestis cultum mutauerit, sed in eo habitu quo primū bellare cepit, perseuerauerit, ut quiuis Gregarius miles ipso imperatore etiā opulentiore videretur.

20 Amazonum regnum, longe mirabilius habuit initium: cuius meminit Iustinus ex Trogo, lib. 2. apud Scythas inquit, tempore nini, duo regij

<sup>a</sup> lib. 7. deca.

<sup>b</sup> sub Hono-

rio 3. circa annum domini

1225.

<sup>c</sup> par. 2. historia orientalis. cap. 6.

<sup>d</sup> lib. 3. de gestis Francorum. cap. 36.

duo regij iuuenes Plinio & Scholoythus, per factionem optimatum domo pulsi, ingentē iuuentutē secum traxere, & in Cappadociæ ora, iuxta amnē Thermoodonta confedere, subiectosque Themiscyreos cāpos occupauere. Ibi per multos tot annos spoliare finitimos cōsue- ti, cōspiratione populorū per insidias trucidatur. Horū vxores cū viderēt exilio suo additā orbitatē, arma sumpserunt, finēque suos submo- uentes primo, mox inferentes bella, defendunt, & ita interfectis etiam qui domi remanserāt viris, regnum instituerunt reginarum duarum.

21 Ex leuibus initiis originē quoque habuerunt regna, quæ postea in monarchias vel amplissimas ditiones peruenerunt. Sic enim natura comparatum, ut etiam magna ab exiguis principiis orta, in amplitudinem perueniant.

*Nam mora dat vires teneras mora præcoquit vnas*

*Et validas segetes, quod fuit herba facit.*

*Quæ præbet latos arbor spatiantibus umbras.*

*Quo posita est pomum tempore virga fuit.*<sup>a</sup>

<sup>a</sup> Ouid. l. de remedi.

Qui exploratissimè inquit Thuci. In i. Peloponēsiū, gesta, à maioribus natu sibi per manus tradita, cognouerūt, Pelopē primū vi pecuniarū, quam portās ex Asia venit, parata sibi inter inopes potētia, et si peregrinus erat, tamē cognomē regionis obtinuisse, & imperasse dicunt.

22 Regnum Assacinarum fuit olim vicinum terræ promissionis exiguum, non plus quam tredecim ciuitates seu opida & castra continens, quorum incolæ sine fine & lege viuebant, cuius rex à vicinis regibus, imo & totius orbis timebatur: non quidem ob strenuitatem aut potentiam, quæ quidem exigua erat: sed quia habebat subditos ita mandatis eius sedulo obtemperantes, ut pro exequendis illis liberè & sponte morti cuiuscumque generis se offerrent, & proinde reges & principes qui armis & aliis contentionibus inter se dimicabāt, & odia vindicabant, illum Assacinarū regem rogabant ut vnū aut duos sibi mitteret, qui inimicum suum necarent: quod si à rege impetrassent, proculdubio eam ob re missi Assacini mādata sibi à rege omni studio exequi conabantur, nec vnquam ab eo quiescebant animo donec mandatum sibi, regem aut hominem, interemissent. nihil metuentes deprehendi vel intercipi, vel supplicio deprehensi affici. Horūque metu inoleuit mos & consuetudo regum Gallorū, satellitibus & militibus stipatos incedere, quia deprehensi ex huiusmodi hominibus quidam missi à Turcis, ut regem necarent. Durauitque illud regnum sicariorum hominum, vsque ad Mangonē Caanum seu Imperatorem Tartarorum, qui data manu armata Falconi fratri regis Armeniorū, inuasit prædictum regnum Assacinarum ex improviso, excepto castro vel castello Tygado, vbi rex Assacinarum habitabat tanquam in loco munitissimo, quo loci passus est & sustinuit obsidionem Tartarorum per 27. annos, post quos ob defectum vestimetorum non alterius rei se dederunt regi Armeniæ, & Assacini inde pulsi negati vel delegati, ut scribit Haytonus Armenius<sup>b</sup> Eo pertinet decretalis edita in consilio Lugdunensi sub Innocenti. 4. relata in c. l. de homicid. in sex. incipiens *pro humani redemptionis generis.*

23 Quo tempore Seleuci & Antiochi regum Macedoniæ discordia creuit, qui dum sibi mutuo eripere regnum volebant omiserunt

O. j.

<sup>b</sup> Parte 3 historia O. d. 11. talis. 10.



persequi defectores, Arsaces vir sicut incertæ originis ita virtutis expertæ, solitus latrocinis & rapto viuere, accepta opinione Seleucum à Gallis in Asia victum: solutus regis metu, cum prædonum manu Parthos ingressus, præfectum eius Andragorā oppressit, sublatōq; eo, imperiū gentis inuasit. Nā magno deinde post tēpore Hircanorū quoque regnum occupauit & postea Parthicum regnum formauit.<sup>a</sup>

*i. Iustinus li. 41.*

24 Sclauorum gens quæ & Vuinidij dicuntur, cum exarserunt Iugum Hunnorum seu Auarorum, Samonem quendam Senonicum Francum mercatorem, in regem propter strenuitatem primum delegerūt anno quadragesimo principatus Clotharij regis Francorū<sup>b</sup>:

*b. Vt refert Aymo li. 4. de gestis Frā. cap. 9.*

*c. In libr. de bellis Punicis.*

25 Carthaginensium imperium, si credamus Appiano Alexandrino<sup>c</sup> propemodum ridiculum habuit initium, annis quinquaginta secundum illum ante conditum Ilium. Siquidem scribit; Didonem mulierem Tyriam post maritum suum à Pygmalione Tyri Tyranno interfectum, cum thesauris & viris multis in Africam tyrannidem fugientes, venisse & petiisse ab Afris tantum loci ad incolendum quantum tauri tergus comprehenderet. Riserunt illi Phœnicum fordes & puduit tantillam rem pernegare. Phœnices vero secto in orbem corio sic vt vnā corrigiam efficerent tenuissimam circumdederunt locum vbi fuit arx Carthaginensium, quam inde Byrsam nominarūt. Dehinc procedente tempore ex hac sede incursantes finitimos & vincentes, nauibus quoque victum quærentes more patrio, arcem vrbem circumdederunt, iamque potentes obtinuerunt Africam mari late Imperantes, Sardiniam, Siciliam, Hispaniam, passimque deductis coloniis sic imperium acquisierunt Græcorum conferendum viribus, Persarum vero opibus.

Idem ferè & simile initium regnandi Saxonibus, in Anglia. nam cum Britannia partem Scoti & Picti occupassent nec amplius resistere possent, vocarunt Ethnicam Anglorum gentem, nempe Saxones in auxilium & sui defensionē, quibus tantū terræ datū est quātum coriū tauri per corrigias potuit extēdi, vnde postea gens illa sibi dominationē vsurpauit vt scribūt Krantius<sup>d</sup> Polydor. Virgil.<sup>e</sup> Sigiber-

*d. Lib. 1. c. 18. e. lib. 3. Historia Angli. 54.*

26 Factū etiā mortuis Monarchis, vt qui duces eorum essent, & præfecti regionibus essent, sibi nomina & diademata imposuerint, vt post mortem Alexandri Magni Satrapæ, reges se fecerunt, vt ait. In Syriacis Appianus Alexandrinus.

27 Effecit aliquando necessitas, vel ambitio populi, vt relictis propriis sedibus in quibus satis commode viuere non poterant, in alias commigrandum regiones putarēt fatius. Et ita immiserūt quasdam nationes, vel vicinas vel distantes. Imperia, & gubernationes, vt possessiones sibi vindicarent.

Sicut Heluetij tempore Iulij Cæsaris decreuerant Galliam occupare, & ideo de finibus suis cum comæatu trium mensium egressum oppida omnia sua incenderunt numero ad duodecim, vicos ad quadringētos, & priuata ædificia omneque frumētum, præterquod portaturi erant, vt domū reditionis spe sublata, paratiores ad omnia subeunda pericula essent. Et ita eius rei gratia duces sibi & sonos constituerunt.

*f. Iulius Cæsar lib. 1. de bello Gallico 1. 1. c. 2.*

DE



# DE REPUBLICA

siue,

DE DURATIONE PRINCIPATUUM ab initio per diuersas orbis partes.

LIBER XXI.

CAPVT VNICVM.



**A**ORBE condito rerum omnium princeps constitutus Adam primus homo, vt antea diximus solus: neque alius credendus est imperasse filiis & nepotibus, præter ipsum legitime, ideo tandiu eius monarchia durauit, quandiu vixit. Refert autē Rabinus Isaac in Genesim, quod Adam conspicatus filios filiorū, & nepotum suorum vsque ad septimam generationē, mortuus est annos natus 930. & sepultus est in terra Israel prope agrum Damascenū, vbi & fuerat creatus, & vbi etiam illa ætas traducta fuerat, hominibus nō dum dispersis. Quamquam sacri patres quidam, quod pertinet ad locum sepulturæ, variauerint, & sit traditio, sepultum fuisse in monte Golgotha in quo crucifixus est Dominus vt Origen. tractatu 35. in Matthæum, Epiphanes in fine Panarij, Athanasius lib. de Passione Domini. Theophyl. in cap. 27. Matthæi. Cyprianus sermone de resurrectione, Ambros. lib. 5. Epist. epist. 19.

2 Certum tamen est, quod sub tempore monarchiæ eius Adami, cœperūt esse duces duarum ciuitatum, & duorū imperatorū in genere ratione vitæ æternæ aut salutis animæ: vna ciuitas dicitur terrestris, mundana diaboli, Babylonia & confusio: alia cœlestis æterna, Dei, Hierusalem cœlestis. prioris ciuis primus dicitur Cain, qui necauit Abel: Alterius Dei & iustorum primus fundator, quæ ad hunc vsque diem peregrinat in hoc mundo, multis calamitatibus obnoxia.

3 Primus etiam ante diluuium Cain secundum Iosephum speciem regni constituit vel tyrannidis, vt post diluuium Nimbroth. Et ædificauit primus Cain quædam locum nomine Nais, postea ciuitatem, auctus familia: ibique primi regni vel latrocinij vestigium & sedes. nam eius progenies quæ postea imperauit, pios vsque ad diluuiū infestauit continuo, deinceps ædificauit ciuitatem Enos post Nain à nomine filij sui Enos<sup>a</sup> quam sedem tyrannidis posuit viuente patre Adamo, vt testatur Berosius in I. cum dixit eam fuisse vrbem maximam gigantum, qui vniuerso orbi dominabantur ab occasu solis ad ortum. Quamobrem illa vnica fuit Tyrannis fundata à Caino, quæ durauit vsque ad diluuium in eius posteritate.

*a. Genes. 4.*

O. 2.

voco tyrannidem imperium Caini verius quàm regnum, quia ipse se subduxit ab imperio paterno: & contra imperium & regnum paternum, suam potestatem usurpauit: atque à legitimo rege & duce Adamo, subditos naturali iure descendentes: sibi per vim subiecit, & oppressit.

4 Post diluuium fuerunt dynastiæ seu potentatus primi in Ægypto. à diluuiio vsque ad 43. Nini, vt scribit Eusebius de temporibus. Fuerunt quindecim prima omnium, secundum Berofum fuit Camefi: quem inter primos Deos iuniores vocarunt Saturnum Ægyptij, vt indicat Berofus: feruntque dynastias illas singulas durasse septem annis, sub duodecim diis primis maioribus Ægyptiorum: hoc modo, anno à diluuiio 131. teste Beroso, Chemessus primus, tenuit Dynastiam annis septem: anno 43. Nini ortus Abraham, vt Eusebius comprobatur, quo anno cœpta est decimasexta dynastia sub Osyride, qui concessit Dynastiam Thebeis, durauitque ista annis centum, & nonaginta, vt Ægyptij supputant, & Eusebius. Ab hac emerfit decimas octaua Diapolyranorum, annis 348. Hinc in diuersis locis Ægypti dynastia sub diuersis Larthibus, id est summis principibus dynastiarum imperantium, per annos centum nonaginta quatuor, quæ iterum in Diapolitanos regressa est, & vigesima dynastia dicta sine larthibus vt notatur in supplemento Manethonis, quo loci & videndus Annij commentarius, & Eusebius.

Diapolitani dicti à duabus ciuitatibus in superiori Ægypto: est enim Diospolis magna, & parua, quæ & Iouis ciuitates Plinio, vt testantur Ptolomæus, Strabo, Stephanus. Cum his annotandum duco, fuisse et tempore Nembrothi, primi Saturni, vt loquitur Berofus in 5. ac regis Babylonis, alias colonias per orbem missas cum suis ducibus, ac dynastis: quemadmodum anno illius regni 10. Comerus Gallus posuit colonias suas in regno, quod post, Italia dicta est. Itē anno eius Nembrothi 12. Iubal condidit Celtiberos: & paulo post Samotes, qui & Dis Celtas, an. 15. Nembrothi. Oceanus ad Ninum Ægypti cōfedit aliisque plures id ipsum deinceps fecerunt, vt scribit Berofus predicto libro 5. Quod fidelius recensetur à Moysē Geneseos c. 10. & 11. dum describit familias Noachi, à quibus diuisæ sunt gentes, iuxta populos, & nationes suas post diluuium. Colligitur autem ex c. 11. Geneseos, monarchiam, & dynastiam populi non fuisse constitutam diuisim, ante ædificationem turris Babel, quam ædificare decreuerant filij, & nepotes Noe, antequam separarentur à communi societate, in qua tunc vixerant à Diluuiio. ad celebrandum nomen suum, antequam diuiderentur in vniuersas terras.

5 De Ægyptiis Herodotus lib. 2. refert quæ audierit de illorum regno ab illis: dixerunt enim à primo rege illorum, vsque ad Sethonem, qui erat tunc postremus sacerdos Vulcani & rex, fuisse progenies hominum trecentas quadraginta vnam. Trecentæ autem progenies decem millia annorum valent, inquit, nam tres virorum progenies centum anni sunt, vna & quadraginta, quæ reliquæ sunt ultra trecentas, sunt anni mille, trecenti quadraginta

quadraginta, & ita numerabant trecentos quadraginta quinque reges per ordinem successionis, & ex piromi piromim procreatum. sic enim πῖρομις Græca lingua expositum, πῖρος καὶ γὰρ ἀδός, id est, honestus & bonus: neque enim putabant deos dici debere, sed à diis distantes, nec hominem progenerari à Deo putabant. Ante hos vero reges viros, regnasse in Ægypto deos principes, quorum postremum asseriebant Orum Osiris filium. Orus dicitur Græcis Apollo, Osiris vero Dionysius seu Liber.

6 Legimus monarchias plures diu superstites fuisse, & nullam Assyriorum diuturniorē. In qua fuerunt reges 36. quorum primus fertur Ninus, & postremus Sardanapalus. ex quorum temporibus quibus regnarunt, colliguntur mille ducti & triginta nouem anni quibus stetit illud imperium, quod in orbe primum fuit Assyriorum. Post quod alia monarchia prodierunt: Colligitur autem & regum & regni illorum seu annorum imperij, numerus, ex Eusebio, Metasthene, Beroso, Iustino, ex Trogo in 1. & aliis.

Assyrij nominati sunt à Nini nomine, qui nomine proprio Assyrius dicebatur: vt ciuitas Ninive, à nomine Nini, vt scribit Xenophonus antiquus author libro de æquiocis, Qui sumpsisse illud videtur à Moysē dum scribit Geneseos cap. 10. de Nimbrotho auo Nini, fuit Inquit, principium siue sedes regni Nimbrothi Babel, vocamus Babyloniam, & Arach & Achar, & Galanne in terra Sennaar. De terra illa egressus Assur ædificauit Niniuem, &c. Berofus libro 4. tradit, consentiens cum Moysē, quod primus in orbe terrarum fuit populus Babylonius, & ibi Nimbrothum cum populo in campo Sennaar, ædificasse urbem & ædificasse turrim, quam deduxit ad altitudinē & magnitudinem montium in signum primi in orbem terrarum ibi existentis populi, vt regnum regnorum dici deberet. idque factum anno salutis ab aquis, centesimo trigesimo primo.

7 Metasthenes dehinc addit ex Susiana bibliotheca in qua annales Persarum erant, fuisse Belochum 3. Sardanapali clandestinum hostem, qui eius militiæ præfectus erat cum Arbace tum Medorum principe partitum esse monarchiam, ea lege vt Belochus Babyloniam, Arbaces Mediam ac Persas regeret. Itaque interfecto & ex ipso flammis iniecto Sardanapalo, monarchia bipartita est: & prodierunt inde duæ monarchiæ. Iustinus in primo de Arbace seu Arbaeto scribit tantum, & quemadmodum coniurauerit contra Sardanapalum, cum comperisset eum inter mulieres pensa purpureæ diuidentē. De eo etiam & de Belocho Diodor. Sicul. in 3. Biblioth.

8 Sunt hic præcipui authores sequendi Berofus, Methasthenes, Diodorus, Cthesius & Eusebius. Reiciendi vero à temporibus monarchiæ Assyriorum qui priuatas opiniones contra publicam probatamque fidem scribunt, vt ex Græcis Herodotus, Hellenicus, Age-

deri poterunt in anno mundi 3356. Propere enim ad utiliora secutus communem sententiam quam & ipse sequi videtur: alioquin vero nunquam fuisset ordo seruatus si singulorum authorum admiscenda sententia, qualis illa Herodoti, dum ait in primo in hac verba. igitur cum Assyrij annis quingentis viginti superioriorem Asiam obtinuissent primi Medi ab ipsis de hicere ceperunt, &c. Minusque sequendus Paulus Orosius, dum lib. 1. c. 12. asserit Assyriorum regnum per mille centum sexaginta annos, vsque ad Sardanapalum, per quinquaginta propemodum reges possessum.

a Secundū Iustinū in 1. per mille trecentos annos durauit. Diodorus vero Siculus lib. 3. vult à Nino ad Sardanapalum, triginta numero reges imperium Assyriorum tenuisse, annis mille trecentis & quinquaginta, vt Cthesias in secundo libro scribit. Secundū Metasthenē à Nino vsque ad Sardanapali finem, anni sunt 1234. secundum Eusebium vero 1239 feruntur autē à diluuiio vsque ad monarchiam Assyriorum Ninū, 249. vt notat Metasthenem de iudicio temporum. Omitto hic controversias de antiquitate regni Assyriorum, quas contra predictos authores refert Genebrardus libro 1. Chronographia que apud illum videri poterunt in anno mundi 3356. Propere enim ad utiliora secutus communem sententiam quam & ipse sequi videtur: alioquin vero nunquam fuisset ordo seruatus si singulorum authorum admiscenda sententia, qualis illa Herodoti, dum ait in primo in hac verba. igitur cum Assyrij annis quingentis viginti superioriorem Asiam obtinuissent primi Medi ab ipsis de hicere ceperunt, &c. Minusque sequendus Paulus Orosius, dum lib. 1. c. 12. asserit Assyriorum regnum per mille centum sexaginta annos, vsque ad Sardanapalum, per quinquaginta propemodum reges possessum.

filais, ex Latinis Iustinus, Gellius, & Orosius. Sic etiam in temporibus Monarchiæ Persarum & Medorum, author publicæ fidei fuit Metasthenes Persæ, & Cthesias Gnidius, vt & Diodorus in 3. notauit. Item Philoiudæus reicitur Iosephus ex Hebræis, & Clemens, Tacianus Africanus: & Eusebius ex Græcis: quia priuatas opiniones sequuti contra publicam fidem; notant reges & tempora quæ in Bibliothecis & annalibus non fuerunt. Et contra omnem fidem publicam, scribunt Cyrum dedisse licentiam Hebræis in Babylone captiuis antequam Babylonia Darius eius patruus potiretur. Eusebius tamen in tertia monarchia Græcorum, & in quarta Romanorum recipitur, quia in vtraque fidem publicam est sequutus: Reiciuntur vero Iosephus & Talmudistæ. Qui in multis temporibus de publico mendacio conuincuntur; quemadmodum obseruauit Annius Viterbiensis in Commentariis in Metasthenis librum de Iudiciis temporum.

9 Monarchia Persarum à primo Arbace, vsque ad Alexandrum Magnum, stetit annos quadringentos nonaginta cum vno, vel secundum alios quinque ex Metasthene. In quo obseruandum est, contineri & Medorum & Persarum regna. eo quod, vt ait Metasthenes, postquam Assyriorum monarchia bipartita fuit inter Belochum qui Babyloniorum recepit imperium, & Arbacem qui Medorum & Persarum, apud Medos in monarchia bipartita à tempore Arbacis regnatum per trecentos & quatuor annos, & totidem in alia parte Babyloniorum à primo rege Phul. Belocho. Reunita vero fuit monarchia sub Cyro & Dario, qui Babyloniorum regnum in Persas transfulerunt, occiso Balthasare rege Babyloniorum: & hæc durauit vsque ad Alexandrum: contentit Eusebius.

Annales Medorum & Persarum digesserunt vsque ad Alexandrum, Deiocles & Metasthenes, Persæ: Ab Arbace vsque ad Cyrum, Cthesias Gnidius, Diodorus in 3. & harum monarchiarum veri censentur authores, à quibus deuiant Herodotus, Eusebius, Tacianus, Iosephus, Clemens, Aphricanus, Paphryius, ideo non recipiunt authoritatem.

10 Iustinus autem libro 32. tradit, Macedoniam à Carano qui primus in ea regnauit, triginta reges habuisse, vsque ad Perseum vltimum regem: quo tempore finis Macedonici regni fuit eo victo ab Emilio Paulo consule Romanorum, & in ditionem perducta tota Macedonia.

11 Nominant Macedonum monarchiam alij, non à Carano vt Iustinus, sed ab Alexandro Magno, qui tamen rerum summa tantum potitus est, annis 12. Et post eum inter principes regna diuisa sunt quæ is quæsierat Machab. 1. c. 1. Iustinus in 1. histor. finem regni & Imperij Medorum ponit in Astyage auo materno Cyri, victo à Cyro, & tunc regnasse Reges Medorum, 350. annis.

12 Fueruntque post Alexandrum Magnum Asiæ duo reges per 35. annos.

Syriæ vnus Seleucus per 32. annos.

Postea

Postea Syriæ & Asiæ coniunctum regnum durauit 289. annos.

Regnum Ægypti ab Alexandro vsque ad Cleopatram, per 288. annos. & ita, istis coniunctis ferunt monarchiam Alexandri durasse annos trecentos.

13 Heraclidarum genus, ab Hercule & Iardane ancilla procedens, Lydiorum imperium seu regnum tenuit per quingentos & quinque annos, & per duas & viginti virorum ætates filio patri deinceps succedente, vsque ad Candauem Myrsi filium qui fuit vltimus ex Heraclidarum genere, & necatus à Gyge Dysciti filio, qui tyrannidem inuasit ope vxoris Candaulis Lydiorum. Sed non diu eius genus eo regno potitum. Causa cur necatus fuit. Candaulis voluptas inhonestas fuit, & malitia seu pudicitia crudelis vxoris. Is enim cum nimio eius amore putaret eam omnium mulierum pulcherrimam laudatam Gygi, ostendere nudam voluit ea inscia, quæ tamen, cum id rescisset, conditionem obtulit Gygi, aut eligeret ex eo loco quo illam nudam conspexerat virum Candauem agredi & necare, & illam cum regno habere in vxorem aut mori. vt refert Herodotus. In 1. subdit vero dum de Cræso ex genere Gygis per Cyrum subacto agit, Oraculum ei respondisse Cræsum quintæ retro ætatis crimen luere, id est Tritani Gygis, à quo quintus erat Cræsus qui cum esset fatelles Heraclidarum, mulieris dolo inductus, dominum intereunt illiusque dignitate nihil ad ipsum pertinente, potitus est.

14 Nouum regnum constituerunt & cœperunt Lacedæmones per Euristæum, temporibus Samuelis & Saulis. Et Corinthij per Aitem seu Alethen luctatorem, Qui Corinthum ampliauit annis 952. antequam à L. Munno Consule Romano destrueretur, vt scribit Velleius Paterculus, defecit autem paulo ante regnum Ionatan regis Iuda vt Eusebius ait. Quo tempore ferunt cœpisse regnum Lydorum sub Ardifo Haliatis filio, quod stetit sub nouem regibus 230. annis vsque ad Cræsum, qui quia Chaldæis contra Persas auxilium tulerat, Cæsus est à Cyro. Iisdem temporibus quoque Rhemus & Romulus cœperunt Romani regni fundamenta iacere.

15 Verum Euryster in Attica per Heraclidas interfecto vt ait Thucidides, In 1. regnum in Micenas translatum est per Atreum eius auunculum, qui Eurysteo successit: stabilierat autem primus illud regnum quod in Micenis postea remansit, per 540. annos.

16 Atheniensium regnum initium habuit vt notat Iustinus libro 2. ante Deucalionis tempora, & fuisse ante illorum regem Cecropem: fueruntque non ex populi colluuiæ vt alia regna, aliunde accita: incolæ priores ibi cum proprio gentis rege. Postremus illorum rex Codrus, post quem nemo Athenis regnauit, sed legibus à Solone ciuitas cœpit institui, extinctumque est illud monarchiæ regnum veluti morte naturali cum morte voluntaria Codri, qui vt fato suo populi sui maiestatem & salutem conseruauit, maluit se deuouere pro illo, quam se supersistere videre cædibus ab inimicis & hostibus proculcatum, si vera quidem sunt quæ de eo ab historiographis narrantur.

17 Regnum & imperium Carthaginense à condita Carthagine, per septingentos annos stetit fertur, ab Appiano Alexandrino, quo tempore Romani abstulerunt Pœnis Siciliam, & paulò post Sardiniam: in secundo verò bello Punico Hispaniam: & in tertio ac nouissimo bello etiam Punico, victores Romani omnino deleuerunt imperium cum Carthagine ductu Scipionis, vt scribit Apianus Alexandrinus, libro de bellis Punicis. Fides data & rupta, fuit potissima subuersionis imperij causa: atque idem author, quia fatale erat deleri Carthaginem, contenti Carthaginensis ostentatione, insultationeque superba, cum victores euadere possent, succubuerunt postea inuiti. Quare & Scipio eam funditus deletam videns illachrymasse dicitur, & pro palàm defleuisse fortunam hostium: quippe qui diu, multumue considerans, cogitabat ciuitates etiam, gentesque ac imperia, mutationibus obnoxia, haud secus quam fortunas hominum accidisse id quondam Ilio fortunatae ciuitati, accidisse deinde Assyriis, Medis, Persis, quorum deinceps latissima fuerunt imperia: Idem passos nuper Macedonas, quorum imperium maximum & latissimum fuerat.

Fassus ingenuè & cogitationem sibi incidisse de patria, cui timeret vices humanarum rerum considerans. Narrat idem perturbatam fuisse rempublicam Carthaginensium, quæ res paulò post eam euertit. Sunt enim in corpore politico perturbationes, schismata, & seditiones, quæ inditia sunt futuræ solutionis, si immedicabiles sint: non secus quam febres putridæ, & morbi acuti in corpore singulari, quod postquam illis concussum est, & inuatum, concidit.

18 Inachus primus Argorum, seu Argiuorum in Thessalia rex Oceani, & terræ rex putatus, circiter quadringentis annis ante Troianum bellum, cuius regnum durauit per 544 annos.

19 Fuit regnum Scytharum iustis principiis initiatum, vt pote quod ex natis & genere Targitai primi regis & ferè primi eius loci incolæ, natum fuerit: quod durauit, vt scribit Herodotus vsque ad Darij transitum, omnino mille annos non amplius. vidit autem occasum, cum magnis suorum cladibus iusto Dei iudicio, & flagello Darij Histaspis filij, quod ita tunc in tantam crudelitatem Scythæ peruenisse dicantur, vt exuentes omnem humanitatem potius ferarum more quam hominum viverent.

Rursumque monarchia Scytharum, & Darij in Alexandri magni venit potestatem, apud quem & parum durauit, post mortem eius in reges diuersos dissipata, vt liquet ex Herodoto, Quinto Curtio, Arrio, Iustino, & aliis.

20 Nondum enim satis Darij flagellis orbis, eiusque tyrannis, vel reguli impiè, & crudeliter, & tyrannicè exercentes potestates, afflicti, verberatiue fuerant. Quare oportuit crebra & iterata sanguinis missione vitia, quæ rerum publicarum corpora infestabant, curari vel omnino inemendabilia gladio tolli.

Patiens & benignus Deus, qui facit oriri solem super malos, etiã vt super bonos, & expectat ad conuersionem: sed tarditatem suppli-

cij

cij grauitate compensat: & dissimulat vindictam, vt sæpius postea obduratos eradat de terra, & meliores subroget. Sicut de Amorrhæis affligentibus populum, respondit Abrahæ, <sup>a</sup> Scito (inquit Deus,) a Gen. c. 15. v. *prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, 13. & seq. & subiicient eos seruituti, & affligent eos qudringentis annis. & c. Generatione enim quarta reuertentur huc. Necdum enim completa sunt iniquitates Amorrhæorum, vsque ad præsens tempus.*

Vtitur autem Deus tyrannis & inimicis suis, vt se vindicet de aliis inimicis, & tyrannis, & vt impij flagellent impios, vt vtitur dæmonibus pro tortoribus: sicque Adonibefech rex Phærefarum & Cananæorum, cum reges septuaginta, amputatis manuum & pedum extremitatibus sub mensa more canum aluisset, tandem à Iudæis victus simili sorte periit. <sup>b</sup>

b Iudic. 16.

21 Roma, quæ primum à pastoribus condita, vix ab initio habebat octodecim milliaria à portis vrbis, peperit sibi imperium cum finitimas sibi ciuitates premeret, & fuit sub regibus septem, per annos 243. non amplius. Regnum illud cœpit per rapinas, & latrocinia et superbiam, sublaturum ob superbiam, et luxuriam Tarquinij superbi, et filiorum eius: post quem, cœpit regi consulibus, qui defuerunt quadraginta quinque annis. quibus fuit sub decemuiris, duobus: Sub Tribunis militum quadragintatribus, fuit autem et sine magistratibus, quatuor annis: postea ad consules, dictatores, et imperatores recidit, vt tradunt Sextus Rufus in historia Romanorum, Lilius, Dionysius Halicarnassæus, et Alij: Lucius Florus libro primo rerum Romanarum, consentit, et numerat à Romulo in Cæsarem Augustum septingentos annos, et infantiam eius imperij constituit c. i. sub septem primis regibus, per ducentos quinquaginta prope annos, quibus circum ipsam matrem suam cum finitimis populus luctatus est.

Adolescentiam verò à Bruto, Collatinoque consulibus, vsque ad Appium Claudium, Quintum Fuluium, consules, continentem 200. quibus Italiam subegit. quod fuit tempus armis, vniuersque incitatissimum,

Robustam porrò, & maturam ætatem inde ad Cæsarem Augustum, in qua ducentis quinquaginta annis totum orbem pacauit. A Cæsare verò Augusto per annos ducentos dicebat quasi consenuisse, & decoxisse. nisi quod sub Traiano principe tunc mouebat laceratos, & præter spem omnium senectus, imperij quasi reddita iuuentute reuiuiscerebat, (Sic enim loquitur) tunc eo viuente principe.

Possit generaliter determinari, principatus mediocres, haberi aptiores ad perseuerandum, paruos magis interitui, & mutationi obnoxios, quod magis violentiæ, & iniuriæ maiorum expositi sint: non aliter quam aues magnæ pascuntur debilib. & paruis: magni pisces, exiguis. vicini potentiores semper ceruicibus debiliu imminet: & ex leui occasione eos opprimunt, & suos principatus exspoliis infirmorum augent.

Sicuti Philippus rex Macedonum ex Græcorum ciuitatibus, Roma ex extermino vicinarum ciuitatum, suum auxerunt imperium. Possunt tamen exigui principatus sibi prospicere, confederatione inita cum pluribus similibus: quod enim non possunt separati, vniti & coniuncti assequi poterunt & plures fortiores sunt, si modo concordia leges sint recte conceptæ & seruata bona fide. Nec tamen dicimus confederationes has perpetuum posse reddere principatum, cum alioquin mortalium sit ad dissentiendum facilitas, verum dicimus hac vnione & confederatione diutius posse conseruari exiguum principatum, quam si separatim imperaret destitutus alterius suffragio durabilior & principatus mediocri ingenti, & qui latioris est ditionis & sæpe dissipata vel dissipata in longinquas regiones. Quippe quod mediocres non patent prædæ vicinorum vt exigui: neque inuidiæ exposti sunt vt qui habent amplissimam ditionem. Sed & recte notat Iohannes Boterus<sup>a</sup>, In mediocri principatu diuitias & potentiam moderata esse affectusque minus vehementes, & ambitionem non inuiti tantos fulcris aut eius libidinem tantis fomentis, quantis magni intumescunt principatus, sed & suspicio vicinorum continet hanc mediocritatem, veluti potenti freno intra propria septa: & si quando bilis moueatur horum metu facile sedatur, & citra sanguinem conquiescit. Quod aliter in magnis principatibus & regnis accidere solet, vltra enim quod plures ambiunt præstantiora, & ipse principatus excellentia multos videtur ad sui ruinam illicere: adhucque intrinsecus ex copia & excellentia eiusdem, cum magnitudine molis insurgunt diuitiæ, ex illis vitia luxus libido, auaritia, quæ omnium malorum radix est. Et multa regna quæ ad principatus sclicitatem per frugalitatem, laborem, diligentiam & prudentiam peruenerunt: pro contrariam copulentiam, & prædicta vitia, ad infelicitatem & interitum deciderunt: accedit intercutaneus morbus confidentiæ sui roboris, quæ ex sclicitate suboritur: & ex hac negligentia, contra fastidium & contemptus subditorum & inimicorum, a quibus ex improviso status principatus inuaditur. Dum enim irreperit confidentia nimia, remedia requisita conseruationi præmittuntur. Et quod est, apparet sublata persuasionem & opinionem eorum qui putabant eodem statu principatum fulciri quo constitutum fuit: & falluntur. Et hoc valde principatibus & rebus publicis est cauendum. Sunt enim sæpe principatus, qui se esse quidpiam plus quam sint sibi persuadent, ex opinione potius & reputatione rerum præteritarum, quam ex præsentem virtute vel potentia, quam immuniam à prima non considerant. Similes quidem altis & magnis arboribus, quæ tamē sunt intra inanes & cariöse, & proinde prima ingruente tēpestare, aut impetu ventorum deciduæ, multæque quidē famæ sunt, sed neruorum paucorum, in apparētia magnæ principatus, sed in rei veritate exigui.

Ita facit plerumque confidentia rerum præteritarum, vt principatus aggrediantur supra vires negotia, quibus conficiendis deficiunt vires. Sunt etiam ditiones magni principatus longioribus intercedentibus locorum distantiæ, interiectis aliorum principum territoriis, & ita destituta auxilio commodo tempore, dum à vicinis hostibus inuaduntur, nec facile retinentur.

Quod

Quod quando magnæ respúblicae, magnique principatus, ab externis bellis quietem impetrauerint, solet propriis viribus, & ciuilibus bellis consumi, vel saltem atteri.

Quam à pluribus bellis exteris cessat regnum, assueti armis, regnicolæ otiosi semper aliquid noui moliantur.

22 An. Domini 555. Gothorū regnū nomē & imperiū Teia rege interfecto in Italia deietum fuit, 70. anno ex quo eam occupauerant, per Narsertem: qui tamen postea in odium Augustæ Languerandos gentem Germaniæ, in Italiam vocauit, quam inter Alpes & Appenninum tenuerunt, 204. annis, quorum primus rex fuit Alboinus.<sup>a</sup>

23 Circa annum 576. Leouigildus Hispaniæ rex, reliquias Sueuorum, ex Hispania eiecit, rege Andeca superato, qui regnum semel in Hispania constitutum per annos 177. tenuerant iuxta Ildorum.

24 Anno Domini 1295. Primislaus, vel Primislaus regni titulum apud Polonos repetiuit quod fuerat annis 215. intermissum.<sup>b</sup>

25 Anno Domini 839. Ennricus Arista victus est & appellatus rex primas Nauarræ, & ab eo reliqui omnes, vt ait Vasæus<sup>c</sup>. quod adhuc durat: tempore tamen quo Iulius secundus promulgauit edictum aduersus Ludouicum duodecimum regem Francorum: quo eum & quotquot illi studebant, omnibus, & schismaticorum, & hæreticorum pœnis subiciebat, facta cuique potestate fortunas, regna, resque illorum inuadendi, eo prætextu sequuta est regni Nauarræ inuadendi occasio, vt ait Guichardinus<sup>d</sup> per Ferdinandum Hispaniæ regem, qui expulsus Iohanne Allebreto rege anno millesimo quingentesimo decimoseptimo, occupauit, vt ait Iohannes Titius, & regnis Castiliæ sociavit.

26 Sub annum 888. Italiæ nouum regnum exortum est per Berengarium, quod durauit per octuaginta annos, vsque ad Ottonis magni Imperatoris annum 32.

Eius reges fuere Berengarius qui regnauit triginta sex annos Guido sextus. Lambertus quintus, Ludouicus Berengari filius annis quinque. Iohannes 10. coronauit, anno 916. post Berengarium regnauit 2. Hugo 20. annis. 3. Lotharius cum patre annis 12. & solus annis 4. deinceps 4. loco Berengarius 2. annis. 4. & postremo Adelbertus annis 4. quæ depulit Otho magnus.

<sup>a</sup> lib. 1. de la  
ragion de stato

<sup>a</sup> Procop. lib.  
3. Paulus Aemil. lib. 1. Placida in Adriano.

<sup>b</sup> Chromerua  
li. 11. Polonica  
historia.  
<sup>c</sup> in Chronica  
Hispaniæ

<sup>d</sup> lib. 11. histo-  
riarum sui tē-  
poris.



# DE REPUBLICA

siue,

DE MUTATIONE, ET INTERITU rerum publicarum & principatum: & de remedijs quibusdam & præcautionibus eorundem.

## LIBER XXI.

Generalis consideratio mutationis, conseruationis & interitus reipublicæ, & principatum.

### CAPVT I.

a §. ut autem lex, de nō alie. reb. ecclesiasti.

b in primo ca. in summa.

**N**aturale est, vt quæ ortum habent, consequenter expectent citius aut tardius interitum, omnia quæ sub perpetuo motu cœli sunt, varietatem & interitum experiuntur, vt generationem & corruptionem<sup>a</sup>. Ingenia hominum in corpore luteo & fragili inclusa, corporalibus & externis mouentur & sæpe traducuntur: naturalisque ad dissentendum hominum facilitas: mores mutantur cum tempore, noua semper placent, antiquantur priora, noua succedunt, vt notat Ecclesiastes<sup>b</sup>, nihil stabile in singularibus rebus reperietur, multo magis nec stabile vel cōstās in corpore ciuili seu republica. q̄ ex talib. singularib. cōponitur, causæ diuersæ, diuersos producunt effectus: corpora ægra exigunt medicinā: popul<sup>d</sup> dissolutus indiget superioris rigore: princeps & superior excedens suos fines, principisq; Dei leges, iā dignus flagello: hoc autem à priuatis inferri nō potest, vel si inferatur Deo permittente, vnā populus cum principe eodem periculo inuoluitur: concutiuntur reipublicæ iura, fundamenta pacis & æquitatis subruuntur, omnia miscetur temere, bene stabilita corruunt, facies reipublicæ mutatur, & dum mutata in meli<sup>o</sup> resurgere sperat, ruit: suisq; virib. & mole oppressa.

2 Sic mutantur regna, senescunt, intereunt protinus, alia aliquando ex illis nascuntur. Sed deteriora prioribus, vel transeundo in aliud nomen quæ prius fuerunt omnino amittunt, vt mutare videatur substantiam, & potius aliud quam alteram facere.

Quemadmodum ex corpore humano quod in cadaver transit, nascuntur quidem animalia vermes putidi, ex materia corporis humani in aliam formam & substantiam degenerantes: Videmus enim ex subuerfione regnorum & imperiorum magnificorum vel tantum hodie nomē & umbratilem imaginem legi tantum vel nominari, vel minutum quendam inde natum principatum, & imperia in regna exigua, vel in ducatus, vel in prouincias vel aliud quidpiam vilius degenerasse, velut ex cadauere maximi imperij, vt recte Manlius<sup>c</sup> cecinerit.

c lib. i. Astro. zodiacum.

Quot

Quot post excidium troia sunt exata regna.  
 Quot capti populi quoties fortuna per orbem  
 Seruitium imperiumque tulit, & arieque reuertit?  
 Troianos cineres in quantum oblita refouit  
 Imperium. fatis Asia iam Græcia pressa est.  
 Secula dinumerare piget, quotiesque recurrens  
 Lustraret mundum vario sol igneus orbe:  
 Omnia mortali mutantur lege creata.  
 Nec se cognoscunt terræ vertentibus annis.  
 Exutas variam faciem per secula gentes.

3 Generantur regna noua ex corruptione aliorū, & generatio vnus est corruptio alterius: & corruptio vnus, generatio est alterius: Quod accidit interdum subito, interdum successione temporis, per mediu quæ habent ex vno in aliud viam alterationis nisi impediuntur: Serpunt mala, & paulatim inuadunt rem publicam.

4 Vt vero corpus physicum duplici generaliter modo perit, videlicet morbis & senectute, & vi externa seu morte illata & non naturali: sic principatus & respublica pereunt vel morbis innascentibus & veluti quodam fato naturali, quo voluntate Dei fit translatio: aut vi extrinsecus illata. Inter morbos sunt iniustitiæ, seditiones, vitia, prauis mores, malæ administrationes. In vi vero continentur irruptiones fortiorum, vt quando Attila, Hunni, Vādali, Gotthi, & similes nationes, regna populatæ sunt voluntate Dei, qui talia flagella immittit quando ei videtur ad castigationē regulorum, qui alioquin sine Deo et lege ex arbitrio viuere, nullique subitici se debere opinantur. Sæpe etiam qui per tyrannidem vi occupant principatus solent cito, vel illorum successores, iisdem priuari: nam qui multis odio sunt et à multis timentur, multos et ipsi vt timeant necessum est: et vi tantum retinetur quod vi acquisitum est: hoc autē plures offendit Rapta, sed trepida manu

Sceptra obtinentur? omnis in ferro est salus,

Quod ciuib. tenetur inuitis, scias,

Strictus tuetur ensis, alieno in loco

Haud stabile regnum est: vt ait Seneca<sup>a</sup> et rursum<sup>b</sup>

violenta nemo imperia continuit diu: hæc subite mutationes. Sunt et aliæ quæ irrepunt.

6 Multi etiam ab initio se insinuant populo in vestibibus omnium, cum intus sint lupi rapaces. & quo plures huiusmodi grassantur claculum, quodue diutius feruntur & non præcauentur, eo magis cancer illorum reipublicæ morbum acriorem & perniciosorem reddit, plures, incautos intercipit, perdit, & à bonis radicibus conuellit. hinc peius malum quod reipublicæ membra paulatim contagione velut quodam saccharo aut melle illita, inanibus pollicitationibus credula, non prius se decipi quàm periculo inuolui interitus, intelligant, & fero ad remedia perueniatur iam putrefactis partibus: quæ insufficiente pharmaco cauterium aut abscissionem postulent dum dormitant, vel verius somno sepulti sunt principes &

in hercule furē

te, in troade,

spirituales & seculares, & eorum magistratus, dum potius vigilant per totos dies in voluptatibus, luxuria, auaritia, rapinis, in excoriandis oibus & subditis, inimicus homo superfeminat zizania, occasiones captat subtrahendi populum à legē principum, & ille inficitur malis moribus, peccata iram Dei prouocant. Sic totum corpus reipublicæ cum principe periclitatur, & accedit ad lethalem morbum & ex morbo lethali, non procul abest ab interitu.

6 Fit primum corpus hoc stupidum, & primum seruato motu aut leuiter læso, cum eius morbi curati non fuerunt suo tempore, via fit ad paralyin, eamque perfectam, & exquisitam, in qua ut dicunt medici nerui sunt lesi, sensus & motus amittitur. Et quando adhuc corpus secundum partes motus & sensus habent resolutionem, & habet tamen sensus interiores illætos, contemnitur curatio, transit paralyis in apoplexiam, & tunc succedit fitque totius corporis vnæque principum facultatum veluti resolutio.

In corpore physico, dum paralyis transit in apoplexiam, affectum est cerebrum: quia in eo, omnes non modo sensibiles & motrices anime facultates, sed etiam præcipuæ & principes læduntur, quarum auctor fons ac principiu est cerebrum. Nam cerebri corpus, nõ tantum ventriculi duo medius & postremus, humoribus noxiis imbutum est, ut nullus vel perexiguus etiam sensus animalis in neruos subeat.

Quod in corpore physico accidit ex apoplexia, illud transferri commode potest ad corpus reipublicæ. Nam ut in illo, sic in isto ciuili, principalis pars caput est, & in eo cerebrum est constans quatuor ventriculis seu diuisionibus, in quibus spiritus animalis multus, non solum continetur, sed etiam in toto cerebri corpore, & in cerebro posteriore plurimus. duo sunt, in anteriori parte capitis circa frontem septo quodam determinati, eiusdem cum cerebro substantiæ. Hi ventriculi inspirationem & expirationem, efflationemque ex cerebro efficiunt ac spiritum animale[m] his plexibus conficiunt præparantque cerebro.

Sensuum omnium ibi commune receptaculum, & imaginationis officina.

Duo illi anteriores in vnum locum coeunt meatumque communem amborum, quo spiritus ex anterioribus conceptus, concorditer in postremum transmittitur, & hæc via cogitationi dicatur.

Postremus in postrema parte occipitis est ventriculus omnium minimus, in quem meatus communis prorumpit, spiritum animale[m] ante in ventriculis anterioribus elaboratum, transsumens. Et tamen ventriculus ille minimus est, quia spiritum maxime elaboratum plurimum tamen continet.

Quoniam nerui omnes qui in totum sub capite per corpus effunduntur, aut ex posteriori cerebro, aut spinali medulla oriuntur, ut & hic ventriculus memoriæ dicatus est. hæc in corpore physico.

In corpore ciuili, membra sunt diuersæque etiam partes reipublicæ quæ vnum integrale faciunt: vnum caput, ex quo regimen omnium membrorum pendet.

Caput

Caput illud cerebrum seu modum gubernandi tenet in priore parte principatus, siue eius cerebri, duo ventriculi, dexter, & sinister, significant duas potestates: dextera est spiritualis, sinistra, secularis. ad istos duos ventriculos, & potestates, omnia externa veluti per quinque sensus ad communem referuntur. Isti duo, spiritus, & formulas viuendi conuenientes, meditantur, postea ad medium concurrunt, & conueniunt, & vna cogitatione exanimant, quid sit vtile reipublicæ, in vtraque parte spirituali, & seculari, seu corporali, quia mediator vnus Christus Dei, & hominum, à quo vtraque potestas, ut ex vna substantia cerebri duo prædicti ventriculi.

Istæ duæ potestates in mundo, seu duo ventriculi in cerebro, inspirationem expirationem efficiunt, ac spiritum animale[m] præparant, conficiuntur, quo totum corpus vtatur. Recipiunt in se omnium sensuum, & actionum corporearum summam, singulorum actus, ad cogitationem, examénque rationis perducunt, communique consensu concinnant, disperunt, præparant, non minus quàm duo ventriculi in concursu in medio cerebri præparant, & disponunt animale[m] spiritum: & tunc concorditer ita disposita, & præparata, nempe leges cogitationum, & actionum transmittunt in posteriorem ventriculum, cuius loco sunt in regimine principatus; ipsi magistratus qui vicariam præbent principibus, & reipublicæ operam: & acceptas leges elaboratas, & dispersitas ab vtraque potestate, conseruant, ex quibus nerui, seu robur reipublicæ, motusque animalis, viuificus, legitimus pendent, & totum corpus societatis, actiones suas ordine, & rectè exerit, sentitque ut oportet secundum legum influxum. si modo humoribus noxiis, nempe vitiiis, illarum executio non impediatur. Nam si via illa influxus obstruatur, & impediatur, statim ut nerui illa obstructione, stupore laborat.

Et quemadmodum nerui illa obstructione nisi occurratur oportune, insensibiles resoluti, & apoplexia consternuntur: ita reipublicæ quæ non admittunt conuenienti tempore contra vitia remedia, & præcautionem.

Tandem eà perueniunt, ut populus tanquam mutus, & surdus, stupidus, & insensibilis efficiatur, potestatem superiorem non agnoscat, legibus eius non obtemperet, & subito in hac perfecta, & confusata apoplexia extinguitur, motusque, & rationabili gubernatione destitutus, contabescat.

7 Et proinde, spirituales, & seculares præpositi, sollicitè curare debent ne eò reipublica, seu subditi deueniant, ne insensibiles sint, id est, conari debent; ne subditi eam corruptelam quam vocant libertatem, sibi arrogent, ut sibi ex arbitrio quæ velint, licere arbitrentur. Hoc enim modo sequitur præclusio spirituum viuificantium, dum mali ita bonos superant, ut nullus viuus

vel efficax, spiritus regiminis permeare possit ad membra. vnde necessario destruuntur dominationes, quum subditi deficient. Malum certè hoc in republica, vt apoplexia in corpore physici, vix vnquam curatur, sed in propinquo esse interitum admonet.

5 Et quemadmodum quando contingit in corpore apoplexiam curari, non nisi cum partis alicuius resolutione morbus recedit: & qui huiusmodi morbum effugiunt, in diurnum alium morbum incidunt, resolutionis partis, vel totius corporis, vel alienationis mentis & senes maximè apoplexia, & syderatione hac opprimuntur, cum ob morbi magnitudinem, tum ob ætatis miseriam, & inuenes non ea afficiuntur, nisi ob magnam causam quæ docet deterius malum esse.

Sic neque magnæ istæ perturbationes, & seditiones, non inuadunt, nisi potissimum respublicas, & principatus in senium tendentes, & à pristina bona regnandi virilitate paulatim descissentes. Et vt apoplexiæ interdum sunt curabiles, interdum incurabiles, sic regnorum, rerumpublicarum, magnæ perturbationes sunt incurabiles, aliquando curabiles, sed non ex integro, quin remaneat plerunque, vt in apoplexia partis alicuius resolutio: vel secessio.

Maiores seditiones & secessiones, fere si anima & spiritu regente, reddunt principatus, vt desperandum sit de eorum vita, & remedia perperam adhiberi videantur.

9 Hic tamen non statim desperandum, nec despondendus animus rectoribus, sed rursus imitari debent medicos peritos, qui ne operam perdant, ante inquirunt, num curationi locus sit. Et cum apoplectici similes mortuis sint, an æger viuat, vel ne, in primis, signis à respiratione sumptis explorant. nam si adhuc respirant, viuunt, & spes est aliqua: sin minus, nequaquam, neque remedia adhibenda esse censent. Atque ideo adhibent speculum tersissimum ori, vel naribus, quod leuissimæ respirationis colligit halitum, & viuētis notam prodit.

Alij etiam, qui prædictum experimentum arbitrantur esse fallax, plerunque flagris egrum cædunt, aut pungunt, vt excitent, & si sentiat diiudicant. Sic in curatione morbi pessimi reipublicæ, oportet experiri num actum sit de ea omnino: an verò adhuc respiret: & adhibendum est speculum ori, & naribus, nempe proponendum verbum Dei, & diligens admonitio officij cuiuscunque: nam si sensibiles sint, facile mouebuntur, & erit spes.

Quia tamen multis hoc speculum habet fallax iudicium, propter simulationem, et hypocrisin, quæ multos fallere potest.

10 Solet Deus ad aliud remedium peruenire, et ad excitandos tepidos, et apoplecticos, flagella immittere, pungere, et bellis inuadere. vt quando contra Dauidem pene apoplecticum, et insensibilem, bella filij, et externorum suscitauit. Et pari modo, vt boni medici vtuntur in subita apoplexia, sanguinis,

missione

sanguinis missione, ne ob magnam spirituum obstructionem suffocetur eger, & vena humeralis dextera tuto obtineretur, & post horas aliquot sinistra: vt vtraque parte æger exoneretur, & aliquibus tantum dextra secatur vel media, vbi vires & alia non dehortantur. Sic Deus per ministros suæ iustitiæ & iræ, ad graua tollenda & capitalia mala, fusione sanguinis sapienter vtitur. atque dextri humeri venam secari permittit: nempe permittit obruncari principes, qui pro humeris seu robore, fortitudine & defensione se præbent rebelli populo, contra caput & legitimum principem: & si non sufficiat venæ illius humeralis apertio, ad sinistram permittit flagellum transferri, noxios tolli, populum affligi vt resipiscant, & hoc est extremum missionis sanguinis remedium. Administri huius phlebotoмиæ, sicarij, milites, qui dum licentia efferantur, omnia iura diuina & humana confundunt, rapinis, incendijs, adulterijs, stupris, latrocinijs complent, bonos cum malis necant & bonum sanguinem cum malo reipublicæ mittunt & fundunt. quod tamen cauendum dicitur medicis, & qui respublicas curant. ne plus minusve quàm expediat sanguinis fundatur, in vtroque namque periculum: In modo, prudentia curatiua.

Sicut etiam laudandi sunt medici, si quando Dei & naturæ ope corpora ægra saluti restituerint omnino, aut in morbis longinquis & cura difficilibus vel desperatis auxilium aliquod vel lauamen attulerint. Sed multo magis illi, qui præcauent ne morbi generentur, ne corpus corrumpatur, causas morborum præcedunt, venientibus occurrunt. Sic rerum publicarum rectores, curatores & principes, quibus à Deo, corpus publicum ciuile quod multorum salutem aut morbum continet, commissum est, laudabilius erit, si eadem quæ medici in corpore singulari obseruant, in corpore populi exequantur. Si perturbationibus adferant remedia saltem re desperata, aliqua, si prospiciant venturis, & venientibus sapienter & diligenter occurrant, si iustitiam cum lenitate & misericordia misceant, in ortu causas malorū opprimant. Scio tamen finem rebus publicis & principatibus imminere ex causis latentibus, quæ in secreta Dei sunt voluntate, vt nulla humana sapientia præcaueri aut impediri possit. Efficiunt peccata principum, aut populi, aut vtriusque, vt contra Deum nullum relinquatur humanum præsidium.

Cum autem decretum Dei plerunque homines lateat, nihilominus interim rectores & principes curare debent, vt pro humana prudentia, vel in parte vel in totum laboranti populo & reipublicæ desint, vt si secus quàm velint acciderit, saltem negligentia argui non possint.

Sequentibus ideo capitulis nos Deo iuuante, & causas interitus aut mutationis rerum publicarum & principatum, apertius exponemus, & simul remedia quibus occurri potest, vel alias fuit prospectum, & quibus quæ in illis peccata acciderint emendari poterunt, si medicamentum quidem & medelam recipere possint, & ita simul agetur de cōseruatione status publici, & si cōseruari nō possit: de causis quibus ad interitū & finem solet peruenire, præcautionibus



adhibitis ne quod aliis accideret, nobis & nostræ reipublicæ accidat.

*Mutationes formarum rei publicæ veluti morbo quodam naturali & innato.*

## C A P. I I.

**Q**uemadmodum igitur accidit hominibus, ut non illis eadem sit forma semper, vigor, & ingenium, aliæque sint senibus quàm fuerint infantibus iuuenibus, & viris. Et post mortem, nisi memoria aliqua cum cadauere, interdum nec cadauer ipsum appareat, imò nec vlla memoria sapius superfit. Sic accidit rebus publicis, quibus non eadem est facies, non vigor, non imperium, non memoria interdum, nec alia plura quæ in his viguerunt: Mutantur nãque & corruptuntur, crescunt, decrescunt, intereunt, & aliquando perit memoria cum sonitu. Hoc naturale inter corruptibilia & inter terrestria: ut quæ sub continuo motu cælestium rotationum sunt, nunquam in eodem statu permaneant, gradibus crescant, vrgeant, decrescant, alterentur, intereant, morbo sentiant, remedia quædam recipiant, quædam fatali morbo obfessa immedicabilia sint.

2 Ipsa respublica Romana vel sola testimonium omnium alterationum præbebit si consideremus eius mutationis à regibus in consules, à consulibus in decemvros, in tribunos militum, tribunos plebis, dictatores, magistratos militum, tyrannos, imperatores, cõsque florentes, decedentes, & per anastasin restitutos. ut mihi videatur illa respublica similis ægro & maledisposito corpori, quod ab vno morbo, in aliud recidit, & per intervalla temporum bene se habet, donec destitutam radicali humore seu calore vitali in mortem refrigescit.

3 Quod ipsa sensit in se, in aliorum principatus etiam exercuit: nunc provincias in regna erigens, nunc regna & imperia in provincias reducens vti propria deficiente alia dominante. Carthaginis imperium ciuitate deleta per Scipionem, in provinciam reducta, per Africam sex provinciarum factæ Maurorum, Numidarum, regna extincta per omnes Hispanos sex provinciarum factæ, quæ postea regna, & rursus sub vno rege nunc coniunctæ. A Iulio Cæsare, regna Galliarum plura in provincias reducta, rursus in regna, à regnis in monarchiam perueniunt. Traianus, Dacos sub rege Decibalo vicit, Daciam provinciam fecit Romanam, Pannonias, Macedoniam, Thraciam, quæ rursus in regna reuersa sunt, tum à Germanis, tum à Turcis occupata, ut Asia quæ in ditionem Attali testamento venerat postea illis erepta. Id ipsum de Lydia & aliis infinitis propemodum regnis in provinciam reductis, restitutis, subrutis, translatis, dicendum esset, si tempus superesset, de Persis, Parthis, Saracenis, aliisque quæ in ditionem Romanorum venisse paucis notat Sextus Rufus consularis, libro de Romana historia aliisque historiographis.

4 Tempore Achaz regis Iudæ Athenis perpetui Archontes esse desierunt, in ultimo Alcæone xiiij. cœperuntque in denos creari per annos septuaginta, post quos respublica annuis commissa est magistratibus, ex his qui denis annis præfuerunt, fuit Charope primus: vltimus Erix: ex annuis primus Creon ut Velleius Paterculus scribit.

5 Albani primi ut ait Licinius post Amulij Numitorisque regis obitum, desinente stirpe regia, magistratus annuos crearunt cum annua potestate, ut refert Dionysius Halicarnassensis <sup>a</sup> *Ægyptios* <sup>a</sup> *lib. 5. c. 11.* confusis rebus per bella ciuilia, mortuo Sethone rege, in interregno quod durauit per quindecim annos, rempublicam administrasse per duodecim ex senioribus electis regno præfectis scribit Diodorus. Sic lib. 2. ca. 2. post quos restitutum regnum nouum in Psammetico.

7 Periander primus imperium Corinthiorum commutauit noua forma inducta, & ablegatis quos habebat satellitibus, quos nec in vrbe viuere permittebat tributa remittens, & seruis possessiones adimens, ut scribit Heraclides <sup>b</sup>.

8 Theopompus rex Spartanorum, mutauit statum reipublicæ: efficiens ut Ephori crearentur à populo, qui regi obisterent, ut tribuni apud Romanos consulibus <sup>c</sup>.

Lycurgus, ut ait Nabis tyrannus Lacedæmoniorum apud Liuium <sup>d</sup>, non in paucorum manu rempublicam esse voluit, quem senatum Romani vocarunt, nec eminere vnum aut ordinem in ciuitate, sed peræquationem fortunæ ac dignitatis fore credidit, ut multi essent qui pro patria arma ferrent.

9 Post Codrum vltimum regem Atheniensem à Cecropide primo à Doribus interfectum reipublicæ status mutatus, & desinente regia potestate, regum imperium imminutum: ut loco regis creatus archon, rationibus reddendis obnoxius: quorum primus fuit Medon vnde appellata familia Medontidarum & Archonti datum ita imperium ad vitam, vsque ad Alcæonem vltimum Archontarum perpetuorum: quo mortuo placuit Atheniensibus, ut Archontes tantum in decennium obtinerent: primisque talis creatus est Charops anno iij. Olympiadis v. durauitque hic modus imperandi per lxx. annos vsque ad Olympiadem xxiiij. in quo mutata rursus respublica in Democratiam, ab Athenis conditis anno 867. & ita à brogato imperio Archontum decennialium, summa rerum nouem Archontibus quot annis est mandata, Regi, Archonti, Polemarcho, Thesmotetis sex, permissumque ut ab Archonte anni singuli nominarentur iuxta Chronologos.

10 Similis & propemodum mutatio imperij Lacedæmoniorum generalis, nam ut Pausanias in Laconicis numerat aliquot reges qui regnarunt ex successione & generatione filiorum apud Spartiata, à Lelege primo rege vsque ad Tisamenum Orestis filium: deinceps constituit mutatam formam regni, & pro vno rege cœpisse duos creari ex duabus familiis Euristhenis Agidarum, & Proclis Euripontidarum, ex oraculi responso: quæ formæ

duravit vsque ad Cleomenem regē Leonidæ filium natu maiorum ex Agidarum familia, qui affectās tyrannidem Eurydamidem ex altera familia regem, veneno sustulit, & fratrem suum Epiclidem eius loco, nouo exemplo substituit, primique ex vna familia duo reges regnarunt, Ephoros sustulit & bonorum æqualitate inducta, veteres leges ac rempublicam restituit. verum postea ab Arato Lacedæmone expugnata, Epiclidas in acie cecidit, Cleomenes victus ab Achæis in Ægyptum profugit, & ibi necatus est. Et Lacedæmonij regibus liberati, popularem rempublicam instituerunt.

Sed rursus populari republica instituta, rursus in tyrannos incidit. Primūque tyrannidem inuasit Machanidas, eo sublato Nabis.

11 Armenorum fuerunt reges aliquando inter Gallos potentissimi, quorum ditio ab Strabone<sup>a</sup>, ad Narbonensium Massiliensiumque fines & montes Pyreneos extendebatur. & ad Oceanum & Rheum cum quibus prælia Romani non nisi magno cum sanguine commiserunt. Quemadmodum Florus in epitome libri 61. Liuij docet, dum Q. Fabium Maximum consulem Romanum Pauli nepotem, pugnas contra Bituitum regem Aruernorum, & in eo certamine necata fuisse ex exercitu Bituiti centum viginti millia meminit. Strabo de alijs exactis tamen postea regibus, recidit imperium in rempublicam liberam, qualem docet fuisse suo tempore Iulius Cæsar in suis commentarijs de bello Gallico. Postea fuit sub Romanis, nunc subiicitur regi Francorum.

12 Dolo multæ democratix mutata in regna, paulatim à tyrannis inescato populo. Vt mutatio reipublicæ Romanæ à democratia in imperiū paulatim, nō statim & semel facta est, post mortē Iulij Cæsaris qui pro tyrāno habitus est, eo quod sibi potestatem vsurpasset. Augustus & reliqui sequuti Cæsares quodammodo per gradus Iugo regio assuefecerunt Romanos. Nam cum monarchiam citra tyrannidis opinionem stabilire vellet, id perfecit quinquenniorum & decenniorum rogatione, vt scribit Zonaras.

Quod sequuti sunt Cæsares alij, qui, quāquam non in certum tempus, sed in totam vitam designarentur imperatores, tamen quinquennalia & decennalia celebrarunt, quasi tum imperium renouantes, & ita populum deceperunt.

13 Tempore quo Ludouicus dictis Gallis Clodoueus, Allemannos subegit & omnino deuicit, regnum Allemannorum quod olim in plures partes diuisum erat, vt constat ex Amiano Marcellino, versum est in Ducatum: imitatioque in hoc Franci Romanos, qui prouinciarum rectores tunc duces appellabant.

14 Refert Iunius<sup>b</sup>, eō magnitudinis rem Pisanam aliquando euectam, vt centum eorum familiæ illustres, totidem rostratas naues priuato sumptu ædificauerint, exornatasque ad Ligusticū bellū eduxerint: verū cū bellica virtute, & mercaturæ studio partis diuitiis aliquādo floruisent, eos deinde superbiā opulentiæ comitē & natas continuo ex nimia felicitate intestinas seditiones. euersa republica, trāuersos atque præcipites egisse: factūque esse vt attritis discordia opibus

opibus, atque intermissa obiter maritima negotiatione, per diuersa tempora varijs tyrannis seruire didicerint.

15 Fuit olim Mantua imperij libera ciuitas, at postea varijs agitata motibus atque ciuibus malis, ad Ludouicum Gonzagam propter eiectam Passerimi tyrannidem rerum summam detulit, anno Domini 1327. Sleida. lib. 7 & Platina.

16 Contra Carolus Magnus, euerso Langobardorum regno, populos ac ciuitates in regno, hoc est in Liguria, Æmia, Venetia, Tertia citeriore, & Cotiis Alpibus sitas, noua gubernatione donauit, & regni limites atque oppida comitibus administranda commisit, atque eis omnem publicam & priuatam iurisdictionem mandauit. Limites, marchas vocarunt, vnde præfecti limitum, marcharum comites ac marchiones dicti. Extraordinem autem legatps quosdam, cum potestate misit quos missos vocauit<sup>a</sup>.

17 Vltima quæ regnauit titulo regio in Ægypto, fuit Cleopatra, qua sublata Augustus eam in prouinciæ formam redegit.

Diuiso deinceps inter Constantini filios imperio Ægyptus Orientalibus siue Græcis paruit imperatoribus, vsque ad annum Christi 700. tunc enim facta ad Sarracenos defectione, Caliphum ex Mahometi stirpe passa est, à quo reges deinceps cæteri Caliphæ sunt dicti<sup>b</sup>. Postea capto Calipho circa annum 1153. Saraco Medus dux, Ægyptum occupans, se Sultarium Ægypti dixit, donec à posteris eius amissa, cessit in Mammeluchorum regnum.

*Epitome causarum mutationis & interitus rerum publicarum  
primūque ex decreto & voluntate Dei.*

## CAP. III.

Nemo ambigit hominem mortalem natura esse obnoxium mutationibus & interitui, ciuitatem etiam nemo negat ex hominū societate colligi, partēque corporis ciuilem esse homines: & proinde nemo negare potest, respublicas seu ciuiles administrationes, ex partibus quibus componuntur obnoxias esse affectibus & morbis hominum, & cum illis auctis florere & augeri: illis diminutis, mutare splendorem, illis afflictis, & laborare, & sublati, interire. Et hic est modus primus qui est veluti naturalis imo fatalis, quo respublica etiam bene constituta, & principatus optime constitutus corruere aliquando possunt. Difficile quidem est, inquit Plato<sup>c</sup>, bene constitutam ciuitatem è suo statu moueri: verum, cum omne quod genitum est corruptioni sit obnoxium, talis etiam constitutio semper manere non poterit, sed soluetur. Solutio vero hæc est, non solum circa plantas, sed terrena etiam animalia: fertilitas & sterilitas animæ corporumque contingit, quando reuolutiones singulis circuloꝝ coniunxerint ambitus. His quidem quæ breuis sunt æui, ambitus breuiores, contrarijs verò, contrarios, &c. addit enim generationes etiam sapientum, non similes parentibus, sequi & alia quædam, ita difficilia censentur mysteria, vt etiam doctissimi Platonici non

intellexerint. Alij autem ad fatalem ordinem rerum referant, eo per cœlestes circuitus qui intra lunam sunt, perpetuo se reuolvente: vt quæ certis spherarum configurationibus temporumque curriculis composita sunt, quandoque dissoluantur aduersis. Et ita videtur Socratis vel Platonis sententiam concepisse Aristoteles<sup>a</sup>; dicens Socratem, causam mutationis rerum publicarum dixisse, quod sic natura comparatum est, vt nihil permaneat, sed in ambitu temporis mutationem quandam accipiat: nihil enim est quod principium in actionibus societatis humanæ habuerit, quod finem habiturum non sit. Ita Lucanus de republica concludit, lib. I. bellorum ciuiliū.

*Fert animus causas tantarum expromere rerum.*

*Immensumque aperitur opus, quid in arma furentem*

*Impulerit populum: quid pacem excusserit orbi.*

*Inuida fatorum series, summisque negatum,*

*Stare diu, nimioque graues sub pondere lapsus.*

Quæ certe verissima sunt in rebus corporalibus, quæ mutantur in mundo ex duplici materia circulo lunæ supposita igne & aëre, quæ circundant aquam in æthere, suisque mutationibus vegetabilia mutant. Hinc quatuor anni tempestates, conceptuum vices, arborum fructus: item quod ex eorum volubilitate terra calefcit & frugescit, & quoque ex lunæ incremento & decremento, erraticarum & fixarum stellarum circumuolutione, inter quas sol præualet cæteris, eum aliæ stellæ quandoque iuuant, nunquam verò impediunt, vt ait Pto-  
lomæus<sup>b</sup>.

<sup>b</sup> lib. 1. quadripartiti operum, cap. 2. c. libro de diuinationum generibus.

2. Reuerus omnino stellarum decretis, videtur tribuere principatum durationes & interitus, & videtur ex illis longiorem periodum in quingentis annis monarchiarum constituisse, intra quam alias defecisse commemorat. Verum ego in duratione principatum annotaui, plures illam ætatem quingentorum annorum excessisse: aliàs citius: proinde non ibi figam pedem, nec in vna tantum causa, sed in pluribus sitam esse monarchiarum, regnorum & principatum mutationes & interitus, ostendere conabor.

Mutationum occasio.

3. Et in summa arbitrator tot vicissitudines & mutationum interitusve occasiones, orti, *vel ex parte rerum* quæ in ipsa republica sunt, *vel ex parte, seu causa personarum, vel ex parte seu causa actionum*, seu administrationis: vel ex causa exteriori vel intrinseca. Rursum ex causa extrinseca, prodeunte à vi superiore, vel à vi inferiore, quæ aliquando concurrunt: aliquando proximè se mutuo sequuntur: vt difficile sit omnes causas separatim tractare, propter necessariam rationem cōiunctionis, & proinde de omnib. seorsam nō potuimus dicere, sed coniunctim de aliquibus, de quibusdā tamen per se.

Agamus primum *de vi hac superiore* & inferiore in rebus ipsis rerum publicarum seu principatum, quæ mutant vel interimunt reipublicæ faciem: aut statum, postea de personis & actionibus: in quibus obseruabimus dissolutionem huius corporis publici, imitati rationem corporis humani, quod totidem modis dissolui potest, immutari, laborare, & interire: aut ex vi superiore voluntate Dei, ex cœlestibus & elementaribus occasioibus: vi exteriori humana, interiori re ele-

re elementorum per suum ipsius factum & aliarum personarum: vt liquebit postea.

4. Fuerunt itaque in primis inter Ethnicos Plato, & alij qui existimarunt ex voluntate Dei regna dari, reges eligi, imperare, tolli, & respublicas quoque corrumpere, & deprimi, & resurgere. ex quibus quosdam conferre licebit, vt postea ad christianam resolutionem, in hac re facilius & liberius insistamus. Fuerunt itaque & qui palam dicerent, neminem posse sibi tollere successorem, tanquam fato designatum.

5. Eius sententiæ refert Suetonius Tranquillus fuisse Titum Vespasianum, qui duos patrij generis conuictos in affectatione imperij, nihil amplius quàm vt desisterent monuit, dicens principatum fato dari, siquid præterea desiderarent, promittens se tributurum.

Meminit Cicero<sup>a</sup>, de versibus Ennij qui Deo quem Heram vocat, tribuere videntur imperandi vim cum virtute.

*Ferro non auro vitam cernamus utrique,*

*Vos ne velit an me regnare Hera, quidue ferat fors,*

*virtute experiamur.*

Metuens sibi nasci successorem in regno Astyages ex filia Mandane, iuxta sibi reuelatum somnium, voluit perdere ex illa natum filium, Cyrum non potuit<sup>b</sup>.

Voluit Amulius oppresso fratre regni Latij consorte Numitore, in se transferre & successionem sui generis, regnum, incarcerata filia Numitoris, & partu eius Romuli & Remi exposito & necari iusso, ne illi esset ex stirpe successor, non potuit tamen: sed illi prouidentia diuina seruari ad imperium vocari<sup>c</sup>.

Quod exponit Manilius<sup>d</sup>, postquam proposuit illos versiculos pro themate.

*Fata regunt orbem certa stant omnia lege,*

*Longaque per certos signantur tempora cursus.*

Et postea addit.

*At nisi fata darent leges vitæque necisque*

*Fugissent ignem Aeneam Troiana sub vno*

*Non euersa viro. Fatis vicisset in ipsis.*

*Aut lupa proiectos nutrisset Martia fratres, &c.*

Et alibi. *Mitto quod certum est & inenitabile fatum.*

Cambyfes Cyri filius admonitus in somniis, quod Smerdis post eum successurus esset, putans sortem eludere, curauit fratrem suum Smerdin interimere, tamen nō euitauit quod decretum erat: nam alius magi filius Smerdin se dicens ei successit, & primum rebellauit per rebellionem & regnum aucupatus est<sup>e</sup>.

Saul voluit sæpe Dauidem necare, suspicatus tanquam meliorem & à Deo electum, regnaturum, sed non potuit<sup>f</sup>. Salomon voluit interficere Ieroboam seruū suum, seu præfectum tributorū, eo quod intellexerat illum regnaturū in decē tribubus post mortē suā ex prophætia Ahia Silonitis prophætæ, sed nō potuit: dominus enim ita decreuerat ob peccatum Salomonis, atque ideo effugiens manus eius fugit in Ægyptum ad Sefac regē Ægypti donec mortuus fuit Salomō, cap. 3.

<sup>a</sup> I. officio.

<sup>b</sup> Herod. liij.

<sup>c</sup> Iustinus lib.

43. Liuius & alij.

<sup>d</sup> lib. 4. Astronomicon.

<sup>e</sup> Herodot. in

Thalia sine libro 3.

<sup>f</sup> j. Regum c. 18. & seq.

<sup>g</sup> ij. Regum

cap. 3.

& successit Roboam in regnum, qui consultus à populo de remittendis tributis, quū noluisse dedit occasionem implendi voluntatem Dei, & elegerunt decem tribus iuxta prædictionem prophetæ,

a iij. Reg. cap. 11. & 2. Paralip. cap. 10. vers. 15 & ca. 11. Ieroboam in regem <sup>a</sup>, neque tamen fuit melior Ieroboam Salomone, quia & ipse fuit idololatra <sup>b</sup>.

b d. cap. 11. & iij. Regum cap. 13. Tyberius Cæsar, post mortem Germanici factus crudelis, Astrologiæ se dedit in hominum perniciem: nā multos indagata illorum natiuitate, siquid excellens vel imperium concernens inueniret, occidebat, Galbam tamen imperatorem futurum, non interemit, <sup>c</sup>.

c Dio Cassius li. 57. historia. Verus Cæsar, cum de morte Auidij Cassij cogitasset, qui postea fuit Cæsar, & Marco de eo scripsisset, respondit Marcus. Si ei diuinitus debetur imperium, nō poterimus interficere etiam si velimus, scis enim proavi tui (Adriani scilicet) dictum successorem suum nullus occidit: ut scribit Vulcatius Gallicanus <sup>d</sup>.

d in vita Auidij Cassij. Cum multæ etiam prodigia facta fuissent, quæ mortem Neronis denunciare declarata sunt ab haruspitibus, ipse tanquam futuros infensos trucidabat, donec à Seneca monitus est, licet quàm plurimos occidas, non potes tamen successorem tuum occidere <sup>e</sup>.

e Xiphilinus ex Dione in Nerone. li. 7. Subit animum historia Xerxis relata ab Herodoto <sup>f</sup>, postquam enim docuit pluribus Artabani probum ei datum consilium, de non mouendo bello Græcis, iamque dissuasus fuisset ab eodem bello, addit quendam bis in insomnio, ingenti corpore & specioso attitisse, qui eum concitauerit etiam cum minis, ad exequendum in Græcos bellum: & cum Artabanus nihilominus pluribus rationibus dissuaderet, illam imaginem seu spectrum, Artabano quoque apparuisse facie minaci, forcipibus candentibus, conatum ei eruere oculos, dicens quod mirabile est. *Tu ne ille es qui Xerxem ab inferendo Græcis bello dehortaris, tanquam eius curam gerens. At nec in præsens, nec in posterum impune tibi erit, quod ea dissuades quæ fata fieri volunt.*

Ferunt Saturno in ortu filij responsum, fore ut ab Ioue vi regno pelleretur. Quare & multos filios peremit, quod ægrè ferens Rheaxor, cum viri animus placari non posset, Iouem in Ida ab se editum clam Curetibus nutriendum dedit, qui quod vitare in aliis sa-tegerat expertus est <sup>g</sup>.

g Diodor. Sicul. lib. 5. c. 15. 6 Megaris diu stetit Oleaster in foro, cui viri fortes affixerant arma, quæ cortice ambiente ætas longa occultauerat: fuitque arbor illa fatalis excidio urbis, præmonitæ oraculo, cum arbor arma peperisset, quod succisæ accidit Galeis ocreisque intus repertis <sup>h</sup>.

h Plinius lib. 16. cap. 39. 7 Accepisse narratur Alexius Comnenus imperator Græcorum oraculum, quo ei per ambages declaratum fuerat, seriem Comnenæ familiæ duraturam tantum, quot literas nomen αἰμαῖα haberet, nempe quatuor qui fuere Alexius, Iohannes, Manuel, & eius filius Alexius iunior <sup>i</sup>, in ultimo autem desit successio imperij, opera tutoris andronici à parte Manuele constituti, qui pupillum suum Alexium ut ipse imperaret necauit. Sic enim non potuit fatum, etiam cautione per patrem adhibita, deuitari.

i Nicetas lib. 5. 8 Quod nec potuit effugere, & ex eo successorem sibi destinatum extinguere

extinguere Valens imperator Arrianus, qui cum dæmonem interrogasset, quis post eum imperio potiturus esset accepit, à dæmone literas Græcas, ΘΕΟΔ. significans hoc esse initium nominis eius. Quæ ratione Valens iussit occidi omnes quotquot in nominum suorum initiis haberent has literas, nempe vel nomen Theodi, Theodosij, Theoduli, sed non potuit. Theodosium successorem <sup>a</sup>.

a Socrates lib. 4. cap. 19. historia ecclesiastica. Paulus Diacon. lib. 12. Iohannes Zonaras tomo 3. b lib. 20. Philippicum. Narrat idem Paulus Diaconus <sup>b</sup>, cum somniasset caput suum ab aquila obumbrari & protegi, cumque monachus quidam ei spem de imperio fecisset, voluit hoc vaticinium auertere Asmarus, qui eum cæsum & tonsum ferreis vinculis inclusit, & in Cephaleniam exulatum misit. Verum non potuit: nam à Iustiniano reuocatus Eliæ consilio à Chersonensibus imperator est salutatus, & classe Constantinopolim veniens, designatus est imperator.

Scribit quoque Cedrenus famam fuisse, eum Romanum virum qui Cretam cepisset, necessario quoque imperio Romano potituram. Idcirco cum renuciatum fuisset Cretam esse captam, Romanus tertius imperator, misit qui inde Nicephorum Phocam auocarent. Verum nec sic fatum prohiberi potuit, nam paulo post Nicephorus imperator factus est.

Iohas Ochoziæ Iudæorum regis filius, cum in crepundiis esset, omni virili stirpe Dauidicæ gentis crudelissimo Athaliæ auic imperio, vno die extincta, vita donatus est, opera aliena regno spoliatus, puer tamen adhuc regnum recepit. Receptum turpiter amisisset, nisi illud aliquanto turpius, omni Gaza regia fuisset ab eo redemptum. ad postremum, ferrum, quod infans aliena effugit solertia, suā ipse effugere non potuit <sup>c</sup>.

c iij. Regum cap. 11. & 12. d In Messenicis. 9 Narrat Pausanias <sup>d</sup>, Lycium Pandionis filium vaticinatum Messeniis, quod si operta quæ illis sacra erant abolerentur, omnino in posterum & in omne tempus Messenem occasuram, si verò conseruata fuissent, rediuuium olim imperium ex ipsis ruinis erupturum quod & contigisse tradit.

10 Cum Alexander Magnus recepisset oraculum mortis suæ futuræ veneno inferendæ intra octo proximos menses in Babylone ab arboribus vaticinis Indiæ Solis & Lunæ, quas Bebyonas Indi dicunt, & instaret ut resciret à quo venenum ei foret porrigendum, non potuit consequi, respondente oraculo, fata falli non posse, ut idem Alexand. refert in epistola scripta ad præceptorem Aristotelem de rebus Indicis.

11 Erat oraculum patris Liberi, cum primum Orphei ossa non procul inde sepulta, Sol aspexisset, à Sue amne urbem Libethriorum deletum iri, quod accidit. Cum enim pastor quidam meridie recubans fessus ad Orphei tumulum obdormisset, & in somniis versus Orphei magna & suauis voce decantasset, vicini pastores & agricolæ hoc audientes ad eum accurrerunt turmatim, & dum quisque ad pastorem propius certabat accedere, columnam euerterunt, qua ruente fracta fuit vrna: quo factum ut aperta vrna Orphei ossa Sol asceret. Sequentique proximè nocte, Sus amnis Libethriorum

<sup>a</sup> Pausanias  
in Bœoticis.

urbem deiecit, sacras & prophanas ædes euerit, homines ipsos & animalia cuncta quæ intra muros erant extinxit <sup>a</sup>.

12 Refert Iustinus, libro septimo, Perdicam tertium Regem à Crano institutore regni Macedoniæ, senem Argæo filio monstrasse locum, quo condi vellet: ibique non sua tantum, sed etiam succedentium sibi in regnum ossa poni iussit, præfatus quoad ibi cõditæ posterorum reliquiæ forent, regnum in familia mansurum: credébantque hac superstitione (præcepta enim Perdicæ ut oracula venerabantur) extinctam in Alexandro stirpem, quia locum sepulturæ mutauerit.

13 Refert author epitomes vitarum Cæsarum, in vita Michaelis Trauli seu Balbi, tunc temporis vetus oraculum innotuisse, quod erat, *Tum rem Romanam ruituram, cum & Balbus & auarissimus princeps imperaret*, fuisseque tunc primum subductum ab imperio Græcorum, imperium Romanorum, quod translatum fuit in Cærolum Magnum Pipini filium, à Leone Romano pontifice.

14 Nescio an fatale an persuasum vel creditum dixerò, quod scribit Herodot. libro primo, de corpore vel lipsanis Orestis, quibus dolo per Lacedæmonios, à Tegeatibus sublatis, & in Spartam traductis, ex eo tempore Lacedæmonij quoties cum Tegeatibus congressi sunt, superiores extitere, cum antea ferè semper vincerentur.

15 Circumferebatur oraculum tempore Alexandri Magni, fatalem esse nodum lori Gordij regis Phrygiæ, ut qui eum dissolueret esse regno Phrygiæ & totius Asiæ potiturus, ut scribunt Q. Curtius libro tertio de gestis Alexand. Iustinus in II.

16 Tradunt Nisi regis Megarensium regni fatum in capillo quodam capitis fuisse, quo filia eius Scylla spoliavit, ut graphicè depingit multis Ouidius <sup>b</sup>. Ibi.

<sup>b</sup> lib. 8. Metamorph.

*Interea Minos Lelegeia littora vastat  
Prætentatque sui vires Mauortis in vrbe  
Alcatoe, quam Nisus habet, cui splendidus ostro.  
Inter honoratos medio de vertice canos  
Crisis inhærebat magni fiducia regni.*

Et paulo post.

*Suasit amor facinus, proles ego regia Nisi  
Scylla tibi trado patriamque, meosque penates,  
Præmia nulla peto, nisi te, cape pignus amoris  
Purpureum crinem. Nec me nunc tradere crinem,  
Sed patrium tibi crede caput: sceleratæque dextra,  
Munera porrexit, &c.*

<sup>c</sup> Iudicium ca. 16. vers. 18. hoc fabulosum quidem dicitur, sed veritati hærens sacra pagina simile quodammodo videtur de Samsonis viribus referre, quia ratio eius capite defecit fortitudo quæ antea erat inuincibilis.

17 Quo tempore etiam arx Troiæ ædificabatur, fertur cecidisse de cælo Palladis simulachrum, quod Palladium dictum est: de quo responsum ab Apolline, tandiu urbem incolumem & regnum fore, quandiu simulachrum illud intra mœnia seruaretur, quare post longam

longam obsidionem cum spes non esset capiendæ Troiæ, nisi prius sublato Palladio: Vlysses & Diomedes per Cloacas urbis irrepentes, simulachro urbem & veluti tutela spoliarunt: & ut dicunt, ita facilem captu effecerunt. ut refert Dictys Cretensis <sup>a</sup>, & Virgilius hoc firmat <sup>b</sup>.

<sup>a</sup> lib. 5. de bello Troiæ.  
<sup>b</sup> lib. 2. Aeneid.

*Omnis spes Danaum, & cœpti fiducia belli  
Palladis auxilijs semper stetit: impius ex quo  
Tytides, Sed enim, scelerum inuentor Vlysses  
Fatale agressi sacro auellere templo  
Palladium, cæsis summa custodibus arcis,  
Corripuere sacram effigiem, manibusque cruentis  
Virgineas ausi diua contingere vittas.  
Ex illo fluere ac retro sublapsa referri  
Spes Danaum: fractæ vires, aduersa dea mens, &c.*

Consentit & Pausanias <sup>c</sup>, Mineruæ signum, scilicet Palladium vnum de his fuisse, quibus amissis capi Ilium potuit: verum dissentit ab aliis Mineruæ illud signum non fuisse delatum, nec esse apud Argiuos ut ipsi dicebant: sed post Ilij euerfionem Æneam in Italiam illud reportasse. Polyænus vero libro primo Stratagematon narrat, Demophoontem depositum apud se Palladium ab Atheniensibus custodia causa, Agamemnone repetente, tradidisse illud Atheniensi ciui cuidam Bagizæ nomine Athenas reportandum, aliud autem simile & æquale factum, in tabernaculo habuisse, & Agamemnoni repetenti fictum palladium tradidisse.

<sup>c</sup> lib. 2. seu in Corinthiacis.

18 Apianus Alexandrinus <sup>d</sup>, refert Seleucum iussisse suo nomine condi ciuitatem ad Tygrum, & magos diem horamque fundamentorum fodientorum eligere, & mentitos magos horam, quod nollent tantam urbem contra se muniri, verum interim auditam fuisse vocem ex qua moneretur initij tempus, & milites non obstante mandato ut Magorum iussum expectarent opus cœpisse, quo facto deterriti Magi fassi sunt dolum Seleucho, & ei dixisse fatalem necessitatem ò rex siue bonam siue malam, nec homo potest mutare, nec ciuitas: sunt enim ciuitatibus sua fata sicut hominibus singulis, hanc vero plurimis seculis manere ciuitatem, diis placuit: quando initium eius in eam horam incidit, nos vero talem munitionem contra nos erigi, declinare fata conabamur, at illa plus valuerunt, quam Magorum versutia, vel regis ignorantia, &c. Eo pertinet quod scribit Prudentius libro posteriorum in Symmachum.

<sup>d</sup> libro de bellis Syriacis.

*Sicut varia nascuntibus, inquit.  
Contingunt pueris anima, sic urbibus adfert  
Hora diis que suum, cum primum mœnia surgunt;  
Aut fatum aut genium: cuius moderamine regnent.*

Idem author Apianus libro de bellis punicis ait, quia fatale erat tunc Carthaginem deberi, parum sibi consuluisse sapienter, sed superbe & male Carthaginensibus.

Rursum idem libro secundo de bellis ciuilibus tradit, Lentulum ad spem imperij excitasse quod diceret, tribus Corneliiis fato

deberi vobis imperium, ex quibus iam Cinna Syllaque fuissent.

19 Cræsus qui crimen retro quintæ ætatis luit, hoc est Attaui Gygis, imperio à Cyro priuatus, misit Lydos quosdam Delphos, iussos cum ad limen templi vincula deposuissent, sciscitari Deum illum, nunquid illum puderet ob oracula quibus Cræsum induxisset ad bellum Persis inferendum, tanquam Cyri potentiam euerfurum, vnde tales primitiæ offerrentur, compedes scilicet ostendendo. Sed inter cætera Pythia respondit, sortem fato destinatam defugere Deo quoque impossibile, & Apollinem cum studeret Sardium Clades liberis Cræsi, non ipsi Cræso contingere, tamen transferre fata non potuisse, Sardium autem expugnationem per tres annos potuisse differre<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Herodot. in Clio. seu in 1.  
<sup>b</sup> lib. 1. de gestis Francorū cap. 8.

20 Meminit Aymonius<sup>b</sup> de quodam vaticinio Bassinæ, Bassini regis Toringorum vxore, quæ relicto marito nupsit Childerico regi Francorum adhuc pagano, quod videretur nostris temporibus, si verum esset finem, minari monarchiæ Gallicanæ, quem tamen Deus auertet, etsi maximè concutiat. Cùm enim Bassina prima die nuptiarum conuenisset cum Childerico, admonuit vt à thoro coniugali illa nocte abstineret, & rogauit vt ante fores palatij exiret & quæ vidisset sibi renunciaret: Is autem vidit primum foras magnarum formas bestiarum veluti deambulantium, pardorum scilicet, vnicornium, Leonum, quibus perterritus ad coniugem rediens commemorans visa: illa bono animo esse eum imperauit, & vt secundo ac tertio id faceret edixit. Quare iterum reuertenti regi, apparuerunt, visorum, luporumque circumcursantiū imagines, Tertio quoque regressus, aspexit canum figuras, minorumque animalium se inuicem lacerantium. Quorum visiones Bassina sic ei interpretata est, esse prælagia morum futurorum successorum. Nostro inquit, qui primus surget à femine filiique censebitur nomine, insignis erit potentia, quem leonis & vnicornis conspexisti in specie. In figura sane lupi & vrsi, signantur eius posterii virtute præualidi, rapinæque auidi.

At canis libidinis impatiens, meliusque virtutis sine ope humana esse præualens, eorum prælagit ignauiam, qui vltimis in seculis huius regni potentur sceptris. Porro minorum turba animalium, semetque inuicem lacerantium, populus est sine timore principum. Qui dum regni primoribus mutuo sese odio impugnantibus obsequitur attentius, variis sese implicat causarum tumultibus: dùmque proceres alterutris sese moliantur priuare honoribus, illis ignobile vulgus fauendo, patet sine numero cædibus. Hæc sunt ipsissima verba vaticinij, nihil addidi, iudicet autem qui voluerit, num hæc conueniant, nostris temporibus, & si existimet conuenire, dec operam si in eius est potestate, vt restituatur prior ætas. Quod ad me pertinet, nihil possum certi proferre: scio tamen quod, in mentem venerit anno Domini 1573. quo tempore Lutetiam inuisi primum, vt coronationi Henrici iij. de regno Poloniæ à Polonicis legatis ibi existentibus faciendæ interesset, dùmque contemplerer statuas regum Galliæ in palatij parlamenti aula dispositas, viuente adhuc Carolo ix. cuius statua erat in vltimo angulo aulæ, iuxta & retro aulæ

aulæ egressum: venit inquam in mentem, nullum locum intra illam aulam superesse quo recipi posset futuri regis imago, nisi alius ordo inciperetur, aut extra portam poneretur, tuncque cœpi quibusdam amicis, virisque clarissimis qui mecum aderant, & cuncta velut ædifici peritissimi eius palatij ordine monstrant, nescio qua opinione tunc motus, videri illud quippiam male ominari Galliæ. Quid autem contigerit post mortem Caroli ix. & Henrici iij. temporibus, nec refero, nec oportet, notiora enim sunt, quid autem futurum sit & Deus quoque solus nouit, & nostrum non est de his sententiam ferre. Hoc tamen mihi liceat, venia prius impetrata à doctioribus & christianis principibus, dicere vnam hanc monarchiam seu regnum non defuturum, quandiu ibi fides religioque Dei valuerit & coletur. quia & speciali fauore & nota consignatur à Deo per missionem sacri chrisimatis & per miracula quæ à maiestate regia facta fiunt.

21. Permansit ex femine David rex super sedem Iuda, ex Dei promissione & volūrate vsque ad tempus Messia. Adfuerunt signa venturi veri regis, adfuerunt signa perituri regni, temporalis quæ prudentes et Deo amabiles obseruarunt, alij viderunt, neque cognoscere potuerunt. Herodes autem auertere multo effuso sanguine innocentium infantium et sui ipsius et aliorum, sed perperam conatus est, et alios innumeros occidit, verum autem regem successorem æterni regni, tollere non valuit. Poterat Herodes cum regno temporali salutis æternæ securus, adorato vero Rege cœli et terræ, viuere et florere: videbat signa et prophetias de eoque prædicta impleri, sed in luce splendida ambitionis et regnandi libidine excæcatus, non potuit sibi consulere.

22. Id ipsum contigit Hierosolymitanis iuxta verbum Domini in vltionem fusi sanguinis agni immaculati, quando Vespasiani tempore cladem illam maximam prædictam acceperunt, moniti antea signis et prodigiis vt penitentiam agerent et sibi præcauerent: quibus tamen nihilo cautiore aut prudentiores facti, veluti scientes prudentesque fati se inuoluerunt perditionis. Quamobrem rectè Iosephus eius miseræ particeps<sup>a</sup>, sic scribit post enumerata signa et prodigia quæ proximè ante destructionem reipublicæ Iudaicæ acciderant. *Hæc si quis, inquit, reputet, profecto inueniet, Deum quidem omnibus consulere, modisque omnibus præmonstrare quæ sint eorum generi salutaria, ipsos autem ob dementiam suam malis voluntarijs interire. Quandoquidem & Iudæi post Antoniam captam quadratum fanum fecerant, cum in sacris libris scriptum haberent capiendam ciuitatem ac templum si fanum quatuor angulis esset effectum. Sed quod maximè eos ad bellum excitauerat, responsum erat ambiguum, itidem in sacris literis inuentum, quod eorum tempore quidam esset ex eorum finibus orbis terræ habiturus imperium. Id enim illi quidem quasi proprium acceperunt, multique sapientes interpretatione decepti sunt. Hoc autem planè responso, Vespasiani designabatur imperium, qui apud Iudæam creatus est imperator. Sed enim homines fatum vitare non possunt, etiam si præuiderint. At verò hi ignorant quædam pro sua libidine interpretati sunt, alii contempserunt: donec patriæ excidio suæque perniciæ eorum iniquitas*

<sup>a</sup> lib. 7. de bello Iudaico c. 12.

confutata est, hæc Iosephus.

23 Fertur Numæ Pompilij tempestate, ancyle, id est breue scutum rotundum de cælo decidisse, vnaque editum sonum, omnium potentissimam fore ciuitatem, quandiu in ea mansisset, ideo ne illud raperetur Numa confudit cum pluribus eiusdem similitudinis factis. vt ait Ouidius: tertio Fastorum, ibi, de eo & Numa.

*Tunc memor imperij sortem consistere in illo,*

*Consilium multa calliditatis inuit.*

*Plura iubet fieri simili calata figura*

*Error vt ante oculos insidiantis eat, &c.*

24 Dicebant & Antiqui vim fati quandam esse vt Romani principes Cthesiphontem transire non possent: Et ideo Carum fulmine absumptum quod eos fines transgredi cuperet qui fataliter constituti essent, vt scribit Flavius Vopiscus in Caro.

25 Confert Plutarchus in vita Pyrrhi, fatum seu bonam fortunam Lacedæmoniorum, & fatum mortis Pyrrhi qui eos obsidebat. Cum enim multis vulneratis & cæsis remisso iam essent animo Athenienses, præter spem auxilium eis aduenit: at Pyrrhus quanuis vellet ab obsidione se retrahere, fatum euitare non potuit & interitum proximum: quod & adesse sensit vbi in foro Argiuorum inter cætera ornamenta lupum æneum & taurum quasi præliantes conspicatus est, veteris oraculi memor, sibi fatum impendere extremum, cum lupum cerneret aduersus taurum pugnantem. Sed vt ait idem Plutarch. in Julio Cæsare, fatum præuideri facilius quam euitari potest.

26 Non erit iniucundum referre, quo fato reges Macedonum qui in Labeam urbem habitabant pulsi, & Perdiccas ex Argo filius Temanis sibi & posteris regnum quæsiuit. Tres fratres à Temano oriundi, inquit Herodotus libro octauo. Gauanes, Æropus, Perdiccas, ex Argo in Illyricos profugerunt, & ex Illyriis transgressi superiorem Macedoniam peruenerunt ad urbem Lebæam, vbi se ad mercenariam operam regi locauerunt, vnus quidem equis, alter vero bobus, minimus autem natu pecoribus pascendis. Erant enim olim regna etiam in re nummaria exilia, non solum populus: Regis autem vxor illis ipsamet farinam subigebat: Sed dum coquebatur panis Perdiccæ pueri mercenarij, in duplam molem excrescebat: quod cum semper contingeret, id marito indicauit. At ille, vt audiuit statim illi in mentem venit, factum illud aliquid magnum prætere, ideoque accersitis mercenariis, vt à sua domo discederent imperauit. Et quum isti dicerent ita demum se abscedere iustum esse, vbi mercedem accepissent: tum rex mercedem nominari audiens, sole tunc per funarium seu caminum domum ingrediente, dixit furore correptus, at ego vobis hanc mercedem, vel hunc in mercedem persoluo. Quod audientes maiores natu Gauanes & Æropus steterunt attoniti. At puer, accipimus rex quæ das, præloquutus, gladio, (nam gladium gerebat) circumscriptis in pavimento domus solem: circumscriptumque cum ter in sinum suum hausisset

sisset abiit cum cæteris. At regi quidam ex eius assessoribus, quod egerat puer, & quod ille cum omnium natu minimus esset quæ sibi data erat accepisset, id certo consilio seu præcogitate factum esse renunciauit. quo audito rex ira percitus equites ad eos interimendos misit: at Temenidæ iam transierant amnem, qui post eorum transitum tam vehemens effectus est vt transiri non potuerit ab equitibus. Ita Temenidæ in aliam plagam Macedoniæ transgressi, habitauerunt prope hortos Midæ: hinc egressi postquam eam plagam obtinuerunt cæteram Macedoniam subegerunt.

27 Accedet Christianorum sententiæ ethnicorum determinatio, si fatum Dei voluntatem, vt par est, & ex voluntate eius pendente rerum ordinationem & colligationem, statum & interitum dicamus. Omnia enim in mente eius & sapientia cognita & determinata inueniantur. *Rationibus fixis*, inquit Arnobius *peraguntur res Dei, & quod semel decretum est fieri, nulla potest nouitate mutari.*

Vere itaque Aristoteles, *Equidem*, inquit, *necessitatem ipsam e-* a lib. 2. aduersus gentes. b lib. de mundo in fine.  
*tiam nihil aliud quam Deum dici censuerim & intelligi: cui ἀνάγκη ex eo nomen est, quod natura quædam sit immobilis: Eundemque εἰμαρ-  
μολίω, id est fatum, dictum à serie rerum conserta inoffensoque tenore procedente, quod alio nomine: εἰμαρμολίω ideo appellarunt, quod ab eo omnia terminata sunt, ac nihil in rerum natura infinitum est. Quis  
& μοίρα, id est, sortem appellatum eundem Deum, à partitione rerum dixerim: Et νέμεσις quasi potestatem diuinam, eius quod visum est cuique distributricem, ἀδράστειαν etiam, quasi causam quandam natura comparatam, quam fallere nemo queat aut vitare. ἀίσα δὲ denique dictum, quasi semper existentem.* Hæcque ad verbum Aristoteles.

28 Alij distinguunt fatum à natura, vt dam Cicero ait, in prima Antonianarum, multa impendere videntur præter naturam, etiam præterque fatum, de quo disputat Gellius Libro decimotertio, capite secundo. Atque ait fati nomine intelligi mortem violentam & inopinatam, quæ potest accedere præter naturalem, aut præter naturam. Citat eiusdem sententiæ Demosthenem in oratione *de sepulchro*. Sed verius tamen concluditur, fatalem vitam posse dici eam quæ contingit periodum vitæ, vltra quam viuere negatur, iuxta illud Iob. *Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est. Constituidisti terminos eius qui præteriri non poterunt.* quidam dicunt terminum centum & viginti annorum, alij plurium vel naturalem, quousque naturalis constitutio viuere patitur. Vel casualem & fortuitum quæ casus & violentia inferunt. Quibusdam item fatum accipi videtur, aut pro illa generali constitutione periodi quæ præteriri non potest, sed præueniri: aut pro diuina providentia quæ falli non potest, neque præter eam fieri quicquam: verum fatum hoc, habet suas causas ex quibus colligatur, iuxta finitionem Chryssippi dum ait, fatum quod Græci *εἰμαρμολίω* vel *εἰμαρμολίω* vocant, est sempiterna quædam & indeclinabilis series rerum, & cathena voluens semet-

ipsa sese, & implicans os per æternos consequentiæ ordines, ex quibus apta connexaque est. Explicat Gellius, <sup>a</sup> ubi refellit; ex eodem authore qui eliciebāt inde hanc consequentiā, si omnia fato trahantur, & necessum sit fieri quicquid futurum sit, homines quoque ad maleficia non sponte sed fato trahi, & propterea pœnas à legibus in eos iniquè constitutas. Nam ingenia nostra, vt propriam habent qualitatem inquit, fato obnoxia sunt, sed illa qualitas in libero arbitrio posita est vt velint & nolint. Sic ordo & ratio & necessitas fati generat ingenia ipsa & principia causarum mouet, impetus verò consiliorum mentiūmque nostrarum, actionesque ipsas, voluntas cuiusque propria & ingenia moderatur. Citatur & sententia Pythagoreorum, cognosces, inquit, homines spontaneas haurire calamitates, Quasi detrimenta singulis à seipsis fiant, & suo impetu delinquant, & in incommoda ruant sua, & ex sua electione & intentione: sed nec præsentis est instituti de fato plura loqui, & quomodo antinomiam de eo sint euoluendæ. Diximus enim etiam de his alibi fusè <sup>b</sup>.

<sup>b</sup> In lib. 5. præ  
ludiorum op-  
timi Iuriscor-  
sulti. c. 2. & 3.

Resoluimus autem hic, ex Dei voluntate quoque vt alia quæ prouidentia Dei ineffabilis curat, regna oriri & mutari & interire, reges vocari & deiici.

29 Neque tamen inde sequi potest consequentia, approbati tyrannos qui à Deo regnare permittuntur. vocat enim aliquos ad vtilitatem populi principes: aliquos interdum ad castigationem: quandiu etiam velint illos imperare, non nobis manifestum est, vt iudicare possimus, nisi quatenus nobis vel re ipsa, vel oraculo significare dignatur. Atque vt ex eius voluntate pendet institutio eorum, ita & destitutio. vtitur principibus vt ministris suæ voluntatis: interdum factum eorum probat, & personas reprobat: vt neque superbire debeant, si Deus permittat eos regnare cum pessimis actionibus, quæ ad vtilitatem bonorum, & in vltionem malorū conuertuntur. Vtitur ad eadem Deus dæmonibus, qui ideo ipsi meliores non fiunt, sed peiores scruientes ex intentione nocendi: cum Deus bene illis vtatur ad probationem & exercitium bonorum, & ad exequendas pœnas iusti sui iudicij. A quibus distant angeli boni, qui imperium Dei secundum eius voluntatem exequuntur, non secundum animum proprium vindicandi vel ledendi, ita vtrique & boni & mali spiritus, ministri voluntatis Dei sunt: sed diuersæ ipsi voluntatis, vt & principes boni & mali: voluntatem Dei & eius vindictam exequuntur, sed interdum diuersa intentione. Quare nec tuti fuerunt tyranni, qui & à Deo potestatem se accipere gloriantur.

<sup>c</sup> ad Roma. c.  
9. vers. 31.  
<sup>d</sup> Exod. cap. 3.  
<sup>e</sup> Deuter. cap.  
31. vers. 14. &  
cap. 5. & Io-  
sue ca. 1. vers. 1.  
<sup>f</sup> j. Regum ca.  
3. & 4.  
<sup>g</sup> j. Regum ca.  
9. & 10.  
<sup>h</sup> j. Regum. c.  
15.  
<sup>i</sup> j. Regum ca.  
16.

30 Vocauit Deus in principatum aliquos nullis illorum meritis præcedentibus, vt Iacob elegit dominaturum non Esau in eodem vtero, antequam quicquam boni aut mali egissent <sup>e</sup>. Vocauit ad regendum populum suum Mosen, vt liquet ex Exodo <sup>d</sup>. Sed non vocauit post illum eius filios ad regnum sed Iosue <sup>e</sup>. Plures alios vocauit enumeratos libro Iudicum. Vocauerat Heli, sed eum principatu propter peccata filiorum reprobauit <sup>f</sup>. Vocauerat Saulem in regnum ex propria electione <sup>g</sup>: sed propter eius peccata reprobauit postea <sup>h</sup>. Vocauit Dauid & progeniem eius in regnum Israel <sup>i</sup>. Sed propter peccata

peccata Salomonis & Roboam detraxit regno decem tribus <sup>a</sup>. dice-  
mus & latius vbi propter peccata translata regna docebimus. Prose-  
quor alia quod fatum regni seu permissio vel prædictio, non probet  
personam tyranni ex Odoarco. Cum enim Odoarcus, Herulis præ-  
positus & aliis nationibus circa Danubium positus, efferret se ob vi-  
ctoriam de rege Rugorum, & Italiam inuadere cogitaret, fines No-  
ricorum ingressus petiit colloquium cuiusdam serui Dei nomine Se-  
ueri, à quo petita & obtenta benedictione audiuit: vade Odoarce vi-  
libus nunc animantium pellibus vestibus, Italiæ mox Dominus futu-  
rus. Quod & accidit: verum postea fuit à Theodorico victus, captus  
& interemptus post multa prælia & multam sanguinis effusionem <sup>b</sup>.  
31 Vocauit Deus Ieroboam ad vindicandum peccatum Salo-  
monis, & vt ille adimeret decem tribus de filij eius Roboami regno,  
eoque fauisset Idololatriæ, & idolostempla ædificasset <sup>c</sup>. Is autem  
Ieroboam incidit in peiorem idololatriam, quàm Salomon <sup>d</sup>. Et  
rursum suscitauit regem Deus in Iuda Baassam, qui percussit Nadab  
filium Ieroboam, & omnem domum Ieroboam, vt nec reliquerit  
mingentem ad parietem <sup>e</sup>. Sed & ex eo tempore quo scissus est po-  
pulus Israel à domo David, proiecit Dominus omne semen Israel à  
facie sua, & afflixit eos donec disperderet <sup>f</sup>. Executus est mandatum  
Dei Baassa. & ideo ipse regnavit, nec pulsus regno: sed quia & erat  
infectus idololatria, iterum in filio punitus. Et postquam Ela duo-  
bus annis regnavit ex Dei voluntate, alius tyrannus tyranni Baassa  
domum omnino subuertit, & rebellauit contra eum dux mediæ  
partis equitum Zambri, & deleuit omnem domū Baassa. Iuxta ver-  
bum Domini quod locutus fuerat ad Baassa in manu Iehu Prophe-  
tæ <sup>g</sup>, regnavit autem tantum Zambri septem diebus, post quos ob-  
sessus ab Ambri, quem populus vocat regem, se cum domo regia  
combussit, & mortuus est in peccatis suis quæ fecerat coram Domi-  
no & ambulans in via Ieroboam <sup>h</sup>. Ita postea iuxta verbum Domi-  
ni, semper dicitur Achab successisse Ambri patri & Achabo Ioram:  
verum eundem, cum Iezabelle ob Idololatriam seruus Ioram, Iehu,  
occidit suum Dominū Ioram, & omne semē eius seu domus Achab,  
vt nec reliquerit mingentem ad parietē & clausum de domo Achab,  
& Iezabellem matrem regum: septuaginta filios Achab, quadragin-  
ta fratres eiusdem, & Sacerdotes Baal, omnes optimates eius & fra-  
trem eius Ochosiam regem Iuda. <sup>i</sup> Eo pertinet, quod Deus voluerit  
remunerare factum Iehu, quod eius iussu sustulisset domum Achab.  
Verum quia ipsemet in peccatis Ieroboam incidisset, post quartam  
generationem & domum quoque eius extinxit. Sic enim scri-  
bitur <sup>m</sup>:

*Dixit Dominus ad Iehu, quia studiose egisti quod rectum erat & place-  
bat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo fecisti contra domum  
Achab: filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super thronum  
Israel. Porro Iehu non custodiuit vt ambularet in lege Domini Dei Israel  
in toto corde suo: non enim recessit à peccatis Ieroboam qui peccare fecit  
Israel. In diebus illis cepit Dominus tadere super Israel, percussitque eos  
Mazael in vniuersis finibus Israel. Itaque iuxta verbum Domini regna-*

<sup>m</sup> lib. 4. Reg.  
c. 10. à versu  
30.

<sup>b</sup> vt scribit  
Annonius li.  
1. gestis Fran-  
corum. c. 9. &

<sup>c</sup> 3. Reg. 11.  
<sup>d</sup> 12. & 2.  
Paralip. c. 9.  
& 10.

<sup>e</sup> 3. Reg. c. 13.  
<sup>f</sup> 3. Reg. ca.  
14. vers. 14. &  
c. 15. vers. 26.  
& seq.

<sup>g</sup> 4. Reg. c. 16.  
v. 20. & 21.

<sup>h</sup> 3. Reg. c. 16.

<sup>i</sup> 3. Reg. c. 16.

<sup>k</sup> 4. Reg. c. 9.

<sup>l</sup> 4. Reg. c. 10.

<sup>m</sup> 4. Reg. c. 11.



runt descendentes ex Iehu vsque ad quartam generationem super Israel & non amplius, vsque ad Zachariam quem occidit. coniuratione in eum facta Seltum filius Iabes. qui non erat tamen melior illo, & regnavit tantum vno mense. Sic ergo Ieroboam, quia iuxta dictum Domini & eo permittente, ob vindictam peccati Solomonis circa idololatriam, subtraxerat ab Imperio Roboami filij Salomonis decem tribus, regnavit, retributionem in hoc seculo accipiens iuxta verbum Domini, & quod fataueat seu statuerat in vindicta Salomonis & posterorum. Verum in filio Nadab vindicauit peccatum ipsius Ieroboam, quod in idololatriam ipse incidisset, vt dictum, & Baasa filius Ahia de domo Issachar, iuxta verbum Domini deleuit omne genus eius, nec dimisit vnam animam de semine Ieroboam: b & ita in aliis sequentibus Tyrannis Israel vt dictum est, quod iuxta verbum Domini fecerint, hoc est, quod impleuerint voluntatem eius, non tamen ideo meliores ipsi.

32 Sequitur & postea mutatio crebra regu Israel per mutua homicidia, & ob delicta populi & regum, vt tandem Deus post plures admonitiones vt redirent ad vera legem, iuxta verbum suum quod praxiderat per ora Prophetarum, sustulerit regnum Israel, translati populo in Assyrios, relicto tantum populo Iudææ sub rege suo. Et hoc fuit regno Israelitico iuxta verbum Domini factum, & interitus quem precesserant tot tyrannorum inuouationes & cædes: sicut & de fine regni Hæueorum dicitur d, Non fuit ciuitas quæ se non traderet filijs Israel, præter Heueum qui habitabat in Gabaon. omnes enim bellando cepit Iosue, Domini enim sententia fuerat, vt indurarentur corda eorum & pugnarent contra Israel & caderent: & non mereretur vllam clementiam, ac perirent, sicut præceperat Dominus Moyfi. Accedit e quod Dauid refert e, Intrauit Israel in Aegyptum, & Iacob accola fuit in terra Cham & auxit populum suum, vehementer & firmavit eum super inimicos eius conuertit cor eorum, vt odirent populum eius & dolium facerent in seruos eius misit Mosem seruum suum Aaron quem elegit ipsum, &c. Et vt ait Tragicus.

Cum numinis subuertere ira aliquem parat.

Primum omnium aufert sanitatem mentium.

Prauaque pro rebus creat sententias,

Ne quis sua malefacta posset noscere.

33 Et hæc verè sunt inter certissima fata regnorum annumeranda; diuina, quibus nec resistere nostrum est, quando decreuit Deus ita fieri. Quemadmodum quando ob peccata populi monarchia Caini vna cum subditis per diluuium finem accepit ex Dei sententia. Cum enim Deus vidisset quod omnis caro corrupisset viam suam super terram, dixit ad Noe, finis vniuersæ carnis venit coram me, repleta est terra iniquitate à facie eorum, & ego dispergam eos cum terra f.

34 Admiranda illaque verissima prædictio regnorum vel monarchiarum per Daniele, & apud quem tamen & in similibus prædictionibus, vt de regno Cyri & aliorum, admonitio prædictionem non esse causam, cur ita postea contingerit, sed ita prædictum quod ita euenire debebat. & ideo prædictionem non esse causam totæ diuinae & ma-

& malorum quæ aduenerunt in mutatione rerum publicarum: sed quia ita euenire debebat, ita verè prædictum à Deo qui omnium nouerat vt nouit certitudinem.

35 Quædam existimant etiam Ethnici tyranni ex fato per illos peragi, sed in illis esse damnabilia, vt Phalaris tribuebat fato quæ tyrannice gerebat: Κλαίεντες καὶ θεοὶ, scribens epistola 62. ἐγὼ δὲ ἵναquit, πολλὰ καὶ μεγάλα πικρὰς εἰμαρμένους ἀνάγκη, ἀπορίας παραδίνα μοι καθέγγωσμαι. id est, ego, ob multa & magna acerbissima fati necessitate gesta, damnor. Et D. Chrysofthomus ad verba illa D. Matthæi a D. Matth. cap. 18. v. 7. *neceffe est vt veniant scandala, Hoc, inquit, neceffe, non destruit libertatem, neque necessitati aliorum rerum supponit, sed omnino quod futurum est prædicit, neque etiam quia prædicit hoc fit. vt autem intelligas non esse necessaria scandala: audi quod sequitur: si autem manus tua scandalizat te erue eam.*

36 Dei iudicia, & determinationes finium regnorum, sunt quidem certa apud Deum, quemadmodum nihil sine prouidentia Dei fit: at tempora & horum resolutiones, non sunt hominibus cognita, nisi in quantum Deo placuerit hominibus reuelare. Vt Dominus noster IESVS CHRISTVS monuit discipulos, cum de destructione Hierusalem eiusque magnificentia ageret, & interrogaretur quando illa futura essent. & finis adesset seculi: & quando restitutus esset regnum Israel, respondit, Non est vestrum nosse tempora & momenta, quæ pater posuit in sua potestate b.

37 Reuelat autè vt plerumque futuras proximas mutationes reru publicarum, vel signis, vel prodigijs, vel prophetijs, vel modis alijs, pro ut sapientiæ eius incomprehensibili expedire visum est: vel ad aduentionem mortaliu, vt respiciant & ad Deum conuertantur, vt euadant iram eius: vel vt parati sint ad patientiam, tolerantiã, & aduersus tela futura quæ præuisa minus ledunt, vel vt fugiant à loco vbi hæc mutatio imminet. Non enim fiunt mutationes istæ regnorum & formularum gubernandi, vel occupationes tyrannicæ, vel principum expulsionem, sine maxima calamitate cædium, & omnis generis malorum. Deditque Deus significationem dilectis suis, vt fugiam à facie arcus c, vel singulari illorum prouidentia, eos quos diligit inde subtrahit, vel in alia loca eos etiam illis non cogitantibus transferendo, vel ex hoc seculo ad meliorem vitam ante miseriaru tempus rapiendo. Quemadmodum in Sodomorum interitu, etiam velut inuitum inde exire fecit Loth, cum filiabus d. Et imminente diluuiio, iussit intrare Noam cum liberis & vxore arcam e, & ante prædicari iussit venturum hunc finem quæm immitteretur diluuium. f Antequam inuaderentur ab Antiocho Iudei tempore Machabæorum apparuerunt acies in caelo armatae g.

38 Reuelauit Deus prædixitque per Daniele, futuram Perfici regni euerionem, & inclytam Alexandri Magni victoriam per visionem Arietis & Hirca aliâque edocta mysteria h.

39 Memorat Sabellicus i, Pharaoni prædictum fuisse, vnum ex gente Iudæorum nasciturum, qui Aegyptum magnis cladibus afficeret, idque per Sacerdotum Aegyptiacum incertum an spiritu afflatum

a 4. Reg. 15.

b 3. Reg. cap. 12. &amp; c. 13.

c 4. Reg. c. 17.

d Iosue c. 11. ver. 19. &amp; sequentibus.

e Psal. 104.

f Genes. c. 6. ver. 12.

g cap. 11.

b Act. c. 1. ver. 6. DD. Matth. c. 24. Marci c. 13. Luca c. 21.

c Psal. 59. ver. 6.

d Genes. c. 19. v. 16. &amp; Sap. 10. ver. 6. e Gen. 7. &amp; 2. Pet. 2. v. 5. f Genes. c. 6. &amp; 7.

g 2. Machab. c. 5. ver. 2. h Dan. c. 8. i li. 2. ennea. 1

diuino: an verò edoctum aliquo oraculo: cuius metu & rex iussit omnem natum masculum ex Hebraeis necari, non potuit tamen tollere Mosem, qui Dei voluntatem executus est. Apertè Deus per Samuellem prædixit Sauli ademptionem, & priuationem regni. Et Hieremias captiuitatem, excidiumque Iudæorum.

40 Et per Sibyllã, vt habetur in eius oraculis, apertè prædixit Macedonum bellicam gloriam Philippo Amyntæ filio regnante partã, alterius Philippi temporibus ruituram:

*Aemathia, inquit, populi, (Argeada quis gloria reges)*

*Commoda nunc pariet regnans, nunc damna Philippus.*

*Namque duces maior populis, atque urbibus, vnus*

*imponet. Sed enim Hesperis dominus minor annis*

*Mox etiam Eois, illustres perdet honores.*

Nam, sicut scribit Pausanias, Romani qui ad Occidentem sunt, Attali & Misorum auxilio qui ad solis ortum vergunt: Perseum Philippi filium, & regno, & vita priuarunt.

41 Paulò ante aduentum Hispanorum in Americam, rex insulæ quæ postea ex nomine inuentorum dicta est Hispaniola, idolum Zenij consuluit ieiunio quinque dierum religiosè obito, flagellis etiam laceratus, quid de regno suo post eius obitum futurum esset, Respondit autem dæmon à Deo veritatem dicere, vt alibi sæpe compulsus, futurum venturos homines barbatos, vestitos, regnum vi subacturos, vno ictu gladiis suis multa corpora diffecaturus, seruitute grauissima oppressuros incolas.

Quod oraculum rex ad placandum numen carmine comprehendit quod Arentum vocat, & solemnibus ceremoniis festis diebus cantari voluit. Et proinde multi incolarum, vbi Hispanos primum aduentantes videre, fuga sibi consuluerunt oraculi memoria.

*d Petrus Cie  
ra, tomo 2. re-  
rum Indica.  
e. 33.*

42 Antequam corrueret omnino respublica Democratica Romani populi, prodigium factum est Romæ, vt scribit Iulius Marathus, quo denunciabatur, regem populi Romani naturam parturire, idq; paucos ante menses, antequam Augustus nasceretur, qui fuit primus legitimus monarcha Romanorum. Et ideo Senatuum exterritum censuisse, nequis illo anno genitus educaretur: cuius tamen senatusconsultum ad ærarium delatum non fuit: curantibus iis qui vxores prægnantes haberent, ne fieret, singulis ad se spem trahentibus, vt ait Suetonius in Augusto.

*e lib. 2. vero-  
gnitionum.*

*f lib. 6. stro-  
maton.*

*g c. 9. de ca-  
lesti hierarch.*

*h Daniel, ca.  
10. & 12.*

*i lib. de ange-  
lis, c. 11. nu. 28.*

*& sequentib.*

43 Sunt etiam principatibus, & regnis angeli tutelares, seu defensores, quorum ope, & ministerio regna conseruantur, & proteguntur, intelligentiæ aliis dicta, aliis genij, D. Clemens refert D. Petrum asseruisse, cuiusque gentis proprium esse angelum, & C. Alexandrinus, Diony. Areopag. & Synagoge Iudæorū fuit peculiaris custos Michael, & alius Persarū, & Persici regni, & sic etiã angelos sibi commissos defendere testatur eodē Daniel, & nisi Dei iussu, vel ob peccata quib. irritatur nomē dñi dei illorū, cedere: cum autē cedunt, & superari quodammodo dicuntur: nec posse subigi nationes nisi intelligentiis illarū superatis, & cedentibus docuimus, ex sacris scripturæ locis, idq; inter ethnicos quoque receptū, qui priusquã in obfessas ciuitat. & regna impressionē facerēt, tutelares illinc deos euocare procurabant:

vt facilius eas mündarent, quod historiarum variis locis & illustrauimus, quæ non opus est repetere quum exemplaria vbique constent. Addam tamen ingresses præcipuos duces primum hostilem terram, præcari illorum tutelares & heroum genios, ne se inuitos recipent. sicut fecit Alexander Magnus, qui cum Hellespontum traiecisset in Asiam pergens, & delati essent Macedones in continentem, primus Alexander iaculum velut in hostilem terram coniecit, armatusque de nauis tripudianti similis profuit, atque hostias cedit, præcatus ne se regem illæ terræ inuitæ acciperent.

Paulo ante quam capienda esset Hierosolyma à Tito Vespasiano, inter præcipua perditionis eius ciuitatis prælagia, illud fuit, quod ante solis occasum antea visi sunt per inane ferri curus totis regionibus, & armatæ acies tranantes nubila, & ciuitati circumfula: festo autem die, quam Pentecostem vocant, nocte Sacerdotes intimum templum more suo ad diuinas res celebrandas ingressi, primum quidem motum quendamque strepitum senserunt, postea vero subitam vocem audierē, quæ diceret, Migremus hinc.

Quæ refert etiam Cornelius Tacitus, De obsidione eius agens, *Euenerant prodigia, quæ neque hostijs neque votis piare fas habet gens, superstitioni obnoxia, religionibus aduersa visa per cælum concurrere acies rutilantia arma, & subito nubium igne colluere templum. Ex passæ repente delubri fores & audita maior humanã vox, excedere deos, simul motus ingens excedentium.* Ea nocte quoque qua capta est Troia, apparuerunt dii quidam, vt loquitur Maro, exeuntes à templis & simulachra sua exportantes. Atque solitas à diis suis deserit eas ciuitates, quæ mox in hostium ciuitatem obuenturæ essent: aut saltem eam fuisse opinionem veterum, ostendit Æschylus.

Refert Herodot. quoque in 8. quo tempore Xerxes Atticam inuasisset, Athenienses quibus maxime infensus is erat edictum proposuisse, vt qua quisque ratione posset seruaret suos. eoque tempore ingentem draconem arcis custodem, cui menstrua libamina ex melle confecta proponere solebant, ea tunc illibata reliquisse, quasi etiam Deus ipse, sic vocabant idololatræ, sedes suas relinquere videretur.

Scribit & Suetonius Tranquillus in Flauio Domitiano inter prodigia futuræ mortis eius eum somniasse Mineruam, quam superstitionis colebat, excedere sacrario, negatē se vltra eum tueri posse, quod exarmata esset à Ioue.

Relinquunt custodiam regnorū, principatuum, locorum, & personarum sancti Angeli, ob peccata populi & scelera, quæ prouocāt indignationem Dei, cuius ministri sunt Angeli: & ita relicta custodia exprimuntur inimicorum visibilium hostium & inuisibilium potestatum nempe dæmonum prædationibus & laqueis: cuius rei fidem David facere potest, Psalm. 70. *Ne proicias inquit Deus me, in tempore senectutis cum defecerit virtus mea ne derelinquas me, Quia dixerunt inimici mei. mihi: (vide inimicos) & qui custodiebant animam meam (vide Angelos) consilium fecerunt in vnum: dicētes, Deus dereliquit eum prosequimini & comprehendite eum, quia non est qui eripiat. Nec probo ibi explicationem dicentium, qui custodiebant: hoc est,*

*a Lib. 2. sup-  
plemento  
Curtij.*

*b Iosephus lib.  
7. de bello Iu-  
daico c. 12.  
c Lib. 5. His-  
toria.*

*d Cap. 15.*

obseruabant animam meam, seu infidiabantur animæ meæ: nam ibi est dictio *מנמי* vel *חומר*. id est custodiētes, seruātes animā meā.

45 Singulare est quod refert Sempronius, libro de Diuisione Italiae, nomen Romæ non esse verum nomen eius ciuitatis, sed fuisse illud occultatum, & sanxisse saluberrimam religionem, vt illud & origo occultata essent: ne Deus eius in cuius tutela esset à quo derivationem habet, gentibus pareret, & euocaretur vt cæteri. Et id eo Angeronam silentij numen ante dies Iani festos cultam præforibus, vt ne cui liceret illud palam efferre, quod ad salutem reipub. veteres ore obsignato intra pectora arcana voluerunt contineri, eiuſque violatæ religionis primum pœnas luisse Soranum consentit Plinius<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> lib. 3. ca. 6.  
<sup>b</sup> lib. 28. ubi  
de vi incanta-  
tionum tra-  
ctat.

<sup>b</sup> In fine Dia-  
logi 5. de legi-  
bus, vel de le-  
gumlatora.

Plato,<sup>b</sup> Maximè inquit loca regionis differunt in quibus inspira-  
tio quædam diuina est, & quæ dæmones sortiti sunt, qui habitantes  
propitij, vel contra suscipiunt.

*De remedijs contra hanc mutationem, vel interitum Principatus  
vel Reipublicæ ex Dei decreto imminentem.*

### CAP. III.

**A**Duersus voluntatem Dei absolutam, nullum hominibus gene-  
rale remedium est, nec ea impediri potest vlla potestate quo mi-  
nus ad suum effectum perueniat. nullus enim est qui resistere ei pos-  
sit. Cum enim Deus sit, nullus supra eum, & omnes infra illū ei sub-  
iiciuntur. Ille solus altissimus, solus Dominus, solus Omnipotens, qui  
neque quicquam iniustum aut inconsultū vel inconsideratè, decer-  
nere dicitur, vt debeat aut possit absolute decretū retractare. Omnia  
præterita & futura, vt præsentia semper ei constant, vt circumstantiis  
necessariis certissimis & scientia indubitata & veritate statuatur.

2 Hoc vnum restat pijs, vt quos vult, possit ex inuolutione mise-  
riarū & iustitiæ suæ generali animaduersione, eripere, remediūque  
singulari beneficio reliquit, vt det dilectis suis significationem, vt fa-  
giant à facie arcus.

<sup>a</sup> Gen. 19. Sic Loth compulsi Sodoma cum filiabus egredi, decreta Sodo-  
morum subuersione<sup>a</sup>.

<sup>d</sup> Gen. 6. & 7. sic. Sic Noacho parere sibi archam iussit, vt eum à decreto diluuii sal-  
uum faceret cum sua familia<sup>d</sup>.

Antè vrbis Hierosolymorum extremam captiuitatem, sub Tito  
& Vespasiano, ecclesia Christianorum quæ ibi erat, Dei monitu Pal-  
lam vrbem Agrippæ regis, qui pro Romanis stabat trans Iordanem  
se recepit<sup>e</sup>.

<sup>e</sup> Egesippus lib. 5. ca. 2. Sic Spiritu Dei Tobias, filium suum Tobiam monuit, vt se mor-  
tuo Niniuem relinqueret, & Ecbathana in Mediam migraret, omni-  
no enim futurū vt Niniue excinderetur à Babylonijs, quemadmo-  
dum Jonas Propheta prædixerat. Paruit Tobias, & cum Ecbathanis  
effet, excidium audiuit Niniues à Nabucodonosore captæ<sup>f</sup>.

3 Et anno quo Scotorum rex Donaldus, turpissimā pacem ab An-  
glis

glis & Britannis redemit, in Laudonia Scotorum, infantē semestrem  
matrem monuisse ferunt clara voce, eam regionem tota cum domo  
ocys relinqueret, fore vt hostes Laudoniā Scotis adēptā occuparēt.<sup>a</sup>

4 Quando vero absolutè aut determinate, Deus ciuitatis vel rei-  
publicæ non decreuerit interitū: adhuc est locus retractationi, si po-  
pulus causam propterquā Deus vindictā minatur retractauerit<sup>b</sup>, vel  
suspēdit iudicium & differt in aliud tempus, vt quando populus pec-  
cauit in deserto adorans vitulum aureū, pro quo Moyses orauit, &  
remissa aliquantum vindicta in omnē populū<sup>c</sup>. Sic Gabaonitæ cum  
audissent decretum Domini datū filiis Israel de disperdendis cunctis  
habitatoribus terræ promissionis, cautè sibi prospicientes euitarunt  
ciuitatum suarum subuersionē & mortis imminens periculum<sup>d</sup>. Ex-  
territi Niniuitæ, prædicatione Ionæ, Dei iussu publicatæ, adhuc qua-  
draginta dies, & Niniue subuertetur, prouocarunt misericordiā Dei,  
pœnitentiam agentes. Et vidit Deus opera eorum quia cōuersi sunt  
de via sua mala, & misertus est Deus super malitiā quam locutus fue-  
rat vt faceret eis, & non fecit. Et recte illi dixerunt quod omnes, Qui  
in Deo confidūt debent quoque cogitare & dicere, Quis scit si con-  
uertatur & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ & non peri-  
bimus: valde misericors Deus dum agitur de tollēda ciuitate, regno,  
Imperio, & non nisi tarde eo peruenit, vt nunquā Christianis despe-  
randum sit de eius bonitate. Propter superbiam Davidis quod iussif-  
set numerari populum, ira Dei cecidit super Israel: cūque extendif-  
set manū suam Angelus Domini super Ierusalē vt disperderet eam,  
misertus est Dominus super afflictionem, & ait Angelo percutienti  
populū, sufficit nunc, contine manum tuam<sup>f</sup>. Ezechia aliquādo di-  
ctum ex ore Dei, dispone domi tuæ quia morieris: verum vbi cōuer-  
sus est ad orationē & pœnitentiā, audiuit à Deo: ecce sanauit te, & ad-  
dā diebus tuis quindecim annos: vt que ostēderet Deus hoc ex mera  
eius bonitate & absoluta potestate pendere, fecit vt horologij vmbra  
rediret retrorsum decem gradibus 4. Regum 20. & 2. Paralip. c. 38.  
& Iesaia cap. 38.

5 Permittit Deus rebellionēs, vt ea vexatione principes ad seiplos  
redeāt & à peccatis, quibus regū omniū Imperatorē offendūt, resipi-  
scāt: & cognoscāt rebellāte principe cōtra Deū principē, talionē hic  
pati in rebellionē subditorū. Sic rebellis & inobediēs Deo principi,  
princeps rerū omniū cōstitutus, homo, sc̄sit statim in se armatā om-  
nē creaturā, spinas & tribulos & labores<sup>g</sup>. Et postquam peccauit Sa-  
lomō, demētatus à mulierib. legimus<sup>h</sup> quod Deus suscitauit ei aduer-  
sariū Adad Idumēū & Ieroboā filium Nabat<sup>i</sup>. Liqueat ex eadem Dei  
Bonitate, ciuitates, imperia lapsa, & restituta postea. Sub Sedechia re-  
ge propter hæreses & peccata, Ierusalem fuit per Nabuchodonosor  
euerſa penitus: sub Cyro post septuaginta annos restituta: deinde sub  
Onia Pontifice, ab Epiphane capta est, templūque profanatum: at  
mox à Iuda Machabeo recepta. Hanc eandem orta dissentione inter  
Hircanum & Aristobulum ob summum principatum, Pompeius  
Romano subegit imperio. Sub Tito & Vespasiano funditus postea  
diruta. vt ex sacra pagina & alijs omnibus passim cognitum est.

<sup>a</sup> Hæstor.  
Boeth. lib. 6.

<sup>b</sup> Hieremia  
c. 18. vers. 8.

<sup>c</sup> Exodi c. 32.  
& 33.

<sup>d</sup> Iosue ca. 9.  
<sup>e</sup> Iona 3.

<sup>f</sup> 2. Reg. c. 24.

<sup>g</sup> Genes. 3.  
<sup>h</sup> 3. Reg. c. 11.  
<sup>i</sup> vers. 4.  
i vers. 27.

6 Sunt & remedia quæ possunt præuenire Dei iram, & cauere ne illa excitetur, quæ salubriora sunt: nempe dare operam ut bonis legibus, & optimis magistratibus mores ita temperentur, & regentium, & populi, ut nulla sit occasio irritandi seueram illam Dei vindictam. sic in morbis præcautiones vtiliores, & faciliores sunt ipsa medicina, quæ morbis grassantibus adhiberi solet. Artes porro bene regendi rempublicam, de quibus aliàs, illæ sunt quæ instituunt bonam rempublicam, & potestatem: & bene institutam, conseruant ne labatur. Et hæc sollicitudo & prudentia principis desideratur, cum scientia eorum quæ possunt inuadere reipublicæ statum, illiūque immutare. serpit enim vitium, ut incendium, & ex leuioribus scintillis in ignem inextinguibilem euadit: qui non prius materiam deserit, quam planè relictis tantum cineribus, consumpserit.

7 Sæpe Deus prosperare permittit impium principem ad tempus, ut grauiore casu illius malitiam semel puniat pœna exemplari: forsan quippiam boni admisit princeps malus, quod Deus irremuneratum non relinquit in hoc seculo, ut postea meritas pœnas in alio pro reliquis impietatibus patiat. nullum enim Deus bonum sine remuneratione huius vel alterius seculi, aut malum sine vindicta huius vel alterius vite, relinquit.

Vnde boni principes saltè & pessimi sibi & posteris suis metuere semper debent, ne post fœlicitatem quam experiri si videntur, tandè vindicta Dei sequatur, qui & vitam eorum, & principatum tollat. Exemplo Polycratis in Samo tyranni, cui dum viueret nulla aduersitas, sed omnis secunda fortuna contingit: qui etiam ut nimium sibi blandientem fortunam aliqua aduersitate temperaret, annulum ineredibilis pretij carissimum in mare abiecit, quem tamen in ventre piscis inuentum, recuperauit. Verum, tandem ab Oronte Satrapa captus, cruci affixus, genere mortis teterrimo diem vltimum elausit. Strabo 14.

Sequitur hinc, & aliquando Deum propter bonum aliquod reipublicæ illatum, permittere regnum subiectioni, aut potestati alicuius principis, & filij, vel nepotiseius: ut propter mala, omnino tandè à posteris imperium submouere & vindicare delicta maiorum in posteris, <sup>a</sup>propter idololatriæ cultum, iratus Deus in Salomonem regem dixit ei, *Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactū meum, & præcepta mea quæ mandavi tibi, disrumpens, scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo: verumtamen in diebus tuis non faciam propter David patrem tuum: de manu filij tui scindam illud, nec totum regnum auferam: sed tribum vnā dabo filio tuo propter David seruum meum, & Hierusalem quam elegi. quod & factum est tempore filij Solomonis Ro-boami nepotis Davidis, à quo abstulit decem tribus Ieroboam rex Israel.* <sup>b</sup> Quia etiam Ieroboam executus erat voluntatem Dei contra Salomonem & filium statutam, regnauit ipse & filius eius Nadab post illum. <sup>c</sup> sed post illum extritum est genus Ieroboam ex folio Israel, propter peccatum idololatriæ Ieroboam, & quia in ea fecerat peccare filios Israel. <sup>d</sup> Idipsum contigit in regno Baasa, quod in eius filio extinctum est. <sup>e</sup> Sicut & Herodotus tradit <sup>f</sup> Crœsum fœlicissimum regem

<sup>a</sup> regum 3. ca. 11. ver. 21.

<sup>b</sup> 3. regum. c. 12.

<sup>c</sup> 3. regum. c. 34. ver. 20.

<sup>d</sup> 3. regum. c. 13. vers. 33. & 34. & capi. 15.

<sup>e</sup> versicu. 29. & 30.

<sup>f</sup> 3. regum. ca. 16.

<sup>g</sup> H. 1.

regem; captum fuisse à Cyro, & imposuisse finem regnandi suæ stirpi ex voluntate Dei, quod ipse Crœsus Tritaui Gigis, à quo quintus erat, iureret crimen, quod Candaulem regem Gyges occidisset regem Lydorum, vxoris iussu quam duxit, & regnum adeptus est.

Et Horatius dum detestatur Antonianorum & Cæsarianorum bellum civile, tribuit causam eruentæ necis Rhemi à Romulo illatæ Epoda 7. *--- Acerba fata Romanos agant,*

*Scelusque fraternæ necis:*

*Ut immiscentis fluxit in terram Rhemi*

*Sacer nepotibus cruor.*

8 Mirum est quod refert tamen testis oculatus Arbutus sectios ne j. historiae Mediolanensis de iudicio Dei, de amissione Mediolanensis ducatus, qui poterat conseruari eleemosynis pro anima Galeatii Sforcie trium millium aureorum. Scribit enim duos mercatores non ignobiles per Taurinos montes in Galliam profecturos, amplio rem humana specie virum obuium habuisse, accersitōsq; repente ab illo mandatum in hæc verba suscepisse: Ludouicum Sfortiam fratrem meum alloquimini, hæcque illi literas nomine meo date: obstupescens illis ac percunctantibus quisnam esset, Galeatium Sfortiam se esse respondit, & mox ab oculis eorum euauit. Quare illi properè Mediolanum rediere, inde Vigleuanum: & dum literas offerunt, ab aulicis irridentur. Tandè cartha aperta, in pontificij breuis modū cōplicata, tenuissimis filis æreis obserata. cuius verba hæc, *ô ô Ludouice caue tibi: quoniam Veneti, Gallique tuam in perniciem coituri sunt, tuamque ab stirpe rem auersuri, verum si mihi tria aureorum millia dederis, dabo operam, ut cōiiliaris spiritibus, sinistra fata euertantur: idque consecuturum spero, si mihi non auersatus, annueris, vale.* Subscriptio erat, *Galeacii fratris tui spiritus.* Cum autem abstinuisset ab hac largitione Ludouicus. paulò post expertus est suo malo prædictionem, & à Ludouico 12. rege Gallorum, à principatu deiectus est, & captiuus abductus.

Forfan etiam Ludouicus Alodisius Imole princeps, si patris vmbra admonitus adesse loco certò, eā conuenisset, remediis ab ea acceptis Dei iussu, ex cuius præfatio die dicta captus, & eo priuatus est. Narrat enim Sabellicus <sup>a</sup> Ludouici Alodisij patrem, non diu postea quā decefferat, homini à secretis, quem filius Ludouicus Ferrariam mitebat, in itinere equo insidentem cum accipitre, ut in aucupio mos ei fuerat apparuisse: & dixisse, ut filium moneret, ut postero die in eum ipsum veniret locum, quoniam res magni momenti ei prædicturus esset. Sed ea re audita, Ludouicum, tum quia non credebat, tum quia insidias verebatur, alium pro se misisse: ei illam ipsam vmbra, quæ antè apparuerat, obuiam factam, vehementer indoluiffe, quod filius non venisset: longè enim ei plura se illi dicturā fuisse affirmabat. Sed tunc tantum illud ei referri iussisse, quod transacto 22. anno, vno mēse & die quoque specificè addito, vrbis, quod continebat imperium esset amissurus: quod & accidit. nam ea ipsa nocte quam patris vmbra suspectam fecerat, ducis Philippi Mediolanensis, cui is fœdere iunctus erat, & propterea ab eo non timebat) milites, glacie magna cōstrictis fossis,

<sup>a</sup> Sabellic. li. 4. ca. 4. exemplorum.

fossis, ad urbem penetrarunt, adhibitisque scalis urbem cum principe ipso ceperunt.

li. 14. in Job.  
15.

10 Restituit aliquando Deus, vim, robur, splendorem populo quem diligit, postquam flagellis eum ad resipiscentiam peruenire coegit, deiicitur, ita ut fortior resurgat, prius ipse punitur, ut præstantius victoribus victor imperet, ut d. Gregorius ait, explanat relatus à Gratiano in cap. 3. qui sine peccato. 3. q. 7. Cum tribus Benjamin inquit, in carnis scelere fuisset obruta, collectus omnis Israel, vlcisciminiquitatem voluit: sed tamen semel, & iterum in belli certamine ipse prostratus est. Consulto enim Domino si ad vlciscendum, ire debuisset, iussum est ut iret, qui iuxta vocis diuinæ imperium, perrexit, & semel, & secundo perdidit, & tunc demum peccatricem tribum valde feriens fere funditus extinxit. Quid est quod in ultionem sceleris inflammatur, & tamè prius ipse prostratur, nisi quod prius ipsi purgandi sunt, per quos aliorum culpa feriantur, ut ipsi iam mundi per ultionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant. Dauid etiam <sup>b</sup> narrat ordinem quo usus est Deus in puniendo, & extollendo populo suo Israel, quem liberavit à seruitute Ægyptiorum. Eduxit eos in spe, & non timuerunt, & inimicos eius operuit mare, & induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem quem acquisiuit dextera eius. Et eiecit à facie eorum gentes, & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. verum ubi postea tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelsum, & testimonia eius non custodierunt, & auerterunt se, & non seruauerunt pactum, & in iram Deum excitauerunt. Audiuit Deus, & spreuit, & ad nihilum redegit valde Israel. Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum ubi habitauit in hominibus, & tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici. Et conclusit in gladio populum suum, & hereditatem suam spreuit. Iuuenes eorum comedit ignis, & virgines eorum non sunt lamentatæ. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & viduæ eorum non plorabantur. Sed tandem, excitatus est tanquam dormiens, dominus tanquam potens crapulatus à vino, & percussit inimicos suos in posteriora. opprobrium sempiternum dedit illis & firmavit regnum suum in Dauide.

Audiamus Esaiam, vtrumque casum filiis Israel & Iuda certò prædicentem & dixit Deus Esaiæ vnde & dices populo huic, audite audientes, & nolite intelligere: videte visionem, & nolite cognoscere.

10 Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claudes: ne fortè videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum.

11 Et dixi, vsq; quo Domine? & dixit donec desolentur ciuitates absq; habitatore, & domus sine homine, & terra reliquetur deserta.

12 Et longè faciet Dominus homines, & multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ.

13 Et adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit ostensione, sicut Terebinthus: & sicut quercus quæ expandit ramos suos, semen sanctum erit, id quod steterit in ea.

Et iterum Esaiæ. ca. 7. ver. 7. Hæc dicit Dominus Deus, non stabit, & non erit istud: sed caput Syriæ Damascus, & caput Damasci, Rhasin: & adhuc

& adhuc sexaginta. & quinque anni, & desinet Ephraim esse populus. Et caput Ephraim, Samaria, & caput Samariae filius Romelia.

11 Sed quid timebimus de gentibus bonis iratis, si placatum habeamus Deum? obediunt illi Deo & non nisi veluti inuiti à nobis sibi commissis, nec à liberis, & regnis quibus tutores dati sunt, recedunt. significat id Esaias. Domine miserere nostri: te enim expectauimus, esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis. A voce Angelus fugerunt populi, & ab exaltatione tua, dispersæ sunt gentes.

4 Et congregabuntur spolia vestra, sicut colligitur bruchus, velut cum fossæ plena fuerunt. de eo: 5. Magnificatus est Dominus, quoniam habitauit in excelsis: impleuit Sion, iudicio, & iustitia. 6 Et erit fides temporibus suis diuitiæ salutis, sapientia, & scientia: timor Domini ipse est thesaurus eius. 7 Ecce videntes clamabunt foris, angeli pacis amare flebunt.

Pædagogi nostri sunt boni angeli, nobis adstantes, quibus remotis statim exponitur potestati plene inimicorum, angelorum malignorum: quod & de locis aliis, & regnis dicendum videtur.

Et proinde restitutis, amotis angelis, vel saltem potestate illis defendendi à Deo illis restituta expellitur vicissim demonum potestas: pugnant enim boni angeli in virtute Dei cum potestate tyrannica sathanæ, ut constat ex Daniele c. 12. ver. 7. & 8: sicut & Deus ligari sathanam ad tempus, & ad tempus solui eum, ubi autem angeli mali vident à Deo derelinqui hominem, aut rem, statim iniiciunt violentas ad perdendum manus: & proinde erit remedium, conuerti ad Dominum, & redire in gratiam eum eo. Quod præstantissimè docet & describit Dauid. Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam. 11. Ne proicias me in tempore senectutis, cum defecerit virtus mea: ne derelinquas me. 12. Quia dixerunt inimici mei mihi, & qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in vniuersum. 13. Dicentes. Deus dereliquit eum: persequimini, & comprehendite eum quia non est qui eripiat.

14 Deus ne elongeris à me, in auxilium meum respice. & c. atque alibi. d. redde mihi latitiam salutis tui, & spiritu principali confirma me: irascitur nobis spiritus: custos & pædagogus, cum ostendimus Deum nostrum et illius dominum. cuius faciem videt et obseruat pro nostri defensione, cumque interpellat, quod non incognitum fuit prudentioribus seculi Stoicis, & ante illos Hesiodo, quauis inuoluntè id cõceperint, libet verba, Senecæ referre. Iubeo te habere inquit mentem bonam, hoc est, propitios Deos omnes: quos habet placatos & fauentes, quisquis sibi se propitiavit. Sepone in præsentia quæ quibusdam placent. vnicuique nostrum pædagogum dari Deum, non quidem ordinarium, sed huc inferioris notæ, ex eorum numero, quos Ouidius ait de plebe Deos. Ita tamen hoc seponas volo, ut memineris maiores nostros qui crediderunt hoc, Stoicos fuisse singulis enim & genium, & lunonem dederunt. Postea videbimus an tantum diis vacet, ut priuatorum negotia procurent. Interim illud scito, siue assignati sumus, siue neglecti, & fortuna dati: nulli te posse imprecari quicquã graui, quã ut se habeat iratū. Sed nõ est

a. 31. v. 2. et

b. Apoc. 10.

c. in psal. 70.

& seq.

d. psal. 50. ver.

14.

e. D. Math.

6. 19.

f. ex episto. 110.

*quare cuiquam, quem dignum pœna putaueris, optes. ut infestos deos habeat, habet inquam, etiam si videtur eorum favore produci: &c.*

Timebant etiam Ethnici habere suum genium sibi iratum & pro magno infortunio habebatur, ut in comœdia Menandri

*Memini relinqui me Deo irato meo.*

hunc enim temperare vitam cuiusque putabatur, ut apud Horatium

*Scit Genius, natale Deus qui temperat astrum.*

*Natura Deus humana, mortalis in vnum*

*Quodque caput. &c.*

*De fato regnorum, contingentibus in initijs*

*& centenarij mutatione.*

C A P. V.

**Q**UIDAM constituunt regnorum fatum, in stellarum & planetarum coniunctionibus, ut genethliaci: quemadmodum eadem temeritate constituunt fatum hominum, ex stellis & habita ratione vel conceptionis vel natiuitatis.

Sic initia considerant conditorum regnorum & faciem cœli, & quæ initijs contigissent, atque in illis ut in hominibus climatericos annos periculosos, quibus transactis dicunt scœliciores futurum illarum statum. Ita Censorinus<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> lib. de natali. cap. 14.

*Quot secula inquit, vbi Romæ debeantur dicere meum non est, sed quid apud Varronem legerim: non tacebo, qui libro antiquitatum duodevigesimo ait, fuisse vetustum Romæ in augurio non ignobilem ingenio: cuius doctore in disceptando parem: eum se audiuisset dicentem, Si ita esset ut tradebant historici de Romuli vrbis condendæ augurijs, ac duodecim vulturibus, quoniam centum viginti annos incolumis præterisset, populum Romanum ad mille annos & ducentos prouenturum.*

2. Obseruarunt historiographi, & qui annales monarcharum & regnorum ordinarunt, non quidem omnes, coniunctionem syderum aut corporum cœlestium expresse causam, verum in summa, variationem, quâdam fuisse imperiorum & potestatum, & inuolutionem rerum publicarum & religionum seu superstitionum, per singula secula: & ita ortum & interitum per vices regnorum.

Computant autem ista secula certa ab anno mundi 3638. quo tempore ante annum Christi fere quingentesimum cœpit res & monarchia Babiloniorum & Chaldæorum Nabuchodonosore imperante: centum annis post, secunda monarchia ponitur Persarum, per Cyrum. Centesimo, dehinc tertia Alexandri magni, centesimo, post inceperunt regna Indorum, Parthorum, Carthaginensium. centesimo deinceps Romanorum ditio cepit extendi per Asiam per duces eorum, vsque ad nouum apparentem in terris regem regum Dominum nostrum IESVM CHRISTVM. Quo tempore cœpit monarchia Romanorum sub Augusto Cæsare. Centesimo dehinc anno imperium Romanum cœpit regi per extraneos principes, & translata illa primum potestas ad Neruam Traianum, Adrianum Hispanos, & alios. Ducentesimo dehinc anno post Christum natum deletum Parthicum imperium, & ortum nouum Persarum per Artaxer-

sem. Trecentesimo ad principes Christianos translatum imperium Romanum, ad Constantium, Constantinumque magnum.

Quadragesimo anno à Christo cœpit diuidi, vel iacerari imperium Romanum, vnde alia noua regna orta sunt in Italia, Gallia, Hispania, Africa, Asia, Anglia. Anno 500. Occidentis Romanorum imperium extinctum vsque ad Carolum magnum, & contractum in Constantinopolitanum seu Græcorum.

Anno sexcentesimo, Mahometis orta à fide declinatio, simul & Sarracenorum viguit impietas & horrendum Imperium productum est.

Anno 700. Sarracenorum, Arabum, Turcarum, Maurorum, noua siue diuersa regna, quæ habuerunt suos principes dictos Caliphas seu Sultanos. In India Asia, Syria, Egypto, Libya, Africa, Asia, in insulis maris mediterranei, Oceani, Ethiopici, Indici, Atlantici.

Anno octingentesimo imperium nouum occidentis per francos, septentrionalibus gentibus salutare, & Christi prænuntium.

Anno nongentesimo, imperij occidentis è francis ad Langobardos translatio sedi apostolicæ diu luctuosa.

Anno millesimo, noua regna Poloniae, Vngariae, Boemiae, & septentrionalium populorum.

Anno millesimo centesimo, noua regna occidentalium Christianorum, præsertim Francorum in Asia, Syria Iudæa, & alibi.

Anno millesimo ducentesimo, nouum imperium & barbaricum gentis Tartarorum cum Indicorum & totius Orientis magna regnorum calamitate.

Anno millesimo trecentesimo nouum ferule & ferum imperium Othomanorum siue Turcarum.

Anno millesimo quadragesimo nouum imperium Tamberlanis Scythæ, quod feritatem Turcarum aliquantum repressit.

Anno millesimo quingentesimo noua imperia Sophi in Perside: Lusitanorum, & Hispanorum in Indijs & nouo orbe.

Quid futurum sit hoc proximo centenarij imminente asserere non possumus verum calamitates cladis bella in regno Gallia Hispania & alibi, seditiones saeuientes nescio quid noui moliri aut pariturire mihi videntur.

Mirabilis omnium rerum vicissitudo, nunc in melius nunc in peius per seculorum currentia tempora: omnia vbi peruenerint ad summum, descendere opus est, & vbi ad ima peruenerint cum subsistere ibi diu non possint, necesse est ad superiora resurgere, veluti respirantibus paulatim attritis viribus & rebus publicis dirutis malorum suorum causam, sed tardè agnoscentibus.

Audiui à senibus cum iuuenis essem, quod dehinc ex parte in vita obseruaui, centum annis populum syluas persequi & excindere: centum postea annis syluas populū excludere. causam enim exquirendo inuenisse mihi videor, quod post saeuissima bella, post diutinas & continuas hostium excursiones, ciuitatum & opidorum subues-

fiones arua à colonis relinquuntur, cultura non potest exerceri, metu & paupertate coacti mutant homines sedes, alij moriuntur, nemo audet ibi commorari, sic deseruntur loca, se recipientibus in tutiora, & fertilia, & pacata hominibus, interim dumeta, arbutta, nascuntur, adolefcunt, & quæ erant fertilia arua in horridas fyluas transeunt. At ubi desinit bellorum metus, non statim incolæ redeunt: remanet enim adhuc solitudinis horror, metus ne iterum quod passi sunt experiantur, & quâdiu memoria hæc durat, animus ad excolendum nõ est integer, donec ab illis geniti qui calamitates patrum nõ viderunt, audent quæ parentes negligebant: & sic ad purganda loca paulatim & colenda accedunt. ubi autem purgauerint, scilicet & infertilia, quod non nisi multo tempore fit, fertilibus satis, abundantiaque reru gaudentes, superbè viuunt, potestates spernunt, bella mouent, unde & aliud verissimum, quod causam mutationi rerum publicarum ut plerunque dare solet, per conuolutiones seculorum. diuitiæ superbiã generant: superbia generat rixas, & bella, producant paupertatem: ex paupertate pax nascitur, & humiliatio, ex pace diuitiæ. rursum ex diuitiis superbia: ita rotatio est continua humanarum rerum in principatibus.

Post clades etiam maximas bellorum raritas est hominum, illis vel gladio, vel miseria bellica, valde diminutis: in pace verò rursum, sed non nisi cum tempore nascuntur plures, & adolefcunt, quare & tunc iterum bellandi, & querendi oritur cupido, seu licitis, seu illicitis modis.

In nascuntur in rebus publicis ita homines superflui, seu otiosi, qui nouas res agitant: non secus quàm in corporibus humanis ex nimia satietate nascuntur mali humores, qui temperamentum turbant, morbos inducunt, & mortem minantur, nisi sanguinis missio fiat, qua separetur malus à bono, putrido, vel corrupto: cuius etiam exemplo in corpore ciuili, ut in individuo physico.

Nasci quoque videmus malos ex nimia satietate, & ex aliis causis: qui veluti mali humores turbant, & ægrum reddunt totum corpus, quod ideo eget sanguinis missione, quam summus medicus ut bonos conseruet, Deus inquam permittit ab hostibus inferri, ut tollantur à republica, & separentur à bonis.

Hæc porò successionem desiderant temporis, neque facillè nisi per centum annos talem acrem mutationem, & alterationem admittere possunt, si consideremus rationem naturalem, & naturæ ordinem humanæ generationis, etiam non immorantes stellarum fati, seu mathematicis dogmatibus.

Consideremus hæc, vel pingui minerva, & demus punctum centenarij exempli causa in nostro anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo, qui viuunt ubi seuiunt arma, ubi nihil colitur, & seritur, ubi fames maximã partem populi cõsumpsit obsidione, & aliam partem aliquam saltem sedibus expulit, & aliam inopem & vexatam reliquit, iam vsque ad quinquaginta vel sexaginta annos memoriam retinebunt certam: & qui inde generabuntur & à parentibus

tibus quid factum fuerit vestigiis imo cladibus adhuc recentibus & apparentibus cognouerint, illi autem antequam similia audere possint, vel continere metum, vel antequam corpore sint valido saltem centesimum impletum vel proximum expectare, vero simile est annum.

3 Constituerunt antiqui vitam hominis esse centum annorum longissimam: & ad illud spatium quoque reduxerunt legatum usufructus ciuitati vel reipublicæ, verba sunt Caij ad edictum provinciale<sup>a</sup>, unde sequens inquit, dubitatio est, quousque tuendi essent in eo usufructu legato municipes. & placuit centum annos tuendos esse. quia is finis vitæ longæui hominis est.<sup>b</sup> hoc seculum Varroni & festo dicitur, quauis seculi diuersa fuerit in numero annorum controuersia, de qua agit Censorinia.

Quo etiam loci inquit, Qui centum annos vitæ longiori donarunt, ut tradunt apud Hetruscos priora secula centum fuisse annorum, & quod multos suorum ciuium ad hunc numerum ætatem produxisse vident (quanquam & Aegyptij ponant tres progenies virorum in vnoquoque centenarij annorum, ut refert Herodotus li. 2.) adiici potest quod Varro refert Dioscoridem Astrologum scripsisse Alexandria inter eos qui solent mortuos conseruare hominem plus centum annis viuere non posse. Id cor humanum eorum qui integri perierunt sine corporis tabe declarare, Ideo quod multis annis pependit cor hominis, incrementa ætatis & diminutiones conseruent, & anniculi pendere duas dragmas, bimi, quatuor: & sic in annos singulos vsque ad quinquaginta accedere binas. Ab his centum dragmis atque anno quinquagesimo item decedere in vno quoque binas, ex quo perspicuum sit centesimo anno redire ad anni primi pondus nec longius posse produci. hæc eadem narrat Plinius lib. xj. cap. 37.

Non negant tamen iidem interpretes, mortem posse accelerari vel aliquando ultra prædictum tempus accedere, nam & exempla longioris vitæ multa sunt. Quemadmodum & rerum publicarum imperia & leges quoque potestatum diutius quàm per seculum vixerunt, & adhuc viuunt: verum tamen negandum non est, quin per singula secula inuolutiones tum in rebus, tum in personis & moribus non fiant, sed non in vno vel altero loco.

De fato regnorum ex mathematicis, & cælestibus causis & cometis.

## CAP. VI.

SUNT qui contendunt, regnorum & potestatum vicissitudines, sortus & interitus & durationem, ad cælestia corpora referri: & id eo eorum vim & causam considerant ex calculo illorum.

Existimarunt itaque cometas prænuntiare regis, & regni interitum, si elongetur à sole ii. signis. ut si effulserit in cardine regni alicuius interibit rex vel magnus quispiam in eo, secundum Ptolomeum. Ad stipulatur Ludouicus de Regiis. Mutantur inquit regna per cometarum

a relata in l. an usufru. 56 de usufru. li. 7. P. ii. 1.

b idem repetitur in l. si usufructus municipibus. 8. de usu & usufru. lega. lib. 33. P. ii. 2.

c lib. de die natali. c. 6. & 14.

d aphorismo 100.

b in Astrologico. aphorismo 137. & 98.

apparitionem in signis regis, dum mouentur motu sensibili, de vno signo in aliud: & magis dum vna complures in vno anno erunt. Nam nuquam eueniunt sine magna mutatione regnorum illius climatis, in quo apparuerunt. Et Mizaldus<sup>a</sup> Obserua, inquit, in fatali regum exitu, si cometa sit in constitutione Ptolomæi, & vnum quempiam locum regie natiuitatis teneret, quæ Græci dicunt κλιματικὰ, vel ἀφίτικα, barbari illegialia. Secundo si cum dominante illis stella exarserit, aut perniciosus planeta mortis testimonium in regis genesi habens, iuxta peragratorum artem progressum fecerit: vel de quadrato oppositione radio loca illa absque villo beneficarum stellarum presidio violenter pulsauerit 3. consulendæ eclipses, nam cum superiorum planetarum coniunctionibus, si quæ fuerunt, vel futuræ sunt, conspirent, 4. obseruandum quæ hora crinita apparere incipiat: deinceps locus signi in qua stella: deinceps eleuanda cæli constitutio: & notandum quæ in parte cæli erit οὐρανὸς ὁμοίως, vna cum eclipsi præcedente, vel quadrantis anni moderatore.

Cometæ in orientali apparentes cardine, mane: aut in occidentali, vespere, ob locorum maiestatem, & prærogatiuam regis regni illius in quo fulserit, vel eius hospiti, portendit mortem, vel insignem calamitatem: siue vir sit, siue fœmina, celerius, si matutinus cum flamma ferius, si vespere splendens. in occiduo proximo cardini, vel facilius octaua domo, illud protendit ei qui est à thesauris vel consilijs regis autoritatis præcipuæ, si in declinatu ab horoscopo nimirum 12. domo exoriatur, morbos mortisque partim nobilium, partim ignobilium, carceres multorum. Si caudam habeat, hæreticum vel proditorem in regem insurrecturum: item à domestico, si secundum consequentiam signorum: si ab occidente in ortum, ab extraneo: si sistat, bellum indicendum à provincialibus, vel eadem aula educatis, vel ciuile. Color cometæ in superna parte minatur significationem septentrionalibus: in infernis, Australibus, in anterioribus, orientalibus. in posterioribus, occidentalibus: secundum Mizaldum dicto libro 2. cometogra. c. 7.

Cometam signum laboris, & vastationis vocauit Sibylla, lib. 8. oraculorum, vbi postquam descripsit futura sub finem seculi hominibus mala, addit signa malorum, & quod stellæ casuræ sunt in mare: & postea,

Πολλὰ μὲν ἐξ ἧς ἀστὴρα καὶ ἀκλινοῦντα κομήτην

Ἀνθρώποι καλέουσιν ὅ ἀστὴρα πῆμα πόνου

Πολλὰ ἔπερχομεθ' οὐρανοῦ καὶ δ' ἰσότητος, id est

Sydera multa deinceps, & radiantem videbunt cometam, quam homines vocant stellam, signum laboris, multique belli, & vastationis,

Manilius latius de istis cometis, & significationibus eorum<sup>b</sup>

Nunquam futilibus excanduit ignibus æther,

Squallidâque elusi deplorant arma coloni,

Et steriles sulcos inter defessus, arator,

Ad inga mærentes cogit frustrata iuencos,

Aut grauibus morbis, & lenta corpora tabe

Corripit exustis lethalis flamma medullis:

Labentēque rapit populos, totâque per vrbes

Publica

Publica succensis peraguntur fata sepulchris: &c.

Et paulo post.

Quin & bella canunt ignes, subitōque tumultus,

Et clandestinis surgentia fraudibus arma

Extremas modo per gentes: vt fœdere rupto

Cum fera ductorem rapuit Germania Varum.

Infecitque trium legionum sanguine campos:

Arseruntque toto passim minitiantia mundo,

Lumina, &c.

Et paulo post.

Ciuiles etiam motus, cognatæque bella

Significant &c.

Lucanus etiam scribit, ante bellum illud sæuissimum visa.

Ignota, obscurâque sydera noctes

Ardentemque polum flammis, cæloque volentem

Obliquas per inane faces; crimēque timendi

Syderis, & terris mutantem regna cometem

Pontanus rursus in Astrologicis.

Tu vero quod decernit Mauortius ignes

Infelix cæli sydus, quod nuntius Arcas

Hoc dirum in primis statues signare cometem.

2 Siquidem omnes ferè Mathematici cum Ptolomæo consistunt, quæ tribuuntur naturæ stellarum Martis & Mercurij, tribui generaliter cometis, quod est totum violentum, seuum, exitiale, mortiferum, cruentum, incertum, varium, mobile, bella, ætus, procellæ, & quæ inde sequi solent, furorum, turbarum, suscitationes.

3 Cometarum autè causas statuere videntur luminarium Solis & Lunæ eclipses, si habeant hospites vel dominatores Martem vel Mercurium, ob retorridam vtriusque naturam. Et ita ex cometis, ætus, aquarum inopia, bella, venti, pestes, sterilitas, annonæ, & similia signantur, Albumazar autem negat, solum Martem id posse, nisi & præferat annis, & illorum quadrantibus in quibus eclipses contingunt, vel si superiorum planetarum congressibus ipse dignitatem ademerit & radios, & eius radij pulsent terrea signa vel aërea vel ea possideant, Luna tum in Geminis, Libra, vel Aquario degente, à Marte medij cæli Domino potentissime irradiata: quod probatur inquit Mizaldus<sup>a</sup> modo in annua mundi conuersione, Iouem Saturnumue oppo sito vultu videat.

4 Qui ista pericula imminetia per cometarum præfagia excuserunt, cum superioribus illorum considerandum dicunt locum, colorem, formam, tractum, tempus durationis, locum obseruandum, non solum per se, sed etiam ad Solem. Quod pertinet ad se, & maxime in quo signo zodiacij cœpit & delapsus est cometes, cui adici potest & consideratio eorum signorum per quæ ambulauerint & defecerint.

In Ariete existentem cometem dicunt mala damnæque ac seditiones minari gentibus Orientalibus, Assyriis potissimum ac Chaldæis.

In Tauro, Septentrionalibus & Occidentalibus.

R

<sup>b</sup> I. Astro-  
nomicōn.

<sup>a</sup> lib. 1. come-  
tographiæ c. 7.



In Geminis, impuras incestasque libidines stimulare & religiones labefactare.

In Cancro, minari magnas rerum mutationes, iuris oppressio- nem, principum erga plebem indulgentiam, & pestilentiam.

In Leone, infestationem ferarum, periculum frumento, fructibus, arboribusque, vermiculationis & rubiginis.

In Virgine, regum ac principum ministris & familiaribus, carce- res, exilia, & alia mala.

In Libra, atrocina, obfessiones viarum, sollicitudines, mentium anxietatem.

In Scorpione, violenta consilia, dissidia superba, rebelliones, & proditioes.

In Sagittario, vastationem studiorum & eruditionis, & eorum cultoribus iurisconsultis scribisque potissimum, contemptum, va- riasque aduersitates.

In Capricorno, incesta Venere commouere, in meridianis plagis.

In Aquario, tumultus, caedes, ac populationes.

In Piscibus, lites, discordiam inter propinquos & amicos, & bella.

Cum illis exquirunt dominantium stellarum naturas, vt Martis Mercurij, Saturni, & c. Locus respectu solis consideratur: nam si pla- netæ fuerint, vt ait Ptolomæus, Orientales, effectus erit celerior, sin Occidentales, tardior: multum etiam & referre putant obseruare locum cœli climæque.

5 In colore sanguineum & rutilum, existimant propter intensas Martis vires bellorum grauissimos casus adferre. Pallidum splende- scentem ac lucidum, magis pestilentiam famem, occulta odia, & in- fidias.

6 In forma considerant Arabes, Cornutos: ometas Mercu- riales cenferi, quas regum mortes & bella volunt portendere. Mar- tios verò rutilos, longam post se caudam trahentes, bella, dissidiaque potissimum Assyriis, Arabibusque minari. Venereum verò cometæ dicunt passo quasi capillo apparere & sparsum vt nubem, radiis lon- gissimis protensis, mutationem legum & institutorum & nouarum rerum cupiditatem immittere, quem aiunt & raro cerni, si quando autem conspectus sit duodecim signa peragrarè, Ioui peculiarem cometem dicunt purissimum, & claritatis summæ, qui prænunciet fertilitatem & fœcunditatem. Saturninum dicunt cœruleo colore subnigrum, cuius generis dicunt pogonias. Pulchros autem cometas solares dicunt, diuinam quandam effigiem includentes, qui regum potentiumque opes vitamque destruere soleant, & efficere rerum commutationem, sic tamen vt plerunque in melius conuertantur. Dicunt & alium cometem non longè à Sole discedere vnquam, & interdum cerni tetrum aspectu, cui nulla sit præsidens stella in cõ- missura absidum, seu in cauda Draconis, & hunc fruges interficere & sterilitatem inducere, terris regnisque orbitatem creditur. Ponunt & alium generari in capite Draconis densum, atque interdum ob- longum & teretem, quem nominarunt pericam: cuius dicunt signi- ficationes

ficaciones esse siccitatis & penuriz, variare autem prout iungitur v- ni ex planetis quinque, vt Lunæ, Mercurio, Marti, & c. vltimum ge- nus raro apparere aiunt quem Ioui tribuunt, nempe cometem liuido & cinericio colore densum, ex quo nonnunquam radij supra infra- que extendantur, cui subiecere effectus horribiles, inopiam, mortem senum & in autoritate existentium, graues hyemes, legum regno- rumque subuersiones.

Inbent quoque considerari tractus in quos coma veluti nutet & inclinetur, quod illo fere effectuum maxima vis tendat.

In durationem quoque iudicium transferunt. Nam si diu cometes se inspiciendum præbuerit, vehementiores & diuturniores effectus exeret: sin modico tempore leuiore & breuiore. Hic apponunt spissitudinem aut exilitatem illius. Superioribus omnibus assentitur. Plinius lib. 2. cap. 25.

7 Refert euentuum cometarum quædam exempla Ioachimus Ca- merarius, lib. 2. de ostentis. & Plin. lib. 2. Iulius etiam obsequens libro de prodigijs, & alijs, quorum hic quædam subtexemus quæ mutatio- nes regum rerumque publicarum et populi præsignarunt.

Ante pugnam qua ad Salaminam et Artemisium Græci deleuerunt classem ingentem Xerxis, apparuit cornuta stella quam *asperias* di- cunt, quæ præsignata cladem illam et crudelissimum bellum in quod Xerxes de regno armauerat septingenta millia, et trecenta millia de auxilijs, et nauium decem centum millia vt scribit Iustinus in 2. et Herodot. in 7. qui addit et solem defecisse ante.

8 Visa trabes quas Græci *docos* vocant, cum Lacedæmonij clas- se victi imperium amisere Græciæ<sup>a</sup>.

9 Cùm rex Philippus Macedonũ Græciã quateret, et libertate priuare dolis et vi niteretur, Olympiadis ceterimæ septimæ anno ter- tio, incendiũ apparuit sanguinea specie in cœlo, ad terrã cadēs Plin<sup>b</sup>.

Post mortem Demetrii Syriæ regis, qui victus et vita et regno pri- natus fuit relictis liberis, Demetrio alio et Antiocho, fulsit cometes et suppositiuis rex Alexander, regno potitus: et eo expulso, Deme- trius: isque mox in Parthorum venit potestatem non sine ingenti po- puli clade.

10 Ante bellum Cymbricum, faces in cœlo emicuerunt, soles plures, die Luna visa cum stella, noctu hiatus in cœlo, clypei et flam- mæ.

11 Sub bellum Italicum et ciuile Marij et Syllæ, faces, clypei, globique ignei apparuere.

12 Post mortem Iulij Cæsaris, cum Octavius principatum ac- ciperet et ludos ei consecraret, stella crinita per septem dies conti- nuos insulsi, exoriens circa xj. horam<sup>c</sup>, quod signum iucundum Au- gusto fuisse ait Plinius<sup>d</sup>, verum certè illi, sed habuit mutationem rei publicæ Romanæ, quæ libertatem et statum quem oppresserat Iulius Cæsar tyrannicè, tunc sponte delatum per decem annos singulos pri- mum, in perpetuum deinceps amisit.

13 Ante triumphatum Octauij, M. Antonij et Lepidi, dissidio- rum et bellorum prænuncijs visus cometa, et faces multæ in cœlo<sup>e</sup>.

<sup>a</sup> Plinius lib. 2. cap. 26.

<sup>b</sup> lib. 2. ca. 27.

<sup>c</sup> Sueton. in Iul. Cæsare ca. 88.  
<sup>d</sup> lib. 2. ca. 25.  
<sup>e</sup> Dio. Cassius lib. 45. histo- ria. Iulius ob- sequens lib. de prodigijs c. 128 qui addit tres soles ap- paruisse etiã.

14. Tempore D. Claudij Cæsaris, exorta est crinita stella, quam cometem dicimus, quam breui secuta est mors eius, & infandissimi Neronis successio & crudelitas<sup>a</sup>.

Rursumque eodem Nerone imperante, ut idem refert<sup>b</sup>, *Cum stel-  
la, inquit, crinita quæ summis potestatibus exitium portendere vulgo  
putatur oriri cœpisset, is nobilissimo cuique exitium destinavit, atque po-  
stea cap. 37. refert, secutas cædes passim multorum, & cap. 38. vrbis in-  
cendium per eum factum, sunt quoque secutæ atroces in christianos  
persecutiones, defectiones Galliarum, & alia plura.*

15. Honorij & Theodosij principatu, & Sol defecit, 14. calend. sextilis, & cometa visus est usque ad mensem septembrem, ut ait Hermanus Contractus in Chronico sub Zozino Papa, Luna offuscata cœlam arderi visum: postea paulo fluxit Tholosæ riuus sanguinis, ut habetur in fasciculo tempo. anno. 434. quando Barbarorum incursionibus discerptum fuit Romanorum imperium, & orbis terrarum repletus sæuissimis tumultibus. Tuncque Galli rempublicam constituerunt expulsis Romanis. Alarico res in Italia tunc gerente, Zozimus libro sexto. Sub Marciano postea anno Domini 452. cum terræ motibus pluribus, excanduit cœlum, & factum est rubeum ab Aquilone ut ignis intermixtis per igneum ruborem clarioribus lineis in hastatum speciem, deformatis, Luna offuscata, & cometes apparuit. Post statim Attila Hunorum rex Vuallameris Ostragororum regis, & Ardarici Gepidarum regis, & aliarum Aquilonarium gentium auxilio à Pannoniis egressus, inuasit imperium Occidentale, Galliasque cum maxima crudelitate: cum quo pugnatum in campis catalamicis conferto prælio à patricio Romanorum Ætio, Meroueo Francorum rege, aliarumque gentium copiis militari- bus: Cæsaque ibi sunt centum octoginta millia pugnatorum. Sigibertus in anno 453. hic erat Attila qui propter immanes in tota Europa populationes, flagellum Dei dicebatur<sup>c</sup>.

Mox ante amissionem Italiæ, & Occidentalis imperij interitum, Raenatenesque successiones, & ominosum Augustuli nomen, orta multa prodigia inter quæ & cometes memoratur. Mortuus paulo post Attila, & aliunde fundamenta Venetiæ sibi gesserunt.

Circiter 613. annum salutis humanæ, cometes per mensem apparuit: Tum Cosroes Persarum rex Hierosolymam diripuit.

Decimotertio anno imperij Iustiniani cometa in Sagittario visus, in Italia cum Gothis bella gesta, & à Narfete auxiliis Langobardorum extincti.

Anno 838. apparuit cometes in signo Libræ: eo anno Normanni, Vualchan vastarunt insulam, & tributum exegerunt. Sigibertus, & anno sequente, Ennicus Arista, vnctus est & appellatus rex Nauarræ primus, & ab eo successores. Vascus in Chronicis Hispaniæ.

Ante mortem Lotharij regis fratris Ludouici imperatoris, circa annum 868. terræ motus factus, cometes apparuit, & post mortem eius Carolus frater eius regnum inuasit. Quemadmodum anno 840. quarto Nonas Maij, hora ante nonum deliquitum Solis fuit, & Ludouicus imperator pater Ludouici alterius Lotharij Caroli & Pipini

<sup>c</sup> Bonfid. lib. 3. deca. 1. Calima. in At- tici Blondius 3. deca. lib. 2.

& Pipini fratrum, mortuus quo tempore mox inter fratres acerbissimum bellum de participatione regni excanduit cum populorum maximis calamitatibus, donec Ludouico Germania, Lotario imperatoris nomen & Italia, Carolo Galliæ contigerunt. Herma. contract. in Chronico Prior apparuit in signo Arietis, & postea solus Lotharius imperium vsurpauit: alter qui præcessit maximam cladem belli ob diffentionem regnorum, apparuit in signo Aquarij, Sigibertus in Chronographia.

Anno 1066. cometa stella visa est, ut scribit, Marianus Scotus lib. 3. Chronicorum æta. 6. qui eo tempore vixit: & addit eo anno Araldum, aliis Harduicus, regem Normanorum, mille nauibus venisse in Angliam regnandi causa mense Septembri & occidisse Eboraci 1100. sacerdotes. Interim & regem Anglorum alium Araldum superuenisse. & eum cum suis oppressisse, & rursus quoque eo nauigasse manu armata Francorum Guilielmum nothum Normanum, & hunc quoque Araldum cum suis trucidasse.

Anno sequen. duos Papas creatos: hocque tempore Turcæ Mesopotamia, Melitenem, Ciciam, Cappadociam, Cælo Syriam vexarunt, & subactis regionibus Asiæ, sibi ibi sedes delegerunt: ut scribunt Zona, & Cuspinianus.

Sub annū Domini 1274. Vuermerus in fasciculo temporū in sexta ætare, cometam ait visum, quem plura mala significasse constitit. Nā Tartari inuasert imperium Constantinopolitanum cum hominū multa strage. Sarraceni Tripoli capta, nomen Christianorum ibi delegerunt. Idipsum fecit de Acona ciuitate Sultanus, & de quindecim aliis ciuitatibus, in quibus Christianorum occisa tercentum millia propter diuersitatem mentium, & aliæ clades sequutæ ex bello inter Pisanos & Venetos crudeles ob Corcyræ insulæ dominium.

Anno Domini 1404. mense Maio, cometa apparuit, & mutatio regni facta mense Augusto, & Berengarius Italiæ regno pulsus per Ludouicum filium Bosonis, qui erat imperatoris nomen sortitus: quod non accidit nisi cum multis Italarum cædibus<sup>a</sup>. Ante in anno 1394. Vuernerus in fasciculo temperiem ait, apparuisse cometam dictum fuisse verum cum coma & radiis sursum erectis, capite deorsum pendenti, signum pessimum dictus ab Astrologis, & quia non mane, sed tempore vespertino apparuit, significabat ea tarde euentura quæ cōmuniter minabatur. seculum mœrorum Franciæ, quæ ante florebat, non tantum in patria, sed etiam extra in Turcia, vbi plures miserabiliter in bello ceciderunt interfectis plus quam centum millibus christianorum anno 1396. Anno Domini 1301. tempore Philippi pulchri regis Francorum, stella cometa visa est, quæ ante natiuitatem Domini post occasum Solis apparuit, & ante mediā noctem occidit, comam fundens ad Orientem, visa per noctes quindecim, quem secuta est infelix pugna regis contra Flandrenses, in qua multa millia nobilitum & militum amisit<sup>b</sup>.

Anno 1314. cometes apparuit versus Aquilonem, & quasi in fine Zodiaci, & signo quod dicitur Virgo, & durauit per sex hebdomadas, ut scribit Paulus Longius Cygnæus monachus Bozauuensis in

<sup>a</sup> Rhagina li. 2. Chronisor.

<sup>b</sup> Siffridus Presbyter lib. 2. epitomes historiæ.

Chronico Cicizenſi: cōtigit autem vocaſſe eodem anno ſedem pontificiam mortuo Clemente 7: Imperij thronum mortuo Henrico 7: & Francorum regnum mortuo Philippo Pulchro.

16 Anno dōmini 1337: cometes quatuor menſibus apparuit, & antequam extinctus fuiſſet, alius emicuit. Huac cometem Vuernerus in faſciculo temporum in eo anno, dicit vocari ab Astrologis candelam rotundam, ſecuta peſtis ingens, eodē ſanguis: paulo poſt bellum grauiffimum inter Gallos & Anglos<sup>a</sup>. Galli, Hiſpani, & Vngari, pro Neapolitano regno pugnarunt. Petrus 4. rex Aragoniæ rex obiit, citatus in ſexageſimū diem ad tribunal Chriſti, à procuratoribus eccleſiæ Tarraconenſis, quod eius patrimonium vellet tyrannicè uſurpare, vt ſcribit Vaſæus in Chronicis Hiſpaniæ. Eodem vel paulo poſt tempore, ſub Ludouico 4. Cefare in plerisque vrribus Italiæ noui tyranni orti, qui poſtea ducum & Marchionum titulis, indulgentibus pontificibus ſe cohoneſtarunt<sup>b</sup>. Poſt paucos etiam annos, ſecta flagellatorum & noua viuendi forma orta per vniuerſum fere orbem Chriſtianorum, curſitantibus gregibus hominum & mulierum nudis vmbilico tenus corporibus ambulantium & flagellantium ſeſe, diuinam clementiam miſerabilibus vocibus implorantium, quæ extincta tandem & pœnis coercita ſub annum 1341. cum hæreſes immixtę inuen-

<sup>a</sup> Poly. Virgil. lib. 19. hiſtorie Angliæ. Paul. Aemilius lib. 3.

<sup>b</sup> Chronerus lib. 12. de rebus Polonicis.

<sup>c</sup> vt ſcribit Herburus li. 10. cap. 6. Volaterra. et Albertus Crantius in Vandalia lib. 8. c. 28. & alij.

<sup>d</sup> vt ſcribit Chalcocondylas lib. 2. & 3. de rebus Turcicis. Aeneas Pius 2. lib. 2. deſcriptionis terra. c. lib. 12. Aeneas Syluius in hiſtoria Bohemica cap. 35. 41. & 43. Bonfinius deca. 3. lib. 2. Polydo. lib. 7. de inuenio. ſuum cap. 5.

ta fuerunt in tanta ſuperſtitione<sup>c</sup>.  
19. Anno 1399. viſæ fuerunt tres caudæ magnæ ignitæ cometarum, prope Yſenach. eodē anno rex Angliæ fuit miſerabiliter interfectus, & dux de Monte cum magna militia captus: magnæ discordiæ inter duces Gueldriæ, Brabantiæ, & Iuliacenſem, in qua multi fuerunt capti & occiſi, idem vt habetur in hiſtoria Erpheſtordenſi Anonymi ſcriptoris de Lantgrauis Thuringiæ cap. 141. Cæpit & ab eo anno imperare apud Tartaros ſeu Barbaros Tarmelanes, quem Demetrius Moſchus Themireuthlum, Græci Temirem vocant, ex latrone homine priuato factus imperator, dictus & terror mundi & flagellum Dei: Qui Turcas proſtigauit, & mira celeritate Iberiam, Albaniam, Armeniam, Perſiam, Meſopotamiam, Egyptum, intra tres annos vaſtauit, dicens ſe eſſe Dei iram quæ deprauari ſeculi mala vlciferetur<sup>d</sup>. Et contra hunc inſœliciter conſlixiſſe cum multarum nobiliū & militū cæde Polonos & Germanos duce Vitoldo, ſcribit Herburus<sup>e</sup>. Poſtea & anno 1400. deſiſtus ab imperio Vuenzeſlaus tanquam doſoſus & negligens, & facta imperij minime curans, per electores habitis pluribus conuocationibus regum Franciæ, Angliæ, ciuitatum Italiæ, & principum Germaniæ: ſubrogato in locum eius Ruperro, ſeu Roberto duce Bauarię, vt habetur in dicta hiſtoria Erpheſtordenſi cap. 142. Alius ſcetus prædictarum crinitarum eius anni 1399. quod paulo poſt & ſub idem tempus ortæ ſectæ in religione chriſtiana Huſſitarum, Adamitarum, & Orebitorum, ſeu Orphanorum in Bohemia, Albatorum in Italia<sup>f</sup>, Bohemica hæreſis multiplex. Adamita cum mulieribus incedebant ſine pudore pudenda oſtendentes. Fecit autem pauor metusve iræ Dei, initium abbatis apprehendentibus Dei vindictam imminentiam. Nam quidam primum ex Alpibus deſcendens cum vexillo crucis & alba veſte, ingen-

tem omnis ordinis ſexus ætatis cateruam ſecum ſpecie religionis traducebat, quos in Italia Bonifacius Summus pontifex eius nominis 9. compreſſit, eorum duce ſupplicio affecto. Et Platina dubitat in eius vita, num iſti Albati fuerint ſuperſtitioſi an boni, an vero ſint inuidia Bonifacij oppreſſi, metu ne preſbyter eorum dux ambitet pontificatum, quem ideo inquit prehenuſum igne comburi curauit. Certè & Platina & Polydo. Virgil. & Bonfinius, in ſupradictis locis citatis, nihil aliud de his albatis referunt, quàm quod per regiones currerent, crucem præferentes, hymnos cantantes, noctu. co. loco. quæ ſors obtulerat, quietem recipientes.

Quid iudicem ego de illa ſocietate an bona malave fuerit, nihil profero, hoc vnum dicam vt proſequar inſtitutum, repētinum timorem nec tantum panicum & inanem, ſed religioſum, potuiſſe animos talium excitare, quemadmodum antequam tumultus orirentur Catilinarij & coniurationes apertæ in mediū prodirent, & ante cædes principum, & ciuitatum rebelliones, ſcio albatas has ſupplicationes per Gallias cateruatim factas, & in Lotharingia frequentes quibus & interfui, ſed tamen vt qui ſimilia contigiſſe legiſſem, non caruit apud me omine futuræ horridæ cuiuſdam tempeſtatis, qua & Gallia & Lotharingia & aliæ proximæ nationes diuexantur & iam multo fuſo ſanguine diuexarunt. Vidi adhuc occultatis armis gregatim, pagatim, ciuitatim, omnis generis ſexus, ætatiſque per campos ciuitates cruce præcedente & vexillis ſacris, imo ſacra euchariſtia delata, ab vno in alium locum per quinque per nouem & plures leucas cantando ſacros hymnos peregrinari albis veſtibus veſtitos: et ſi interrogaffes quorſum et vnde hæc trepidatio et deuotio, nullus fere aderat qui quod certum, vel cauſa reſponderet, ſed vnus alium veluti incerto pauore ad ſimilem religionem et actionem prouocabat. Iam ferebantur viſiones cœleſtium metheororum. terror in ſumma loca omnia repleuerat, et decretum Dei videbatur in animis vindiçtæ futuræ inſidere. vnde neque forſan hoc erat vitio dandum albatis Italiæ, ad quos crinitarum apparitiones, arma Turcarum et Scytharum peruenerant, dum et viuentium mores dignos animaduerſione conſiderabunt, nec amplius de terra, ſed de vita relinquenda cogitandum ſibi forſan perſuadebant, vel ſupplicationibus prouocandam miſericordiam Dei et iram à patria ſaltem auertendam publicis precibus non inique cenſere et iudicare poterant. Sic Pindarus in Nemeis admonet, non oportere fortibus etiam viris vitio verti, ſi fugiant in huiuſmodi tumultu. *εἰ γὰρ δαίμονιος φόβος φεύγουσι καὶ πᾶσι τοῖς θεοῖς.* In diuinis enim terroribus fugiunt & filij Deorum. Dedit enim Deus ſignificationem dilectis ſuis vt fugiant à facie arcus. Sed pergamus.

17 Ante Conſtantini Magni mortem, vt ait faſciculus temporum, apparuit Crinita ſeu cometa inuſitatæ magnitudinis, quem ſequuta infinita mala potiffimum in perſecutione eccleſiæ et chriſtianorum, et ſuccedentibus tribus filiis Conſtantino Magno diſparis virtutis, ſtatus reipublicæ et eccleſiæ variis tumultibus

concaſſatus eſt, et Arriana hæreſis inſtaurata. Sed et per Saporem in Perſia impulſoribus magis & Iudæis decimatertia perſecutio crude-  
a lib. 2. cap. 8. Ammia Mar celli, lib. 25.

18 Refert Vuernerus in prædicto faſciculo temporum, ætate 6. anno 1472. circa feſtū Annetis, tranſuiſſe ſuper Coloniam in oppoſito Libræ cometam, & caudam longā quaſi graduum triginta miſiſſe ad Occidentem: & in feſto ſancti Blaſij ſtetiſſe in Ariete, & caudam miſiſſe ad Pleiades verſus Orientem, vagam numis, albā, quandoque & flammeam crinitam & valde. Sequuta bella epidimia in pluribus partibus æſtatem feruentiſſimam, Carolū ducem Burgundiæ multas ſtrages ubique edidiſſe, ſubuertiſſe vrbes, & anno 1473. inuaſiſſe & poſſediſſe Gueldriam & Lotharingiam, eoſque ducatus poſſediſſe, donec in obſidione ciuitatis Nanceiæ occubuit, anno domini 1477. 5. Ianuarij. Sub idem tempus Mahometes 2. imperator Turcarum xj. proſequebatur furorem contra chriſtianos in Oriente, vbi duo imperia. Conſtantinopolitanos & Trapezuntinum euertit, regna 12. Chriſtianiſ ademit, cœpit ducetas vrbes: Chalcedem inſulam, armis, & Seodram deditioe Venetiſ ademit. Rhodum oppugnauit, Italiam capta Hydrunte inuaſit.

19 Quo tempore mutatus fuit ſtatus Romani imperij, & electio imperatorum per Gregorium 5. vel 10. conſeſſa eſt Germanis in Germania, & poſt mortem Othonis, apparuerunt in aëre faculæ ardentes interdū & cometes. vt ſcribit H. Mutius medicus <sup>b</sup>.

<sup>b</sup> lib. 14. Germanica Chronica. lib. 31.

Et ruruſum, idem <sup>c</sup> refert anno 1531. apparuiſſe ſub Libra in Germania cometem in Occidente, qui certè magnæ mutationis rei publicæ chriſtianiæ fuit horribile ſignum. Tunc enim armata eſt ferè omnis Germania propter religionis ſectas Zuinglianorum, & Lutheranorum, ex quibus cædes nephandæ & ſacræ religionis prophanationes proteſtantium. Heluetij pugnarunt contra Zuinglianos ter, & vt ait Surius in ſuis commentariis hitoriæ terræ motu concuſſa Luſitania per 8. continuos dies. Idem Sleidanus lib. 8. anno ſequenti Turciæ irrupunt in Vngariam: Anabapriſtæ, Monafterienſes, furere cœperunt, & dimicare pro ſecta vt iidem aiunt authores, & Chriſtiernus Danorum rex propter Tyrannidem regno pulſus.

20 Anno milleſimo quinquageſimo triceſimo octauo, multis in locis Germaniæ viſi ſunt armati homines in aëre, & verſus Orientem ſtella inuſitata magnitudinis, quæ cruentos ſpargeret radios, & iuxta illa crux ſanguinolenta cum vexillo per aëra volante, vt ſcribit Surius in eo anno, & ibi & quæ ſequenti anno acciderunt triſtia chriſtianiſ exponit.

21 Cum mutauit Antiöchia principes, & tradita eſt dominio chriſtianorum à Pyrrho Boanundo, cometa qui regni mutationem præſignat, inter alia cœli ſydera rutilabat, inquit Robertus monachus <sup>d</sup>.

<sup>d</sup> li. 5. de chriſtianiſ principij bello contra Turcas in fine libri.

22 Finem imponere huic cometarum apparitioni cuperem, niſi me vndecunque adhuc exempla obruerent quæ cateruatim ſubeunt mentem, & quodammodo cogunt ex illis adhuc quædam in medium proferre vel inuitum. Sic ergo ſtella arſit per dies trigintaduos P. Africanq & Lælio Conſ. et cum Carthago obſideretur et in captiuos

ptiuos Romanorum per Haſdrubalem barbaro more ſcruitum, mox Carthago per Emilianum diruta. Quo tempore & Cære ſanguinis riuu terra fluxerunt, & Lauinij inter horam tertiam & quintam diſcolores circuli Solem cinxerunt rubente linea altero, altero candida <sup>a</sup>. Anno Punici Belli ſecundi quatuordecimo, C. Seruilio Cepione, Cn. Seruilio Gemino Conſ. Anagniæ ſparſi primum ignes per cœlum, deinde fax incenſa arſit, Scipio in Africa iuxta Vticam Pœnorum caſtra combuſſit.

<sup>a</sup> Iulius obſequens de prodigijs. c. 79.

De fatiſ regnorum & principatuum ex Soliſ & Lunæ eclipsiſibus.

## CAP. VII.

EAdem fata regnorum putant quidam pendere à Sole & ab eclipsiſibus Soliſ & Lunæ, vel inde mutationes conſequir notabiles in illiſ lociſ ad quæ eclipsiſes diriguntur. Nam veteriſ placuit vt ait Macrobius <sup>b</sup>, Solem moderatorem eſſe cæterorum luminum, & ſtelliſ errantibus præſtare: ipſarum autem ſtellarum curſus, ordinem rerum humanarum, vt quibuſdam videtur pro poteſtate diſponere, vel vt Plotino conſtat placuiſſe, ſignificare, vt neceſſe ſit Solem qui moderatur noſtra moderantes omnium, quæ circa noſ geruntur, fateamur authorem.

<sup>b</sup> li. 1. Saturnaliorum. cap. 17.

Fertur ab Herodoto <sup>c</sup>, Cleombrotus Anaxandriæ, filius Pauſaniæ pater, reduxiſſe ab Iſthmo copias ab eam cauſam, quod ſibi ſacriſcanti aduerſus Perſam Sol in cœlo obſcuratus fuiſſet.

<sup>c</sup> li. 9. in Caliope.

2 Gothfridus Vterbienſiſ, parte prima Chronicorum. videtur eiſ ſententiæ eſſe, vt Sol compati exiſtinetur cum hominibus, & idè eum fuiſſe in ſua creatione prima ſepties ſplendidiorem quam nunc ſit, & propter caſum primi hominiſ, ſex parteſ ſui ſplendoriſ amiſiſſe.

*Septupla, inquit, lux Soliſ fuerat quam Sol dedit olim*

*Tunc vt Adam cecidit, cecidit pars multa in Toriſ*

*Septima pars nunc eſt, ſex periſſe patet.*

3 Vt non mirum videatur, ſi hodie quoque ob ſcelera hominum aliquando obſcuretur & veluti abhorreat eorum actus, & merito rerum publicarum impietatem ſubuertendam minetur: & ſaltem mutantam. Quemadmodum quo tempore abominandi Iudæi ingratiſſimi & inuidioſiſſimi, dominum mundi, redemptorem totiuſ humanæ naturæ dominum noſtrum I E S V M C H R I S T V M Meſſiam promiſſum & filium Dei, ex virgine incarnatum, crucifi-xerunt, Sol præter rerum ordinem conſuetum ne tantum ſceluſ videret ſe abdidit & defecit, & futuræ deſolationiſ Iudæorum in perpetuum prænunciuſ fuit, vltionem indicans acerbiffimam de eorum republica futuram, quæ accidit ſub Tito & Veſpaſiano.

Monuit & dominuſ <sup>d</sup>, *Surget gens contra gentem, & regnum aduerſuſ regnum, & terræ motuſ erunt per loca, & peſtilentiæ & fameſ, terroréſque de cœlo & ſigna. & poſtea. verſ. 22. & ſequentibuſ. Quia*

<sup>d</sup> cap. 21. diuè Luca duobuſ lociſ. verſ. 10.

dies ultionis sunt, ut impleantur omnia quæ scripta sunt: vae autem prænantibus & nutrientibus in illis diebus, erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic (Ierusalem) & cadent in ore gladij & captiui ducentur in omnes gentes, & Ierusalem calcabitur à Gentibus donec impleantur tempora nationum, & erunt signa in Sole & Luna & stellis, &c. Et idem Dominus admonens de fine ultimi seculi &

<sup>a</sup> Math. ca. 24. vers. 29. aduentu postremi iudicij Christianos, <sup>a</sup> statim autem, inquit, post tribulationem dierum illorum Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen

<sup>b</sup> Idem D. Marci ca. 13. vers. 24. & 25.

<sup>b</sup> Idem D. Marci ca. 13. vers. 24. & 25. 4 Gothfridus Viterbiensis in parte decima Chronici, narrat mira de vaticiniis Sibyllæ Tiburtinæ, & inter cætera quomodo ætates per nouem Soles diuersæ formæ fuerint distinctæ tanquam Sol esset veluti typus futurorum regnorum, atque per somnium omnibus senatoribus Romanis vnice huius vaticinij figuram apparuisse quæ futurorum esset iudex. Plinius lib. 2 cap. 6. pluribus laudibus Solem extollit, ut mundi totius animum & mentem, principale naturæ regimen, ac numen, lucis causam, temperantem vices temporum, & seruantem etiam mentes hominum, lumen cæteris syderibus scenerantem, omnia intuentem & omnia audientem, ut & Homerus ait, dixerunt & mundi mentem. Physici mundi cor. Macrob. <sup>c</sup> Quam gratissimum & salubre & vitale lumen sit Solis. Docent vicissitudines qualitatuum anni: ut quo plus recedat à nobis Sol, eò omnia destituantur virtute, quo magis accedat, viuificantur & germinēt, & producant. Docent & tenebræ, quæ sunt priuationes visus Solis umbris intercedentibus. Docet & Luna, suis mensuris circuitionibus, & cuius etiam defectus insalubris est vitalibus rebus, & habet quandam horrorem. Ex quo & Galatæ qui ductu Attali regis transierant in Asiam, cum ad Pelecernem montem peruenissent, & defectus Lunæ accidisset, labores viarum graui & iniquo ferentes, ut qui sequentes in curribus uxores ac paruos filios haberent, notato hoc signo, minime se ultra processuros affirmarent: ut scribit Polybius libro quinto Historiæ. Et defectum syderum quadrupes omnes pauere, tradit Plinius libro octauo capite quinquagesimo quarto.

5 Speculum regnorum quidam arbitrari possent Solem, quod in eo quodammodo adeo sculpantur vel effigientur regnorum & regum signa, & ex variatione futura, ad illum relate declarentur hominibus palam imagines.

Iussu Iosue dum pugnaret pro Dei mandatis aduersus Ethnicos reges, Sol stetit & Luna sine motu, donec fuisset consummata victoria.

<sup>d</sup> Iosue c. 10. Et ita principatus Israëliticus firmatus, & principum & regum aduersariorum omnino imperium subuersum <sup>d</sup>.

Vvernerus Roleuins Vvestphalus, in fasciculo temporum, in sexta ætate, & in Carolo Magno, ait Solem stetitisse spatio trium dierum ut Carolus vinceret.

6 Cum tyrannicè vsurpata imperia fuerunt, Soles visi sunt geminatio, ut ante Antonij Lepidi & Octauij dissentionem ob imperium

rium. M. Antonio & P. Dolabella Coss. inter cætera portenta stella per dies septem insignis arsit, Soles tres fulserunt, circæque Solem unum corona spicæ similis in urbem emicuit, postea, in vnum circum Solem redacto, multis mensibus languida lux fuit. Iulius obsequens de prodigijs cap. 128.

7 Pro singulari iactabant Ægyptij apud Herodotum <sup>a</sup>, à primo <sup>a</sup> lib. 2. in Ægypto rege. Ægyptij vsque ad postremum nomine Sethonem, sacerdotem Vulcani progenies fuisse hominum trecetas quadraginta vnam, & totidem interea pontifices totidemque reges: & ita intra decem millia trecentos quadraginta annos, negabant vllum Deum formam humanam extitisse. Et intra hoc tempus quater Solem præter consuetudinem fuisse ortum: bis quidem illinc exortum vbi nunc occidit: bis autem vnde nunc oritur occidisse. Nec tamen sub hæc aliquid in Ægypto fuisse immutatum, nec ea quæ ex terra, nec ea quæ ex flumine ipsis proueniunt, nec quæ ad morbos aut quæ ad mores pertinent.

8 Libro vero septimo idem Herodot. refert, antequam Xerxes cum illo innumerabili exercitu cum magna potentia à Græcis superaretur, cum Sardibus vbi hyemauerat, ineunte vere, instructo exercitu, proficisceretur Abydum versus, Solem suam in cælo sedem relinquente apparere desiisse, & cum nullæ nubes essent, verum serenissimus aer esset. pro die noctem extitisse, nempe deliquium Solis.

9 Cum Agathocles Syracusarum tyrannus ex improviso esset Africam aggressurus, in qua ingentes strages edidit, defecit Sol prodigium miseriarum certissimū, quæ tadem & Afros & ipsum & suam sobolem pauco tempore subuerterunt, ut scribit Iustinus ex Trogo <sup>b</sup>.

10 Plutarchus in Pelopida narrat, cum Alexander Phæreus tyrannus opprimeret ciuitates Thessaliæ, ipsæque ciuitates auxilium à Thebæis, & ducem Pelopidam postulassent, cumque omnes paratissimi ad id essent, & iam iter ingressi essent, deficere ac obscurari Solem cœpisse, & totam ciuitatem obtectam caligine, & Pelopidas eos omnes territos ea visione, non censuisse compellendos, nec obicienda, periculo septem Thebæorum milia, quare seipsum solum cum trecentis amicis equitibus qui sponte eum sequebantur Thessalis tradidisse: verum & in pugna contra Alexandrum Phæreum, occubuisse.

11 Quo tempore in Macedonia Thraces fuerunt subacti, plura prodigia sub C. Mario et C. Flacco Cons. apparuerunt, et cœlestia et terrestria. Inter cætera hora diei 3. Solis defectus lucem obscurauit, in Piceno tres soles visi <sup>c</sup>.

Anno Domini 747. vel præcedenti secundum alios, Nonis Aprilis die dominico, Cordubæ hora 1. 2. 3. tres Soles miro modo lucentes et quasi pallentes, falce lignea vel smaragdica præcedente visi sunt, et intolerabilis fames secuta, ut referunt Isidorus, Trithemius, Vasseus. Incidit in illud tempus priuatio regni Hilderici ex gente Merouingorum, et diuisio inter fratres Caroli Martelli maioris domus Franciæ.

<sup>a</sup> lib. 2. in Ægypto

serpe.

<sup>b</sup> lib. 22. et 23.

<sup>c</sup> Iulius obsequens de prodigijs ca. 103.

Anno Domini 1169. Non. Septembribus, visi sunt in regione Occidua tres Soles duabus horis, & sequente nocte tres Luna. Terræ motus sequutus est, quo ciuitates aliquot in Syria & Sicilia absorptæ sunt, multæ labefactæ, vt est in additionibus ad Bedam lib. de natura rerum. Et circa annum 1170. Saladinus Sarracenis filius, rex Sarracenorum, maiorem Asiæ partem suo regno adiecit<sup>a</sup>, & ante Ægyptum. Atque<sup>b</sup>, ait, terræmotū hunc contigisse 28. Iunij anno 1170. circa horam dici primam, Tripolimque Phœnicæ collapsam, & in lapidum congeriem peruenisse, commune ciuium sepulchrum. Eodem mense afflicta quoque mirum in modum alias ciuitates, in Syria, Phœnicia, Cœlesyria, Antiochia. Et ad mare Gabulium, Laodiceam Neream quæ nunc Alepa, Cæsaream, Hamam, Edessam, aliasque ciuitates Asiæ.

<sup>a</sup> Guilielm. Tyrius li. 20. de bello sacro. cap. 12. <sup>b</sup> cap. 11.

12 Tempore Clementis v. Summi Pontificis, qui adeptus est sedem circa annum Domini 1306. Carpentoraci duo Soles visi, lucentes versus Occidentem, quibus prædixerunt Astrologi, futurum schisma, quod paulo post sequutum est<sup>c</sup>.

<sup>c</sup> Geruasius lib. de mirabilibus mundi cap. 65.

13 Postquam Tygrim amnem Alexander Magnus cum exercitu difficulter transisset proficiscens ad subiiciendos Persas, Luna defecit primum, & nitorem sui syderis condidit, deinde sanguinis colore suffuso, lumen omne scedauit. Consulti Ægyptij vates qui cœli & syderum peritissimi credebantur, quamuis scirent naturaliter Lunam deficere cum terram subiret & Sole priuaretur, affirmarunt Solem Gregorum, Lunam esse Persarum, quotiescunque Luna deficiat, ruinam stragemque illis gentibus portendi<sup>d</sup>.

<sup>d</sup> vt scribit Q. Curtius lib. 4. de gestu Alexandri.

14 Dixerunt Astronomi quadripartitum genus constellationum esse, quorum vnum est igniferum portendens aut incendia, aut exustiones: Aliud dicunt imbriferum seu aqueum, cum inducit aut inundationes, aut imbres, aut diluua: Aliud mortiferum, quod terræmotus cieat: vltimū autē portentiferum, quod cometas, & nouos prophetas, sectas, & leges inducit, & nouos simul reges. Aiuntque horum directionem radorum, & ascendentium. Stellarumque profectioes, quum ad loca definita peruenerint mirabiles istos effectus inducere. Atque Berofus in 16. rege Assyriorum, seu Babyloniorum, Spareto, sub eo, ait, propter istas coniunctiones contigisse miranda in orbem quia tunc peruenisse profectioes omnes ad sua loca dicat, terræ motus, & duo noua regna cepisse: nempe regnum Iasij lanigenæ in Italia, Cecropis Athenis, finem accepisse Ægyptiorum reges, magnum in Thessalia diluuium fuisse, in aliis partibus terræ ex terræ motu incendium sub quodam rege Phaetonte, per Sparctum Phœnicæ & Syros subactos.

15 Eclipsin Solis in nominatione Gordiani imperatoris iunioris, eius mortem denunciaffe breui futuram creditum.

Anno ab vrbe cōdita 705. Sol totus deliquium passus est, tempore quo Pompeius Cæsarem in Macedonia fugiebat<sup>e</sup>. Anno mundi 3247. & duobus sequentibus, tres factæ sunt Lunæ eclipses, & Merodach rex Babyloniorum, Assyriorumque monarcha factus

<sup>e</sup> Dio. Cassius lib. 45. historia Rom.

factus est, quemadmodum ante destructionem regni Assyriorum quod translatum est in monarchiam Persarum, accidit, anno mundi 3385. Olympiadis quadragesimæ nonæ anno primo eclipsis Solis maxima, prædicta à Thalete Milesio, prænuntia belli inter Medos & Lydos, & postea etiam defecit regnum Assyriorum Aslyage Medo per Cyrum post triginta annos capto.

16 Anno Domini 605. die quinta Maij eclipsis Solis facta est, móxque subsequuta est grauiissima pestis tribus mensibus, Iulio, Augusto, & septembri: tuncque visibiliter multis apparuit quod bonus & malus Angelus per ciuitatem pergerent, vt ex iussu boni Angeli, malus Angelus qui videbatur manu venabulum ferre, quoties venabulo ostium cuiuscunque domus percussisset, tot de eadē domo sequenti die interirent. Fuerunt postea duo reges mortui Heriberus, & Grymaldus. rebellarunt Vascanes in Gallia, Agatho Papa decessit, Hunni & Bulgares inter se prælia crudelia gesserunt. Sarraceni in Africam cum ingenti multitudine transierunt. Carthaginem ceperunt, & depopulati sunt<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Regino Chronorum lib. 12.

17 Circa annum Domini 740. cum Carolus Martellus auus Caroli Magni magister aulae regis Franciæ regnum vsurpans diuisisset illud paulo ante mortem inter Pipinum & Carolomannum filios vnde orta translatio regni à Merouingorum stirpe, in Sole & Luna noua signa apparuerunt, & stellis, nec non & paschalis ordo sacratissimus turbatus fuit<sup>b</sup>.

<sup>b</sup> Annonius lib. 4. de gestu Franc. ca. 57.

18 Anno Domini 806. 4. Nonas Septembris, fuit eclipsis Lunæ existentis in 16. parte piscium, Sole existente in 16. parte Virginis, annoque sequente 807. eclipsis facta Solis 3. idus Februarij, stante vtroque sydere in vigesima quinta parte Aquarij. Et eodem mense quarto Kalendas Martij iterum eclipsis Lunæ facta, & apparuerunt acies in cœlo miræ magnitudinis, Sole morante in vndecima parte piscium, & Luna in vndecima parte Virginis: & iterum xj. Kalend. Septemb. Lunæ facta eclipsis hora noctis 3. Sole posito in quinta parte Virginis & Luna in 5. piscium<sup>c</sup>, ceperunt tunc mutari regna per Carolum imperatorem. Bella crudelissima contra gentiles, & Sarracenos, Germanos, Sclauos, & alios. Fides christiana vbique propagata deuctis infidelibus & idololatriis. In summa, nouæ leges, noua regna, extinctio idololatriæ, bella, seditiones, motus, omnia cruenta per plures annos imperij Caroli. Ideo & sæpe renouatæ eclipses & Lunæ & Solis, vt anno 809. eclipsis Solis, eclipsis Lunæ 8. Kalend. Ianuarij, & anno 812. idibus Maij post meridiem Solis eclipsis.

<sup>c</sup> Regino lib. 2. Chronik.

19 Anno rursus 888. eclipsis Lunæ magna facta est, 16. die Octobris & eodem mense eclipsis Solis, die 29. circa horam nonam sequuta est. Mors paucis post diebus Ludouici filij Caroli Balbi imperatoris<sup>d</sup>. Eodem anno Italiæ nouum regnum ortum primo constituto Beringario quod tantū durauit per octoginta annos. Inuasit Burgundiam Boso, & se regem eius coronari fecit. Sequenti anno Northmani ethnici Septentrionalem partem Angliæ occuparunt, dehinc Gallias inuadunt, saeuerunt passim in Christianos per Saxoniam, Lotharingiam, & Franciam. Guilielm. Nagiar. Helmoldus cap. 7.

<sup>d</sup> Regino lib. 2. Chronik.

7 Sarraceni, Bulgari, fractis fœderibus rebellant in Leonem 6. imperatorem Orientis & victi ab eo, vt scribunt Zonaras tomo 3. & Cedrenus. omitto reliqua eius temporis.

Anno 944. Sol horribilem eclipsim passus est feria sexta hora diei 3. quo die in Hispania Addaram rex Sarracenorum à Rhadamiro christianissimo rege Gallitię superatus est, vt etiam in Italia apparuit cometa mirę magnitudinis, quem fames secuta. Eodem anno Romanus senior à filiis ab imperio deturbatus est, & in monasterium missus, & postea ipsi filij eadem passi, à Constantino filio Leonis imperatoris.

<sup>a</sup> Sigebertus  
in Chronographia.

20 Anno Domini Kalend. Octobr. 1093. eclipsis Solis facta est hora tertia, & Draco visus est, vt notat Dodecinus in appendice ad Mariani Scoti chronicam.

Hanc eclipsim quoque sequuntur inuolutiones regnorum, & subuersio superstitionis & impietatis Mahometicę in transmarinis partibus, & expeditio magna in Turcas prædicata & suscepta, anno 1096. militum sexcentorum millium, & Hierosolyma recuperata, que per quadringentos nonaginta circiter annos fuerat à Sarracenis occupata. Fuitque magna strages Sarracenorum, & plures ciuitates & regna christianis cesserunt cum eximiiis victoriis, de quibus Guilielmus Tyrius libris de bello Sacro, Fucherus, Blondus, Platina, Paulus Æmilius, & alij.

21 Anno 1133. quarto nonas Augusti, 17. Luna, Sol obscuratus est 7. hora diei et tenebrę factę sunt, ita vt stellę in cœlo apparerent, postquam redisset Lotharius 2. coronatus vel consecratus imperator ab Innocentio 2. Pontific. Max. idem Dodecinus eodem anno et Sigebertus: quam eclipsim securus est schisma, creatis antipapis contra Innocentiũ 2. etiã mortuo Anacleto primo antipapa. post cuius mortem creati in schismate alius Victor quartus dictus, vt liquet ex Platina et Onuphrio in pontificibus.

Anno Domini 1197. Solis eclipsis adeo magna vt stellę per diem visę sint tanquã in nocte prid. Non. Sept. 12. in mense sequenti Baldunus rex Hierosolymorum à Saladino captus et Hierosolyma amissa.

Anno 1530. 20. Martij eclipsis Solis tetra, et indictus Augustam conuentus et Protestantium confessio, Carolo 5. Cæsari exhibita <sup>b</sup>.

<sup>b</sup> Sledanus  
lib. 7.

22 Sed et vt in genere cõplectamur ea quę tribuuntur necessitati factorũ vt dicunt cœlestiũ, adduci potest quod ecclesiastes ait c. 3. vers. 14. *Didici quod omnia opera quę fecit Deus perseuerent in perpetuum. Non possumus eis quicquam addere vel auferre, quę fecit Deus vt timeatur, quod factum est ipsum permanet, quę futura sunt iam fuerunt, & Deus instaurat quod abiit.* Putant ordinem admirabilem illũ mundi, concentum et harmoniam planetarum, syderum synodos et reuolutiones, priuata et publica causare bona et mala, dulcia et aspera hominibus; nõ minus quã quatuor anni diuersas constitutiones, et alimẽtorum productiones. vt et in legibus astrorum peritum, priuata et publica prædicere et admonere posse existimauerint. Quemadmodum Mathesium peritus Adrianus imperator sic visus est, vt sero Kalendis Ianuariis scripserit quid ei toto anno posset euenire. Ita vt eo anno

eo anno quo periit, vsque ad illam horam qua est mortuus scripserit quid acturus esset <sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Spartianus  
in Adriano.

23 Nigidius Figulus Senator, tempore Iulij Cæsaris & Octauij Augusti, prædixit eundem Augustum futurum dominum senatus. Is enim ea tempestate, omnem cœli descriptionem syderumque differentias, & earum quasque proprias, comitum, interuallorumque suorum affectiones, præ cæteris adeo callebat, vt prohibitis quibusdam studiis eum vti crederetur.

24 Dij falsi seu dæmones, spiritus Satanicı, quicquid præcatabat idololatrias id stellarum & cœlorum cursu præuidebant, vt scripsit Porphyrius illos ita explicasse, & Eusebius Pamphili <sup>b</sup>, atque <sup>c</sup>, addit, ex eo omnia fato contingere dixisse, adimeręque voluntatis liberum arbitrium, quem Porphyrius dixerit liberum Appollinem dixisse, magicęque vi, fata vitari posse, vt refert idem Eusebius Pamph. <sup>d</sup>

<sup>b</sup> Dio. Cassius  
lib. 45. historie

<sup>c</sup> Lib. d. E-  
uangelica præ-  
para. c. 1.

<sup>d</sup> li. 6. de præ-  
parat. euang.  
cap. 3.

25 Asserebant Priscillianistę hæretici, quemque nasci sub aliqua constellatione & illius influentiis regi, & illud fatum. Quę & opinio & error fuit Thalmudicorum, quem improbat tamẽ D. Augustinus lib. 5. de Ciuit. Dei. cap. 1. Gregorius in Homil. de die Epiphanię.

26 Persuaderi & potuit hæc vis cœlestis, ex his quę tradit illi Mercurius dictus Trismegistus, in Pimandro sermo 3. dum ait. *Dij in astrorum ideis cum signis eorum conspiciebantur, dinumerata sunt stellę secundum eos qui inhabitant illas, deus ambitus amplior cursu suo aereo circulo, conspirante spiritu rectus, quisque deorum ex interna virtute adscriptum sibi opus impleuit.*

27 Scribit et Alcinoüs, libro de doctrina Platonis cap. 16. deni-  
fisse Deum omnium patrem & artificem animas in terram, stellarum numero pares, & cognato astro tanquam vehiculo imposuisse, & iuste hic victuras in cognatum astrum redituras, iniuste autem in secunda generatione in fœminę vitam migraturas: vt quę postea ab improbitate non cessarent, in Brutorum denique naturam degeneraturas. Sic Plato <sup>e</sup>, ait, mundi genitorem cum vniuersum constituisset, astris parem numerum distribuisse animarum, singulis singulas adhibens eisque tanquam vehiculo impositis monstrasse vniuersi naturam ac leges fatales edixisse.

<sup>e</sup> in Timæo  
sen de natura.

Rursus Plato <sup>f</sup>, rerum publicarum formas diuersas fuisse à priore ætate Saturni & Iouis, tradit, & mores diuersos: propter mutationem Solis, aliarumque stellarum, quę in singulis ætates etiam diuersas habet perpendit Hesiodus in Theogonia sub Saturno, Ioue & aliis auream argenteam ætatem &c.

<sup>f</sup> lib. cimli vel  
de regno.

28 Nec sine ratione putant hanc artem astrologię diuinatorem traditam à maioribus, qui ex motuum vi, & cœlestiũ astrorum potestate, & regna & mortalium actiones & res temperari arbitrantur. Quod & Lucianus libro de Astrologia pluribus nititur firmare, vt quia primo loco priscorum regum, quos inquit dij amarunt, sit inuentum & contemptum ab imperitis astrologorum qui ideo falsum prædicunt, ortum: cum tamen ob imperitiam fabri, non sit ars ipsa culpanda. Dehinc 2. quod Æthiopes hanc rationem mortalibus tradiderint, qui reliquos homines antecellebant sapientia, tum in ea scientia, propter regionis quam incolunt oportunitatem,

vbi perpetua cœli serenitas & tranquillitas, nec patiuntur anni mutationes sed eodem tempore viuant: & hos Ægyptiis vicinis artem imperfectam tradidisse, qui diuinandi rationem in maius pro- uexerint, qui motus stellarum, annorum, mensium, horarumque numerum instituerunt. Et postea non multo post Libyes hanc artem fuisse aggressos: calluisse & hanc Babylonios, qui & eius in- uentores se asserunt. Orpheum, Oeagio Calliopéque prognatum, Græcis monstrasse, non tamen dilucidè sed inuolucris & mysticis obuolutam. Deinc & Tyresiam vatem, diuinandi arte multum ce- lebrem, qui stellarum erraticarum alias dixit foeminas, alias mares. Doctos in ea fuisse Bellerophontem. Phryxum Athabutis filium Dgedalum, & eo illorum fabulas pertinere, Eudymionem qui ra- tionem Lunæ tradidit, Phaetontem qui Solis cursum deprehendit, vnde fabulosè dictus Solis filius. Tradit insuper Lycurgum om- nem Lacedæmoniorum reipublicæ administrationem ex cœlo temperasse. Subiungit & hanc Astronomiæ vtilitatem, quod bona multo ante delectant eos qui ventura præsciuerint: mala vero faci- le, cum non imprudentibus venerint, accipiuntur: neque enim in il- los irruunt: sed quia meditata expectatæque sunt leuia mitiæque vi- dentur. hæc Lucianus.

Fœlicitas vel infœlicitas ita fatalis, & principibus & singulis ex die natali seu constellatione tributa ab aliquibus, vt etiam refe- rat Aemilius Probus in Timeleonte, Timeleontem Corinthium, prælia maxima natali die suo fecisse omnia, quo factum est vt eius- dem diem natalem vniuersa Sicilia haberet festum quam à Tyranni- de illo die liberauerat.

29 Germani vero sic Lunam obseruabant, vt ante nouam, de- crescentelumine syderis, prælio non contenderent<sup>a</sup> quæ fuit etiam causa, quod Iulius vbi intellexit religione pugnare impeditos eos ad Rhenum profligauerit<sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Iulius Cæ- sar lib. I. com- mentar. de bel- lo Gall. xi.  
<sup>b</sup> Iohannes a- uentinus lib. I. annal. Boior.

De necessitate & fato rerum omnium.

C A P. V I I I.

MVlta, varia, & aliquando pugnancia inter disputandum de mu- tatione & interitu rerum publicarum, regnorum, principatum & monarchiarum. adferuntur, de necessitate fati que rerum euitabili & inuitabili, quæ vt communia sunt aliis quam rebus publicis, ita & habent latissimam & difficilem resolutionem, de qua nos alia hic addenda diximus capite secundo & tertio, libro quinto. Prælu- diorum optimi iuri sconsulti.

Est ἀναγκασία τύχη, necessitas euentuum quibus hominum vita communiter subiecta est. & verus verbum erat, de quo Plato in Pro- tagora & 7. de legibus, neque deos quidem huic refragari. Nam alia est naturæ necessitas, vt ignem vrere & pondera deferri ad terram leuia sursum. meminit de necessitate inuitabili Sophocles & Euripides in Helena.

Δόγος γὰρ ἔστι δὴ ἐν ἡμῶς, ὅθεν δ' ἔπος  
Δεινῆς ἀνάγκης ἐδὲν ἰσχυρῶν πάλειον.

Et in Alceste,

Κρεῖττον δ' ἔστιν ἀνάγκης.

Et Apollonius Rhodius<sup>a</sup>. Οὔτε γὰρ ἄλλο.

Ῥήγιον ἀνθρώποισι κακῆς ὀπισθήσει ἀνάγκης.

Et Plutarchus de Exilio,

Ἐστὶν ἀνάγκης ῥῆγμα Θεῶν ψήφισμα παλαίον.

Et Æschyllas<sup>b</sup> refert Promethæum dicentem,

Τὴν περὶ πωμῶν ἵψην

Ἄϊσαν φέρεινάς ῥῆσας, γὰρ νόσον ἴσθι

Τὸ τῆς ἀνάγκης ἔστι ἀδ' ἡείτων ζένοσ.

<sup>a</sup> 3. Argonia- ticozum.

<sup>b</sup> In Promethæo.

Cæterum, inquit, destinatum oportet ferre parcam facillimè, co- gnoscentem quod necessitatis inexpugnabilis est vis.

2 Philistus consolans Ciceronem existentē in exilio, apud Dio- nem<sup>c</sup>. neque inquit vitam nostro ipsorum arbitrio ducimus, neque in nostra potestate ea est sita, sed vt visum fuerit fortunæ ita viuendū est, & quale fatum nostræ vitæ circulo destinatū, talem nostram quo- que vitam esse necessum est: atque hæc ita sunt, siue nos velimus siue nolimus.

<sup>c</sup> lib. 38. Ro- mana historia.

Et Manilius<sup>d</sup>.

Mitto, quod certum est & inuitabile fatum.

<sup>d</sup> lib. 2. A- stronomic.

3 Fatum hoc videtur Plato appellasse immobilem quandam in anima mundi rerum dispositionem: fati instrumentum esse naturam cœlestem, materiam autem in quam agit per instrumētum, esse mo- lem elementorum: fatum item rerum interitum & hominum. illud- que inuitabile.

<sup>c</sup> Plato in Gorgia.

Quod de singularibus personis dictum est, & de corporibus ciui- libus, de republica scilicet dictū quoque: quia & ex singularibus com- ponitur. Ita Flavius Vopiscus in initio de vita Cari Cæsaris, fato in- quit rempublicam regi, eamque nunc ad summum euehi, nunc ad minima retrahi. Probi Cæsaris mors satis prodidit, &c. Δεινὴ γὰρ ἀ- νάγκη πάντων κρατύνει, grauis enim necessitas, vt ait Orpheus in hym- nis, omnia confirmat vel tenet, vel recipit. Et Lucanus<sup>f</sup>.

<sup>f</sup> lib. I.

In se magna ruunt, letis hunc numina rebus

Crescendi posuere modum.

4 Addere licet plura quæ in hanc sententiam consentire viden- tur, quæ tamen egent distinctione, sed eo maxime quod aliquando interfui sermonibus quorundam nobilium & militum, qui in ea hæ- resi erant, vt existimarent fatatum esse à Deo de illorum morte & terminos constitutos, quos cum euitare nequirent, superfluum vide- batur illis prodeūtibus etiā aduersum hostes armari, & aliquos etiam hostium acies cōfertissimas euasisse, qui postea vel ab exiguo impe- dimento vel saltu interibant. Periculosa admodum certe opinio vt monebam tunc, & quæ liberum hominis arbitrium omnino explo- dere, & omnia, quæ ad defensionem & conseruationem salutis hu- manæ adeo concessa erant, reprobare impiissimè videretur. eum, quamuis non possimus vitæ terminos à Deo positos absolute euade-



re. possumus nihilominus nobis fatum accelerare, eo quod talis natura à Deo creati sumus, ut possumus nostro arbitrio ad bonum & malum inclinare: *Deus*, inquit Ecclesiasticus <sup>a</sup>. *Ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui: adiecit mandata & præcepta sua. Si volueris mandata seruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruare: Apposuit tibi aquam & ignem ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem, vita & mors, bonum & malum quod placuerit ei dabitur illi.* Expressius Hieremias <sup>b</sup>. *Et ad populum hunc dices, dicit Dominus. Ecce ego do etiam vobis viam vitæ & viam mortis. Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio & fame & peste: qui autem egressus fuerit & transfugerit ad Chaldæos qui obsident vos, viuent, &c.*

5. Proinde eo lubentius, & ne temere reges & principes fatum & necessitatē accusent Deique prouidentiam, si propter suam culpam negligentiam, imprudentiam, tyrannidem, & scelera priuentur suis principatibus, descendo ad distinctionē vtilissimam & saluberrimā. *Diuus Thomas* itaque <sup>c</sup>. *Duas de fato refert opiniones antiquorum, tertiam aliam probat. Prima est eorum qui fatum nihil omnino esse dicebant, eo quod ea quæ per accidens euenerint à causis particularibus, & à nulla superiori causa ordinari putabant, quam opinionem D. Augustinus <sup>d</sup>. Tullio ad scribit qui visus est in libris de Diuinatione, prouidentiam negare & fatum, præsertim circa res humanas.*

Secunda opinio eorum, qui posuerunt fatum quidem aliquid esse, dicentes ea quæ videntur à casu contingere, esse ab aliqua altiori causa præordinata ut essent: & isti conati sunt fatum in corpora cœlestia tanquam in causas reducere, vocabantque fatum ipsam dispositionem syderum, cui omnia subdi, cum quadam necessitate ponebant.

Tertia eorum qui ponebant, & dicebant fatum, per prouidentiam diuinam in rebus ordinationem. Et apud Boetium <sup>4</sup>. de consolatione qui fatum diffinit, ut sit inhærens rebus mobilibus dispositio, per quam prouidentia suis quæque necit ordinibus. Vbi dispositio præordinatione ponitur, & dicitur rebus inhærens, ut distinguatur à prouidentia quæ est ordinatio in mente diuina existens, nondum rebus impressa. dicitur etiam de mobilibus, ut ostendatur quod ordo prouidentie, à rebus contingentiæ & mobilitatem non aufert, ut quidam posuerunt. Sic hoc modo negare fatum est negare diuinam prouidentiam. Verum monet eodem *D. Thomas* non utendum nomine fati, ne cum infidelibus consentire videamur, qui omnia fato seu necessitati syderum tribuunt, & subiiciunt. Ita Augustinus <sup>e</sup>. Si qui inquit virtutem & potestatem Dei, nomine fati appellat, sententiam teneat, linguam corrigit: & eadem ratione quoque Gregorius homilia Epiphaniæ, abist à fidelium mentibus, ut fatum aliquid esse dicant.

6. Rursus idem *D. Thomas* <sup>f</sup> ex principiis essentia, triplici modo necessitatem in rebus esse demonstrat. Primum per ordinem esse eius cuius sunt. Quia materia secundum id quod est, ens est in potentia: quod autem potest esse, potest etiam & non esse. Ex ordine materia, necessario res aliqua corruptibiles existunt, sicut animal, quod

ex contra-

ex contrariis compositum est, quia eius materia contrariorum est susceptiua.

Secundo modo, ex principiis essentialibus: alio modo est absoluta necessitas, per ordinem ad partes materiae vel formæ, si contingit huiusmodi principia in aliquibus non simplicia esse. Quia enim materia est propria hominis corpus, commixtum & organifatum & complexionatum, necessarium est absolute hominem quodlibet elementorum & humorum & organorum principalium in se habere. Similiter est animal rationale & mortale, & hæc est natura vel forma hominis, necessarium est & ipsum esse animal rationale. Tertio est in rebus necessitas absoluta, per ordinem principiorum essentialium ad proprietates materiam & formam: sicuti necesse est ferram, quia ex ferro est, duram esse, & hominem disciplinae perceptibilem. Necessitas vero agentis consideratur, & quantum ad ipsum agere, & quantum ad necessitatem consequentis.

Ex causa autem finali sequitur in rebus necessitas dupliciter: vno quidem modo, prout est primum in intentione agentis. Et quantum ad hoc eodem modo est necessitas ex fine & ab agente. Agens enim in tantum agit in quantum finem intendit, tam in naturalibus quam in voluntariis: in rebus autem naturalibus, intentio finis competit agenti secundum suam formam per quam finis est sibi conueniens. Vnde oportet quod secundum virtutem formæ, tendat res naturalis in finem: sicut graue secundum mensuram grauitatis tendit deorsum. In rebus autem voluntariis tantum voluntas inclinatur ad agendum propter finem quem intendit, sicut non semper inclinatur ad agendum. Hæc vel illa quæ sunt propter finem quem appetit, quando finis non solum per hæc vel illa haberi possit, sed pluribus modis. Alio vero modo est ex fine necessitas, secundum quod est posterius in esse.

Et hæc necessitas non est absoluta sed conditionata. Sicut dicimus necesse esse fore ut ferra sit ferrea, si debet habere ferræ opus. vocat ex supposito Aristoteles lib. 2. Physic. c. fina.

Hæc omnia porro sunt Aristotelica quæ ab authore Aristotele apertius explicantur lib. 5. Metaphysicorum cap. 5. & ab Auerroë in Epi. tracta 1. ita necessarium inquit est *velut concausa*: ut alimentum, & respirare animali necessarium est: impossibile enim naturaliter sine illis animal esse: & dico naturaliter, id est, habita ratione regulæ naturalis. Ita & concausa quædam boni necessaria dicitur, ut naturaliter necessarium est ægrotum bibere potionem, medicatam, ut non ægrotet.

Est & in necessitate positum, vis et violentum: id autem est quod præter propositum & electionem obstat, & ibi necessitas est inuitabile quiddam.

Item quod non contingit aliter se habere, necesse dicimus ita se habere, item & quod impossibiliter dicitur ex principiis primis aliter se habere.

Albertus magnus <sup>a</sup>. Necessarium, inquit, etsi multis modis dicitur, tamen ad tria restringitur: primum sine hypothesi, ut cum dicimus

a lib. 1. de causis & processibus vniuersi à causa prima. c. 9.

ambulans, necesse enim est eum ambulare. Secundum ex causa, vt quando luna interponitur inter visus nostros & solem, necesse est solem eclipsari. Tertio quod sic est necessarium esse, quod in nulla parte sui est possibile, vel contingens. Quamobrem & dicemus duplicem in genere necessitatem, vel simpliciter, vel ex suppositione.

a vt et ait Aristotel. lib. 2. Physicorum. c. 4. in princip. b in logicalibus questionibus.

Necessarium simpliciter est id, cui non admiscetur aliquid sui contrarium, quæ ipsa possibilitas, & cuius posito subiecto, oportet esse & prædicatum & posito prædicato oportet esse & subiectum, vt ait Auerroes.

Sed & necessarium dicitur illud quod in sui natura habet quod non possit non esse, & si temporale necessarium ponatur: illud erit, quod quandiu res est, ita sit vt si res futura sit tales res necessario habere debeat. vt si animal sit, & quandiu animal erit, necessum sit habere quæ animal perficiunt, vt respirationem, & alia necessaria, vt docet Aristoteles.

c 1. de partib. animal. cap. 1.

Necessitas itaque vt eodem loco ait, non æquè omnibus in rebus naturalibus inest, ea videlicet necessitas, ad quam omnes ferè authores rationes referre tentant. Inest idipsum quidem rebus externis simplici absolutæque ratione, sed caducis etiam gignendisque rebus omnibus ex suppositione tribuitur: quomodo in artificiosis, vt ædibus, & quibusvis aliis generis eiusdem. Materiam enim talem adesse necesse est, si domus, aut quiuis alius finis futurus sit. Atque etiam fieri, moueri que illud primum oportet, deinde hoc, ac deinceps ad hunc modum itur ad finem, cuius gratia res quæque & efficitur, & est eodemque modo in rebus natura gignendis agitur: quanquam demonstrandi modus, necessitatisque ratio in naturali doctrina diuersa, atque scientiis speculatiuis est.

Principium enim alteris quod est, alteri quod erit, accommodatur.

d in 2. phys. Aristot. textu 88.

Necessitas in cœlestibus corporibus simpliciter inuenitur, inferioribus necessitas ex suppositione, vt ait Ioannes Grammaticus.

Facit & Themistius in metaphys. triplex ex resolutione superiorum necessarium. primum coactum: secundum id, sine quo res non bene se habent: tertium id quod aliter se habere non potest. In istis est duplex necessarium, ex se & ex alio: ex se, ex impetu & motu secundum naturam ex alio, ex motu præter naturam, & per accidens, quæ per accidens sunt & possibilia. Sed & necessarium absolutè differt ab aliis necessariis, quia hoc absolutè necessarium competit rei, vt est intimum & proximum rei: siue sit forma, siue materia, siue eius essentia. At necessarium secundum quid, pendet à causa extrinseca.

Necessitas porro nunc absoluta, & quæ est per se omnia sursum versus ad diuinam causam ducit violentia, & inuita: eam qui lætus sequitur, verè est sapiens, vt ait Epictetus referente Arriano in eius encomio. ca. fin.

Illæ & fatum, seu decretum esse potest Dei, vel irreuocabile, vel per media seu conditionatum prout placuerit Deo: ita enim quod fatò tribuebatur ethnici, Christiani tribuebatur Deo, vt ait Arnob. quod enim ordo temporum hac frugum stabilitate distinguitur, non eauthorem suam

e li. 8. contra gentes.

suam parètemque tollatur: ver æquè cum suis floribus, & æstas cum suis messibus, & autumnus maturitas grata, & hyberna oliuitas, inquit necessaria, qui ordo facile turbaretur nisi maxima ratione cõsisteret, idque omne, vt reliqua, quæ discurret prouidentia Dei. In cuius manu vita & mors, & horum dispositio & leges, & nos qui eius voluntatem sequi debemus. Singulare Phalaridis Tyranni quamuis, quod scribit.

a Epist. 106. ad Gorgiam.

Εγώ γδ ἔτε τελευτῶν ἔτε τελευτῆς εἶδος φύγω σωφροσυνῶν ὑπολαμβάνομενος. εἰμαρμένη γδ ὑπ' ἀνθρώπων νομοθεῖται. καὶ καθόλου ἢ τὸν ἔξεταζόντα περὶ τῶν τοιούτων, ἢ δ' εἰς δίοτα περὶ τῶν ἐσομένων καλῶν ἢ κακῶν λίσσασθαι νομίζω, εἰ τις ἢ προσηύωαι δ' ὡς αὖτὸ τὸ μέλλον ἀπέπεισται ἢ προσηύωαι φιλῶν, εἰ δ' εἰ φιλῶν ἀδ' ὡς αὖτὸν, τὸ γὰρ ἐν ἰσχυρῶν εἰδέναι τὸ γινώσκον, ὅπερ ἀγνοῦντος καὶ γινώσκοντος ἔστιν ἕμιον. ἀλλ' εἰ καὶ σαυτὸν γινώσκαι καὶ τὸ φιλῶν ἀδ' αὖτὸν ἔδ' φήσει τις, ὡς γινώσκαι, καὶ ἀστῶν καὶ μεταθείναι ἄλλο ἀντι τῶν προσηύωαίντων, χεῖρονα ὄντα τὸν ὑπεμύστερον τρέπον τὰ τελευτῶν δ' ὡς αὖτ' ἀν, ἐγὼ μὲν ἔχω οἶμαι, θεῶ γδ ἔρπον τὸ τοιούτων ἔκ ἀνθρώπων.

Id est, Ego autem neque mortem, neque mortis speciem fugio, sapienter quidem. Fatum namque ab hominibus legem non accipit. Et in vniuersum qui scrutatus fuerit de his, atque quæ sunt futura ex his mala vel bona, valde fatuum existimo: siue speret se futura ante inspicere posse, aut cognoscendo euitare. Si autem euitare impossibile, cuius gratia studendum est scire quod faciendum est, quando vel ignorante vel sciente illo sit futurum, nihil certe, sed etsi cum præscientia euitare dixerit quis disponi & in aliud quam præuiderit transferri modum, ego sane non arbitror: Dei namque hoc opus est non hominis.

Hoc fatum à Deo determinatum in res tam efficax est, vt homo probus sequi non repugnare inuitis debeat, atque eadem dicere quæ Ciceronem dixisse Seneca refert.

b Epist. 107.

Duc me parens celsique dominator poli  
Quocunque placuit, nulla parendi mora est:  
Adsum impiger, fac nolle, comitabor gemens:  
Ducunt volentem fata, nolentem trahunt:  
Malisque patiar, quod pati licuit bono.

Pia hæc certe sententia & regibus & principibus de voluntate Dei sequenda, obseruanda, vt rectum animum in aduersis teneant, & in felicitatis tempore mutationes aduenire posse ex Dei voluntate & humanarum rerum varietate, timeant. Hanc rerum conditionem mutare non possumus. Id possumus, magnum sumere animum & viro bono dignum, quo fortiter fortuita patiamur, & naturæ consentiamus. Natura enim hoc quod videmus regnum mutationibus temperat. Nubilo serena succedunt, turbantur moria cum quieuerunt, flant inuicem venti: noctem dies sequitur: pars cœli confurgit, pars mergitur: contrariis rerum æternitas constat, vt ait eodem Seneca. Et necesse est vt dixit Arnobius. Cuncta suos ire per cursus, nec ab ordinis nati continuatione discedere, etiam si nomē in mundo nullum hominis audiatur, orbisque iste terrarum solitudinis vacuæ silentio conticescat. Et vt Lucretius ait.

c 2. contra gentes.

d 2. verè natura.

Quantum cuique datum est per fœdera nationi,  
Nec rerum summam commutare vlla potest vis.

a In Pimandro c.1.  
b lib. de mundo c.7.

Mercurius Trimegistus<sup>a</sup>, ait, Deum septem gubernatores fabricasse qui circulis mundum sensibilem complectuntur, eorumque dispositionem fatum vocari. Aristoteles quoque<sup>b</sup> de Deo certe mirabili modo, deque eius providentia cura & praesentia disputans, ait, eum esse causam quae cunctarum vim rerum habet tutricem & continentem: veteremque esse sermonem à maioribus proditum, inter omnes homines uniuersa tum ex Deo, tum per Deum constituta fuisse, atque coagmentata: nullamque naturam satis instructam ad salutem esse posse, quae citra Dei praesidium suae ipsa demum tutelae permissa sit. & in fine libri, postquam plura Dei nomina recessit, equidem inquit necessitatem ipsam etiam, nihil aliud quam Deum dici censuerim & intelligi: cui *ἀνάγκη* ex eo nomen est, quod natura quaedam sit immobilis. Eundemque *ἐμπεδωμένη*, id est fatum, dictum à serie rerum cōserta, inoffensoque tenore procedente. Quod alio nomine *πεπρωμένη* ideo appellat ut, quod ab eo omnia terminata sunt, ac nihil in rerum natura infinitum sit. Quin & *μοῖραν* id est fortem, appellatum eundem Deum à partitione rerū dixerim: & *νέμεσον* quasi potestatem diuinam, eius quod visum est cuique distributricē. *ἀδραστεῖαν* etiam, quasi quandam causam natura comparatam, quam fallere nemo queat aut vitare. *ἀδραν* denique dictum, quasi semper existentem. haec Aristoteles ibi quae etiā refert Phrinutus vel aliis cornutus, libr. 2. *θεοείας δὲ τῆς ἤδ' θεῶν φύσεως* capite *δὲ μοῖραν*, de parci.

7 Sunt istae leges quae fata aliquibus dicuntur caelestibus & terrestribus à Deo datae: sed non omnes eodem modo, aut perpetuo, aut absolute, aut in omnia subdita: quaedam ex supposito, quaedam ex re ipsa, & in certam materiam effectum, habent. neque quae ita ordinem etiam acceperunt inuincibilem in seipsis, praeccludant viam auctori & legislatori, quin in illis dispensare possit, & si opus sit mutare queat eadem potestate qua statuit libera.

Quare opinio doctissimorum antiquorum dicentium, omnia fato peragi, & quicquid in mundo gestum est, & geritur, & geretur, olim definitum & fixum esse, habereque immobiles causas rebus inter se nexis, & inexpugnabilem necessitatem, ridetur ab Arnobio<sup>c</sup>, cum id Deo applicatur. nam hinc supplicationes omnes tollerentur, cum tamen inquit supra illud omne potestas Dei est. Rursum<sup>d</sup> *nec de fato*, inquit, *quisquam aut solatium capiet, aut excuset ut euentum sit fortis fortunae: nam & tamen mens libera est, ideo actus hominis non dignitas indicatur. Quid enim aliud est fatum, quam quod de vno quoque nostrum Deus factus est? qui cum possit praescire naturam, pro meritis & qualitatibus singulorum etiam fata determinat. Ita in nobis, non genitura plectitur: sed ingenij natura punitur.*

8 Ordo, dispositio, visque elementorum habet suum perpetuum ordinem, sed mixtiones, alterationes, corruptiones, variant in indiuiduis illa vim, vel temperant, vel firman, vel ei obsistunt: inter res voluntas Dei operatur aliquando absolute, aliquando per causas & ex conditionibus secundum quas vult res considerari, ut *serua mandata vis ad vitam ingredi.*

p. Lib. 7. contra gentes.  
d. Lib. 8. aduersus gentes.

z. D. Mat. thae. 19. v. 17.

Dat.

Dat media Deus per quae & priuatam vitam meliorem facere quis potest, & publicam causam in melius promouere, quae si omitteretur, sentiret ut priuati, principes quoque, in statu personae suae, & in causa publica detrimentum, & ita ut ait Ammianus Marcellinus<sup>a</sup> verum est quod quidam opinatur, fatum vinci principis potestate, vel fieri.

Et quia Deus auctor omnium, ex arbitrio res moderatur, dispensat aliquando pro sua singulari bonitate supra legem communem quam dedit rebus creatis, quibus vitur aliquando ut instrumentis suae voluntatis ordinariae, interdum ut extraordinariae, vel precibus piorum hominum & supplicum inclinans, vel ob alias causas iustissimas nobis incognitas: ut ideo admoneamur & priuati & principes ad Deum recurrendum esse in priuatis & publicis: quia ipse dat potestatem & adimit quando vult, & rebus & personis.

9 Et ita ipse necessitatis naturalis auctor & gubernator idque ei fatale nempe ex arbitrio gubernare. Quod & pulchre ostendit Aeschylus in Prometheus, sic enim Prometheus ibi chorum affatur.

Τέχνη δ' ἀνάγκης ἀδρεςτέρα μακρῶ.

- Chorus. Τίς ἐν ἀνάγκης ὄσιν διακοσμήσας;
- Prometheus. Μοῖραι τεῖμορφοί, μνήμονες ἐρινύες;
- Chor. Τῶτων ὄσιν ἄρα Ζεὺς ἀθανάτοτερος.
- Prometh. Οὐκὲν ἀν' εὐφύροισι τὴν προπετωμένην
- Chor. Τί γὰρ πῶτε πάλαι ζῆνι, πῶτε ἀεικρατεῖν
- Prometh. Τῶτ' ἐκ ἀν' ἐν πύθοιο, μὴ δ' ἐλπιᾶσαι,
- Promet. *Ars longe est debilior necessitate*
- Chorus. *Quis est necessitatis gubernator?*
- Prometh. *Parce triplices & memores Erinnyes.*
- Chor. *His ergo Iupiter impotentior?*
- Prometh. *Non sane illae effugerunt sortem.*
- Chorus. *Quid est Ioui tam fatale quam semper imperare,*
- Prometh. *Hoc tu iam non audies, ne inistes.*

Hieremias<sup>b</sup> hanc Dei potestatem mutandi omnia ex sua voluntate, exemplo figuli apertissime ostendit. *Verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino dicens. Surge, & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea. Et descendi in domum figuli, & ipse faciebat opus super rotam. Et dissipatum est vas quod ipse faciebat è luto in manibus suis: conuersusque fecit illud vas alterum sicut placuerat in oculis eius ut faceret. Et factum est verbum Domini ad me dicens. Nunquid sicut figulus iste non potero vobis facere, domus Israel, ait Dominus? Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israel. Repente loquar aduersum gentem & aduersum regnum, ut eradicem & destruam & disperdam illud. Si poenitentiam egerit gens illa à malo suo quod locutus sum aduersus eam: agam & ego poenitentiam super malo quod cogitavi facere ei, & subito loquar de gente & de regno, ut aedificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam: poenitentiam agam super bono quod locutus sum ut facerem ei. In quibus paucis mirabilia colligimus, Deum ex arbitrio ut figulum ex terra, omnia condentem & renouantem sub cursu rotæ solis & seculi: & in ea rotatione,*

b Ca. 18. suae prophetia.

plantare, euellere & reformare gentes & regna, prout sibi videtur illos dispositos esse, & se subiicere misericordiae & voluntati Dei: & omnia quae agit argui non posse à creatura, cur ita faciat. Quod et ante  
 a ca. 45. v. 9. per Esaiam expressit<sup>a</sup> vel contradicit fictori suo teste de Samyis terra.  
 N unquid dicit lutum figulo suo, quid facis? & opus tuum absque manibus est? & qui dicit patri quid generas? & mulieri, Quid parturis?  
 b ca. 9. v. 20. Idipsum obseruauit D. Paulus ad Romanos scribēs<sup>b</sup> ob homo, inquit, tu quis es qui respondeas Deo? nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? an non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam: Quae impossibilia etiam inter homines esse dicuntur, Deo possibilia

c D. Matth. sunt.<sup>c</sup>

ca. 19. ver. 26.

Quis negabit necessitatem à Deo impositam Soli, perpetuo rotandi & circueūdi orbem, vt impossibile censeatur natura hunc remorari: at quanto certius est hunc stetitisse, et lunam, immobiles à cursu per spatium vnius diei, quo tempore Deus duo miracula, fecit exterminando reges Amorheorum et eorum regna, et diem geminā s, vt eius ministri Iosue et viri qui cum eo pugnabant, possent diutius

d Iosue c. 20. prosequi victoriam à Deo præparatam<sup>d</sup>.

Quis ignorat maris & fluminum perpetuam volubilitatem & cursum continuum: & tamen certissimum habemus dum potentiam Pharaonis regis Aegypti voluit Deus confundere, & suos de manu eius eripere, naturam aquarum tunc immutasse ad tempus, & vtrinque stetitisse, vt viam siccam facerent Israelitis: quemadmodum & tempore Iosue postea Iordanis præbuit iter sicco pede per medios fluctus, & steterunt aquae descendentes in loco vno, & ad instar montis intumescentes apparebant procul<sup>e</sup>.

e Exodi. cap. 14. vers. 21.

f Iosue cap. 3.

ver. 15. & seq.

g Exod. c. 7.

h 4. Reg. 2.

i Matth. 14.

ver. 25.

k Exodi 15.

l 4. reg. 2.

m Daniel. 3.

n numero ca.

o Iona cap. 1.

& 2.

Declaratio & intelligentia eorum quae tribuenda sunt vel non sunt celestibus corporibus, cometis, astris, stellis, eclipsibus & prodigijs, naturali aut supernaturali via.

### C A P. I X.

**A**Rdua certe & perdifficilis controuersia corporum celestium in se riora influentium: difficilior adhuc & pene incomprehensibilis

bilis: vera eius resolutio, vt pote nobis in medio mundi nempè in punctulo eius in terra conuersantibus, à qua tot millibus statorum distant, & separantur admirabiles illi coelestes ignes, & siderum pulcherrima, & efficacia, nec sine causa creata à Deo corpora, purus ille aether, motus & circuitus eorum omnium, quae regio nunquam a nobis adita nec visa, nec plane intellecta continet. Concedimus quidem nobis multa esse per experientiam & obseruationem maiorum & aurore primorum & secundorum & hosce sequentium parentum, veluti cognita & probata: sed num ita semper obseruanda sint, num causae coelestes naturae & effectus eiusdem modi semper & in futurum talia sint, nec nobis cognitum imo incertissimum est.

Quin & calculus inter astrologos annorum & situm astrorum, non habet consensum firmum. Imo alij non coelum moueri circa terram, sed terram circa solem rationibus conati sunt persuadere, aliaque absona de stellis, vt docuimus alibi in syntaxibus li. 8.

Atque Aegyptij existimarunt ortum solis & occasum variatum, vt inde oriretur vnde occidat: & contra occideret, vnde oritur. & Herodoto referente in 2. illos id. bis accidisse inter decem millia annorum, obseruasse.

Conueniunt omnes ferè, inferiora regi à superioribus, sed quae sint illa, & quomodo, & quandiu, & an necessario, an semper, & vbi, non est expeditum definire.

Alij dixerunt natura propria coelestium omnia inferiora affici, moueri, & regi, generari, & corrumpi.

Alij ab intelligentijs, & spiritibus, et superiora, et inferiora gubernari, et duci.

Alij mundum ipsum esse dixerunt, et animal, vt et Plato in Timogputarunt et Platonici orbem stellas maximè erraticas, animalia rationalia: idem et Aegyptij, vt habetur in lib. 9. de secretiore, et diuina sapientia secundum Aegyptios c. 6. quod opus tribuitur Aristoteli.

Vt et terram quidam et omnia casu, quidam ordine naturae, quidam Dei prudentia quod verius est agi, viuere, moueri, et mori dixerunt. Ex quorum sententijs, et opinionibus tam varia, et contraria sequuta sunt in hominum mentibus, vt nulla videatur pars vel minima coelestium rerum quae possit resolutiue, aut verè proferri. Omnia enim quae in mentem singularum extra fidem, et veritatem christianam venire potuerunt, coniecturas, et quaedam probabilia visa sunt habere, et affectas, et sectatores sibi fecerunt in rebus tam arduis, quae solius Dei authoris; et creatoris cognitioni apparent: et cuius opera, vel ea ratione quia eius sunt, humanae notioni penitus sunt incomprehensibilia, nihil enim est tam exiguum, vel pusillum eius opus, quod possit animo hominis comprehendi, aut lingua expeditè declarari, vel manu excellentissimi quauis artificis delineari, vel figurari, imò nec ab ipsis angelis qui intellectuali potestate, longè hominibus præstant, et opera illa coelestia, et inferiora intellectu lustrantes, sola admiratione opificis cognitioni multo maiore humana illustrati, ea omnia solum contemplantur. Et vt ait Iob. capite 28.

*Sapientia abscondita est ab oculis omnium viventium, Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locum illius: ipse enim fines mundi intuetur, & omnia quae sub caelo sunt, respicit, qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in mensura, quando ponebat pluuiis legem, & viam procellis sonantibus. Et tunc vidit illam, & enarrauit, & preparauit, & inuestigauit: at dixit homini, ecce timor Domini ipsa est sapientia: & recedere à malo, intelligentia. & Sapientiae. c. 9. ver. 9. Tecum Deus, Sapientia tua quae nouit opera tua, & quae adfuit tunc cum orbem terrarum faceres, & sciebat quid esset placitum oculis tuis, & quid directum in preceptis tuis. & versiculo decimo sexto Salomon addit, Difficile existimamus quae in terra sunt, & quae in prospectu sunt, inuenimus cum labore: quae autem in caelis sunt quis inuestigauit?*

*Et rursus Ecclesiastes. c. 3. ver. 10. & seq. Vidi afflictionem quam dedit Deus filiis hominum, ut distendantur in ea. Cuncta fecit bona in tempore suo, & mundum tradidit disputationi eorum, ut non inueniat homo opus, quod operatus est Deus ab initio usque ad finem.*

3. Sed ut pauca exempli loco delibemus ex syderum, & caelestis architecturae incertitudine, vel dubitatione, prodeat controuersia de his quae sensibus apparere cuique videntur, & tamen non modicam habent controuersiam, ut facile concludere possimus dubitationem maiorem esse in effectibus, quorum causa non apparent sensibus.

Fuit itaque opinio Epicuri, & sequacium, solem, & reliquas stellas non maioris magnitudinis esse, quam videantur: quam sententiam & firmat Lucretius libro quinto de rerum natura,

*Nec nimio solis maior rota, nec minor ardor*

*Esse potest, nostris quam sensibus esse videtur. &c.*

Et de qua re tamen controuertitur & disputatur, apud Ciceronem secunda Academica. *Quid potest, inquit, esse in sole maius, quem mathematici duodeuiginti partibus confirmant esse maiorem, quam terram: quantulus nobis esse videtur mihi, quidem quasi pedalis: Epicurus etiam putat minorem esse, quam videatur, sed non multo. ne maiorem quidem multo putat esse, vel tantum quantus videtur, ut oculi, aut nihil, aut non multo mentiantur.*

Et rursus idem libro primo de finibus. *Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in geometrisque perfecto.*

Diogenes Laertius etiam in Epicuro,

*Τὸ δὲ μέγεθος ἡλίου τε καὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων καὶ μὲν τὸ πρὸς ἡμᾶς, ἡλιώ-  
τον ἔστιν ἡλίον φαίνεται. &c. solis, & reliquorum astrorum magnitudo quod ad nos attinet tanta est (inquit Epicurus) quanta videtur. &c.*

Aristoteles autem primo Meteorum, & de insomniis ait hic falli nostros sensus.

Plinius libro secundo, capite decimo quarto colligit lunam esse minorem caeteris planetis, quod inquit, non videatur intra quatuordecimam partem solis, id est, nisi post quatuordecimum gradum: erraticae autem stellae, videantur post septem. Sed hoc falsum dicit Ptolomeus. Nam decimo tertio libro magnae compositionis scribit, Saturnum oriri à coniunctione Solis decima prima parte, Iouem decima

decima: Martem undecima & scrupulo 30. Venerem quinta: Mercurium decima: unde sequitur non omnes oriri septenis partibus, si verum est quod Ptolomeus colligit per arcum visionis planetarum.

4. Posset & addi controuersia quantum distet Sol à terra, quod certe multis laboribus perquisitum est: & cum consentiant, id quod videtur aerem esse, non quintam illam substantiam & aethera: per longissima miliaria diffinire, riderem saepe si aude-rem, nisi me sentirem eo adigi ut si contrarium sentiam non possim ipse mensuram aequare, & proinde in re incerta licitum est cuique mentiri, dum non timet inueniri posse agrimensorem qui velit ad solem usque ascendere mensuram referendae causa.

Acutissime certe vident astrologi, qui usque in tam longa spatia metas solis diuersas constituere norunt.

5. Quemadmodum cum dicunt Lunam distare à terra 107250. fere miliaribus quae faciunt Leucas 53625. ut ait Leupoldus Austriacus, quem sequitur Mizaldus lib. 2. cometographiae. cap. 2. omissa Plinij opinione.

6. Immorarer diutius in recensendis altitudinibus planetarum horum & aliorum, ex quibus & multi fata se iactant regnorum colligere, verum expectandum erit ut consentiant omnes astrologi de ordine seu prioritate & posterioritate, secundum positum eorum: sine qua resolutione non arbitror posse quicquam de eorum altitudinibus & distantis definire.

Mundum quippe planetarum septem, Plinius libro secundo capite sexto, facit solem, ut syderum caeli & terrae rectorem, animum, mentem, naturae regimen, lucis ministrum, temperatorem anni.

Plato autem in Timaeo, secundum facit post Lunam Alcino etiam libro de doctrina Platonis capite decimo quarto supra terram primum ponit Lunam, postea Solem, tertio luciferum, & sacrum post Mercuri sydus vltimum Saturnum.

Item Aristoteles libro de mundo, Solent facit secundum: veltustiores vero hoc ordine collocarunt planetas, superiorem primam Saturnum, secundum Iouem, postea Martem, quartum Solem: quintum Venerem, sextum Mercurium, septimum Lunam. Posteriores vero qui annotarunt crebras coniunctiones solis cum Venere & Mercurio, & tamen nullam eclipsin Solis animaduertent, duos illos supra Solem locados censuerunt ut Plato & Aristoteles. At Ptolomeus in Almagesto, & Cicero in somno Scipionis contra, ut antiqui numerant, & quibusdam etiam adhuc posse colligi probabiliter illos infra solem esse sitos: vter autem illorum super alterum collocetur, nulla certitudine deprehendi potest, ut liquere potest propositione prima libri noni epitomes Almagesti Ptolomei, & Macrobioli. 9. Saturnal. c. 19. vbi etiam ridiculum fere quod nugatur ex Ptolomei lib. de harmonia, genethliacos hominum & rerum, & regnorum colligere causas, ex malitia, & felicitate astrorum, videlicet per numeros

quibus benefica, vel malefica stella sibi aptentur: cur tamen illi implexus talem vim quam prædicant, sortiantur, non aperit.

a li. 6. de præparatio. euangelica. c. 8.

7 Non erubuit Bardassanes Cyrus, ut scribit Eusebius Pamphilus, improbare regulas illas astrologorum, diuidentium in climata, & partes Zodiaci, & angulos planetarum terram tribuentes illis ideo certos mores. Quia inquit, extra regiones illas in aliis similes sint leges. Dehinc quod in vno angulo, & variè sint leges. Demùm quod aduētū Christianismi illi aboliti sint mores vbiq̄ue, vt neque postea villo præmio, aut pœna, vel necessitate, genethliaci christiani vbiq̄ue potuerint inuiti à fide dimoueri, quanuis pateretur corpus illorum.

8 De cometis forsitan maiorem certitudinem habeo: quis dicere audebit, certè minus. Quia nec planè constat inter mathematicos, sint ne stellæ, seu sydera: negat quippe ferè maior pars esse tum quia stellæ incedant sub signifero, cometæ verò in septentrione sua præcipuè loca habeant, & libentissimè in via lactea. Item quòd stellæ non decrecant, nec extinguantur, cometes verò splendor nō maneat idem, nec magnitudo eadem recedentibus, sed ab initio maiores videantur, & paulatim postea decrecant, donec extinguuntur. Itè quòd crines cometarum per statum ventorum quatantur, & impelluntur illam in partem qua ventus fertur. Sunt & rotundæ visu stellæ omnes. videntur autem ignes inæqualiter circumfundi cometis, minù que fixas quis dicere possit stellas, cum illi certo non stent loco.

9 Atq; isti putant qui ita disputant, cœtas fortuito gigni ex halitibus famosis exactè siccis, qui à solis, & stellarum radiis attrahuntur, & penetrant aeris frigidam regionem, donec peruenerint ad supremam, vbi incenduntur, & pro modulo exhalationum, quantitate, & densitate, vel leuitate generantur phasmata, cometæ diuersarum specierum, prout pabulum ignis disponitur, quod flamma sequitur, et tandiu durat, quandiu consumatur. hinc trabes, lampades, chasmata cæli, et alia de quibus nos lib. 35. syntaxon artis mirabilis. capite vigesimo quarto. Plinius libro secundo, capite vigesimo sexto, vigesimo septimo, 28. 29. 34. 35. 36. et alij quos in prædicto loco obseruauimus.

Quidam non ad illum halitum referunt illas visiones, sed ad congressiones radiorum duarum, vel plurium stellarum, et ideo dicunt cometas in stellas dissolui visas, vt Anaxagoras, et Democritus. At Heraclides existimauit non halitum esse qui accendatur in causa cometarum, sed nubem sublimem in sublimi luce accensam: ita et Xenophanes dicit eos esse motus, statûsque flagrantium nubium.

Pythagorici contra, seu philosophi Italici non tumultuarium ignè, sed ex stellarum numero dixerunt esse cometas, quæ non semper, sed statutis temporibus, et per certa interualla à nobis videri possint.

Aliquibus autem aliter placuit, neque fortuito illos cometas accendi, neque inter æternas stellas numerari, sed esse nouum opus Dei, præuium magnarum cladum & horribilium casuum, quòdque diuinitus aboleatur sanctum munere suo.

10 Eadem ignorantia versatur in cæteris apparitionibus cœlestibus quæ quotidie nobis quidem apparent, sed qualia sint, quæve sint

sint eorum vires, & causæ effectuum, non planum nobis, nec peritissimis mathematicis est. statuimus solis & radios, eiusque corpus videmus, sed quale sit eius corpus, & quid sit, non constat: quin & ad eius aspectum caligant oculi obtusiores, & alij audacius dixerunt corpus eius esse saxum, aut candentem massam nō minus ridiculè quam securè, nemine existente qui eò peruenerit, vt potuerit veritatè eius rei nobis referre.

Maiorque disputatio de corpore lunæ, quam corpus quidem opacum, & illustrari solis lumine dicunt, sed quid illud corpus sit, & cuius naturæ nihil certi docent.

11 Misceatur & in hoc luminari fabulæ, & mysteria quæ referre longum esset: nec ad institutum sermonem facit. maximè quòd fabulantur Iudei, vt refert Músterus in libro qui messias christianus dicitur, ab initio fuisse æqualis claritatis lunam, & solem donec illa conquesta est de collega, quòdque Deus non potuisset facere duos soles, & ita humiliatam fuisse à Deo, & iussam esse minoris luminis: quod & nituntur colligere ex verbis Geneseos, *Fecit Deus duo luminaria magna, & postea dictum sit, luminare maius, & luminare minus.*

12 Ex quibus, & propemodum aliis infinitis, iam incertitudo artis astronomiæ, siquidem ars dicenda est, nos admonet regnorum & rerum publicarum mutationes, ex astrorum & cœlestium motu variatione, & influxu pendere non posse, & vanam esse, defectuosam & inanem hæc in causa constitutionis necessitatis, & ipsos astronomos, & personarum, & rerum publicarum genethliacos à republica esse pellendos, vt pote qui ex istiusmodi euentis euulgatis, ingenia hominum quæ facilia sunt ad dissentiendum, ad coniurationes, præditiones, defectiones, et rebelliones concitent, et instruere videantur ad ea, de quibus antea nihil cogitauerint, nec ad cogitandum mentem intendere ausi fuissent.

Et merito anno ab vrbe condita Roma 720. Agrippa ædilis factus, astrologos & præstigiatores vrbe eiecit, vt ait Dio. Cassius a li. 45. histo.

Pari modo Vitellius imperator factus, omnes astrologos vrbe expulit, et edixit vt intra certum diem, quam ipse edixerat, ex omni Italia excederent, quanquam illi tunc de nocte contra diem in tabulis præscriperunt, intra quam excederet de vita, et is ante eam diè mortuus fuerit, adeo putabantur rerum euentus futuros præcognoscere, vt ait Xiphilinus ex Dione in vitellio.

Dum prædicitur Babylonij regni destructio Esaiæ capite quadragesimo septimo, quod profitebatur, & sibi promittebat perpetuum imperium ex astrologorum supputationibus quibus abundabat, obiicitur illi hæc diuinationis temeritas, & inde ruina proxima, *Sta* (inquit, versu duodecimo) *cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior. Defecisti in multitudine consiliorum tuorum: stent, & saluent te augures cœli, qui contemplantur sydera: & supputabant menses, vt ex eis annunciant ventura tibi. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos, non libe-*

rabunt animam suam de manu flammæ &c.

Succurrunt versus Sibyllæ lib. 3. Oraculorum extantium, de bonis & piis agens

Ούτε γὰρ ἡελίου κύκλιον δρόμον, ἔτε σελήνης  
Ούτε πελώρια ἔργα μέεμνῶσι κτ' γαίης:

& postea

Οὐδ' ἐμύθον μῶραν ἀμείβεται ἔχθρας ἐμύθων,  
Οὐδ' ἐπὶ χαλδῶν προμαντῖα ἀσραλογῶσιν  
Οὐδ' ἐμὴ ἀσρονομῶσι, τῶ γὰρ πλάνα πάντα πέφυκε  
Ὅσα μὲν ἀφρονες ἀνδρες ἐρευνῶσιν κτ' ἡμῶν  
Ἄρχας γυμνάζοντες ἐς εἰδ' ἐν χρήσιμον ἔρχαν.

id est

Boni neque circulem cursum solis neque luna.  
Neque ingentia opera, quæ circa terram errant,  
Neque sermonem stultorum ventriloquorum,  
Neque prædictiones Chaldaeorum ex astris legunt,  
Neque astrologantur. Hæc enim omnia errores sunt  
Quæ certe insipientes hominum inquirunt circa diem  
Animas exercentes in opere nullius usus.

13 Iniuria cælo irrogatur, si regnorum destructiones, seditiones, clades, bella hominum in summa scelera ab illo pendere, & fatalem necessitatem accipere, dicamus magnum dedecus cælo, si eius stellæ influant latrocinia, homicidia, & huiusmodi, impiumque dicere malas stellas cum Deus quæ fecit, valde bona fecerit. <sup>a</sup>

<sup>a</sup> Genes. cap. 1. ver. 31.

Irrogatur & Deo: si enim necessitas tribuitur stellis, nulla potestas, nullumve indicium Deo relinquatur: sequeretur & alia blasphemia, Deum esse crudelem & impium, si pro delictis quæ necessitas vitare non permitteret, damnarat homines & male imperaret vitare mala, quæ euitari non posse sciret, per seque esse statuere bona, quæ quis facere necessitate prohiberetur. Et si bene constitutas republicas sanctas, necessitate dissolvere videremus, malas autem sustineri quia ita cæli constitutio esset, quid amplius dicendum superesset, quàm inanes omnes esse leges perperam magistratus, perperam curam & solitudinem principum adhiberi, fœdera facere, Deum colere, illi supplicare. imo vt vno verbo loquar, quid interesset inter Plantas, animalia, & hominem, nihil ferme quam figura si omnia elementari- bus & cœlestibus constitutionibus tantum temperarentur.

<sup>b</sup> lib. 2. ca 7. in fine & lib. 27. cap 3.

Hinc quantum excellentiæ, & maiestati Dei quoque detrahetur, imò quid superest, nisi dicant astronomi quod & quidam scelestissime dixerunt, non est Deus alius, quàm mundi hæc cœlestis necessitatis fatalitas, vt & Plinius dixit idem esse quod naturam. <sup>b</sup> Lucretius, Epicurus, & alij, eius impietatis asseclæ. Ex quo dogmate, rursus, & necesse erit esse, desilire in profundissimum impietatis abusum, nullum esse Deum, neque ipsam naturam: quia id quod Deus dici meretur, est omnipotēs, neque sub operib. subiicitur: quod

quod si subiiciatur, non ipse, sed sua opera, quia potentiora Dei nomen potius mererentur. Atque si dicamus naturam Deum, dicemus Deum illum impiissimum qui bonos, bonaque à malis non distinguat, sed necessitate sua pares illos faciat. Quæ omnia cum omnino abhorreant à ratione qua homo insignitus est, & quæ lumine naturali ad distinctionem boni, & mali inducitur, & donatus est à Deo Optimo Maximo tam singulari intellectu, debet nos compellere fieri, fatales illas necessitates cœlestes regnorum & principatum, aut hominum non esse causas mutationum, aut subuersionum quæ in republica adueniunt. Quare apud Hieremiam <sup>a</sup> Audite verbum quod <sup>b</sup> locutus est Dominus, super vos domus Israel. Hæc dicit Dominus, iuxta <sup>c</sup> vias gentium nolite discere, & à signis cœli nolite metuere, quæ timent <sup>d</sup> gentes, quia leges populorum vana sunt.

<sup>a</sup> Hierem. 10. <sup>b</sup> ver. 1

Rursum, si stellarum & cœli causæ, essent regnorum mutationes & stabilita, auferretur à Dei maiestate, & potestate: etiam id quod dictum vere est, per me reges regnāt, & similia, quæ ostendūt nō esse potestatem ab alio quàm à Deo, vt docuimus antea in necessitate principatus.

<sup>b</sup> Proverbia. rum. 8. 15.

14 Nihil prohibet adhuc, quin conferamus in his prædictionibus, vel cœlestibus causis, id quod agere cum eo quod recipere dicitur actionem, & patitur. num proportio aliqua sit vt respublica patiens possit esse idonea materia ad suscipiendum effectum agentis, quod agere dicitur, est cœlestium circulorum, motuum, & astrorū, concursus: vnde dicunt fieri aliqui mutationes has in republica. materia porro. et patiens est respublica, constans populo, et principibus seu rectoribus, et subditis.

Hæc materia composita est, et habet vnum corpus civile, constans societate hominum, homines constant anima, et corpore actiones societatis illius humanæ ex voluntate, et non voluntate: ex moribus regulatis, & legibus, vt vinculis, ex beneficio, et pœna. Quod disponit hæc omnia, animus est, mens intelligentia, ratio, experientiæ obseruatio: nulla verò est proportio substantiæ corporei, et incorporei. Quauis enim anima cum corpore iungatur, et faciant vnū hominē, tamen aliud est corpus hominis, aliud anima hominis: quod apparet in solutione animæ à corpore. Influxus porro cœlestes corporales sunt, quia à corporibus procedunt naturaliter.

In corpore itaque influere hominum possunt, quia composita illa sunt ex elementis quatuor: at in animas hominum non influunt, quia corporales non sunt, nec obnoxia interitui, aut mutationi illi cui subiiciuntur corpora, anima principium quidem habuit, sed non est habitura finē, quia immortalis, quia spiritus sine cōpositione cōtrariorū, cuiusmodi tamē constat corpus. Itaque corpus, in quo constat, & participat ex corruptibilibus partibus, ex motu cœli, incrementis, decrementis, morbis, corruptioni, & interitui, seu dissolutioni corporali obnoxium est, & passionibus cœlestibus, naturalibus

expositum: vt & frigori, calori, & similibus: at animus in sua substantia, non maior, non minor, non frigidus, non calidus, aut aliis corporalibus qualitatibus subiicitur per se. Quare nulla proportione cœlestibus mundi affectibus supponitur, nec necessariò ab illis regi directo potest. Quare respublica, eiusque administratio, quæ pendet ex animi ratione, & intelligentia, non pendet ex necessitate, seu natura cœlestium astrorum, aut motuum.

Et quanquam admitteremus nasci hominem, & corpus generari, vel concipi sub certis constellationum thematibus, tamen nemo dicet animam sub ea constellatione nasci, quia & nõ nascitur, sed creatur, & infunditur simul, & semel, vbi corpus sua habet perfecta, ad eã recipiendam organa: ita, creatio est ex non ente, hoc est, non est ex præexistente materia, siue corporali, siue spiritali: proinde non subiicitur materiæ cœlesti.

15 Sed si regna & reges cū constellationibus orirētur & interirēt, cū stellæ habeāt tā rapidū cursum, vt nec notari possit, vt explicatur apud Gellii. <sup>a</sup> accideret & citius interire respublica, quàm formatæ essent, vel mutarentur per singula momenta, vt stellæ mutantur erraticæ, & aliæ quæ sunt in cœlo stellifero. Fieret etiam, vt quia omnes stellæ superiores sunt maiores (vt dicunt) ipsa terra, & ita respectu cœtri, seu puncti terræ saltem, per hemisphærium inspiciunt subiacentē terram, vt vnum tantum generarent imperium: & si plura possunt simul generare, plura quoque eodem modo: & cū adueniret fatū ex illorum coniunctionibus contrariis, sequerentur vt omnia dissoluerentur simul & semel, & eodem modo: quod tamen quàm falsum sit, ipsa rerum experientia docere potest. & proinde antecedens constitutio astrorum fictitia potius videtur, quàm aliquid fatale adferre terris.

16 Adferamus aliam rationem, qua regnorum fatum, vel rerū publicarum mutationes à cœlestibus constitutionibus necessariò sequi non posse putamus, quæ à singularibus & partibus quæ respublicam constituunt perueniat ad vniuersitatis, & totius conclusionē constat, vt non semel diximus respublica, & ciuilibus societas, singularibus personis, ad faciliorem viuendi modum in vnum consentientibus. Cæterum singulares personæ possunt euitare singulares influxus superiorum cœlestium corporum, per prudentiam, & sapientiam à Deo illis concessam si velint vti. multò magis reipublicæ corpus, quod constat ex illis personis, & habet prudentiores, vt principes & magistratus moderatores, poterit ab iisdem declinare, & respublicam suam contra quædam, quæ possent occasionem soluendæ, vel mutandæ societatis dare; tutissimè saluam, tectamque si velint conseruare, neque igitur vlla necessitas dicetur eius rei, quæ euitari possit.

Nos etiam id docuit Ptolomæus antesignanus astrologorum, in I. parte operis tripartiti capite tertio. *Pronosticatio*, inquit, *animam applicat, & attrahit ad rerum adhuc longinquarum frequentes memorias. Ita quòd eas iam pro constanti, & præsentis habeat, & suauiter ad cuiusque rei receptionem applicat.* Nec æstimadum quòd superiora procedant.

cedant super sua significata inuitabiliter, velut ea quæ à diuina dispositione contingunt, & quæ nullatenus sunt euitanda, nec non quæ veraciter & ex necessitate contingunt: atque his posse obuiam iri, probat ex apostematibus naturaliter agentibus, quibus medicamento obuiam iri potest. Et quod natura magnes ferrum atrahat, verum non trahere, si aliis vngatur. Mirabile quod ait Salomon, quem nihil latere quæ astrologiæ sunt putandum, dum ait *Deus patrum meorum & Domine misericordie qui fecisti omnia verbo tuo, & sapientia tua constituisti hominem vt dominaretur creatura qua à te facta est.* Ita & Ptolomæus in centiloquio dixit etiam, quòd sapiens adiuuat opus Stellarum.

18 Testatur insuper per Dei veracis testimonium Deutero. c. 4. vers. 19. Dominum Deum creasse cœlum, Lunam, & alias stellas cœli, non vt obseruemus vt numina: sed in ministerium cunctis gentibus quæ sub cœlo sunt.

Et cœlum quidem est vniuersalis causa rerum inferiorum sibi subditarum, vt ait Aristotel. <sup>b</sup> quia necesse est mundum inferiorem gubernari à superioribus & consentit D. Augustinus <sup>c</sup> Inferiora inquit & crassiora à sublimioribus subtilioribusque quodam ordine reguntur atque mouentur, verum motus cœli tanquam instrumentum & secunda causa, voluntate Dei tanquam virtute primæ causæ, agit in inferiora iuxta eundem D. Augustinum <sup>d</sup>.

18 Pluribus rationibus D. Thomas docet quòd corpora cœlestia non sunt causæ voluntatum & operationum nostrarum, <sup>e</sup> quibus & concludi potest, regnorum & rerum publicarum mutationes vel institutiones, quæ ex voluntatibus & actionibus populi & regentium sequuntur non fieri.

Et primum voluntas in parte intellectiua est, <sup>f</sup> nullum autem corpus quale & syderum, agit in aliud nisi per motus, vt ait Aristoteles <sup>g</sup>. Neque mouetur quòd magnitudine, inquit, caret.

Sed ea quæ sunt in intellectu sunt extra motum omnino, vt idem docet <sup>h</sup>. Ibi que, & paulo post docet animam fieri prudentē & scientē non per motū, sed per quietē, Idemque ait <sup>i</sup>, Nihil moueri nisi corpus. Et proinde oportet id quòd impressionē recipit, corporale esse, aut corpus, vel virtutem corpoream. Intellectus vero neutrum horū est.

2. Omnis electio, est actualis volitio, quæ causatur immediatè ex apprehensione intellectu, quia bonum intellectiuum est obiectum voluntatis <sup>k</sup>. Tum quia peruersitas in eligendo non provenit nisi intellectus iudicium deficiat in eligibili <sup>l</sup>, at corpora cœlestia nõ sunt causa intelligentiæ nostræ.

3. Si ex impressione cœlestium voluntas & electio fierent, sequeretur vt nostra opera naturaliter fierent, sicut ex impressione, & quæ animalia faciunt: quòd tamen non fit, vt docet Aristoteles <sup>m</sup>.

4. Si naturali illa influentia fierent & solueretur principatus & respublicæ, certis mediis fierent omnes huiusmodi & eodem modo: at illæ variis modis & fiunt & dissoluuntur. vnde non naturali influxu.

5. Quòd naturaliter fit, fere semper recte fit, deficit enim natura in paucioribus: at tales perfectæ imò variæ & imperfectæ & turbatæ

<sup>a</sup> Sapientia e. 9. ver. 1. & 2.

<sup>b</sup> Meteorum. c. 3. de Trinitate. c. 4.

<sup>d</sup> Tomo tertio, episculo 139. & 3. contra gentes, c. 88. c. 11. parte 9. 115. & lib. 3. contra gentes, c. 85.

<sup>f</sup> Aristot. 3. de anima. 1.

<sup>g</sup> 8. Physicorum circa finem textu 83.

<sup>h</sup> 7. Physicorum. tex. 20.

<sup>i</sup> 6. Physicorum. textu 86. & sequentibus.

<sup>k</sup> Aristot. 3. de anima textu 51.

<sup>l</sup> Aristot. 7. ethicorum. c. 5.

<sup>m</sup> 2. Physicorum. textu 49.



nascuntur & aliquandiu subsistunt & finiuntur respublicæ.

6. Virtutes continēt respublicas, vitia dissolunt. At hæc non natura, sed per assuetudinē accidūt nobis, vt ait, Aristotel<sup>2</sup>. Neque etiam impressio corporea inducit electionem boni & mali, quæ in virtutibus est. Sunt & leges propositæ quibus temperantur respublicæ, & ex quarum contemptu dissoluntur.

7. Si singulis momentis mutatae constellationes, fata diuersa & hominibus tunc natis & rebus publicis tunc institutis, vel vt loquuntur fortunæ diuersæ sequantur, cur non plures principes eodem die, in eodem loco non nascuntur? cur & plures respublicæ sub radiis eiusdem signi non nascuntur vel pereunt? vel si hoc necessarium est expectare coniunctionē illā, cur reges ex generatione sibi succedūt aut alio modo per electiones? nonne per vniuersum orbem idololatria fere subuersa est; quod potuit ibi fatū resistere vbi volūtas Dei fuit?

8. Si cœlum animi voluntates cogeret, iaceret philosophia, pietas, artes, nulla esset virtus, non fructus laborum, non puniendi improbi, non admonendi vel instigandi desides. Et si necessitate factorum hæc fierent, & ventura essent prospera vel aduersa vnicuique hominum, & necesse esset hæc me agere et te illa, quid opus est cura aut labore confici, vt ait Eusebius<sup>b</sup>. Et Origenes super Genesim.

9. vt dixi alias subuerteretur omnis religio, et Dei potestas, si omnia necessitate agerentur, et frustra ad vota, ad supplicationes, ad pœnitentiam, ad cilicium ieiuniāne perueniretur, si non prodesse.

19. Patet itaque errare et decipi, eos qui casus, mutationes, et mala aut subuersiones principatum, regnorum et rerum publicarum referunt ad cœlestia fata, ad coniunctiones, naturas, influxus stellarum, crinitarum seu cometarum, Solis Lunæque defectus. Vt et alias docui in Syntaxibus<sup>c</sup>: hanc astronomiam quæ de moribus negotiisque humanis, quæ à iudicio et voluntate pendent hominum, reprobari merito. Neque nos ad aliter sentiendum mouere debet, quod impressiones aeris mirabiles quidem et raræ aliquando præter consuetum modum appareant: quia illas quidem præter consuetum, sed non præter naturalem modum et causam accidere, constat. Monstra, prodigia, fulgura, cometae, et his similia quæ imperfecta mixte nominantur, fiunt naturali conflatione in elementis, neque ex illis influentiis superioribus quæ nullam causant imperfectionem. Alioquin dæmones qui permissu Dei in his corruptibilibus potestatem exercent, et maleficæ quæ accitis dæmonibus corruptiones et alias tempestates excitant, in sublimioribus incorruptibilibus corporibus potestatem haberent, quod est impossibile. Sic apud Iob.<sup>d</sup> Eliu sapiētiam Dei solius prædicans, ait, *Ausculta hæc Iob, sta & considera mirabilia Dei, nunquid scis quādo præcepit Dens pluuiis, vt ostenderent lucem nubium eius? nunquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scientias?* Et c. c. 38. ipse Deus exprobrat hominibus in persona Iob. curiosam et temerariam cœlestium et terrestrium indagacionem, vt pote omnia ignorantibus, et vers. 31. *Nunquid coniungere valebis micantes stellas Pleiadas, aut gyrum Arctura poteris dissipare,* Et c.

b. Lib. 6. de preparatio. euan. c. 5. & seq. 6. 7. 8. 9.

c. lib. 8. Syntax. c. 52.

d. Cap. 37. v. 14. & seq.

20. Sed neque astra corrumpunt, sed conseruat inferiora: omnium enim syderum vires bonæ sunt ac salubres. siquidem corpora cœlestia in suis naturis sunt perfecta & incorruptibilia, absque omni contrarietate. Quod et eorum motus circularis demonstrat, cui nihil obstat, sed semper inuenitur regularis & vniiformis. Quare superiores causæ semper efficiunt, nunquam autem deficiunt, inferiorumque corruptionis causam præstant nullam. Contra naturam quippe esset, per incorruptibilia astra, causari inferiorum rerum corruptionem. Et nihil magis naturæ repugnat, quàm vt ipsa suum excidium moliantur. Sicut docet Picus Mirandulanus<sup>a</sup>. Neque obest, quod frigidis stellis prædominantibus frigida elementa inualescant, quibus si frigidarum & humidarum accedat concursus, aduenit vt cataclysmo mergatur terra. Nam hic absurdum elementares qualitates cœlo tribuere, quibus caret, quamuis habeat calorē cœlestem. Deinde 2. absurdum id, quia planeta inferior non imperat cœlo superiori, secundum D. Thomam<sup>b</sup>. Et tertio loco, inuoluentia cœlestium non potest esse causa inferiorum malorum quibus subuertitur res publica, quoniam malum non habet causam per se, sed incidit ex alicuius causæ defectu, qui defectus in astris non reperitur.

Quarto cœlum stellarum in tellurem cæteraque elementa vniuersimiter æqualiterque influit. non enim existimandum est vt inæquali vi inferiora respiciat, quasi vni inuideat, alteri faueat, tametsi inæqualem vim ostendit & diuersum effectum operetur, quod euenit ex qualitate & dispositione corporum, non ex stellarum variatione, alioquin omnis effectus ex stellis proficiscēs, cum in vna regione cōtingeret, in omni euenire necesse esset. Ita indifferens est cœli motus omnibus inferiorum rerum motibus etiam inter se contrariis. eodem enim modo terra descendit, & ignis ascendit, aer flat aqua fluit. Rursus elementa sibi subiectas materias indifferenter mouent etiam diuersimodi, ignis indurat limum, liquefacit cæram: aqua extinguit carbonem, incendit calcem: Aer mediantibus solariis radiis denigrat cutem æthiopsis, & albificat telam lini.

21. Cæterum ne dum vitamus superstitiosam illam syderum inquisitionem, incidamus in impietatem, & ordinem à Deo constitutum syderibus & cœlo & elementis, vim efficaciam et necessariam naturalem causam reicere videamur: operæ pretium erit, modum inter sententias vtrasque, inter abusum astrorum & cœli, et detractionem eius operationis, considerare. Sunt enim opera Dei admirabilia omnia et perfecta: et inter cætera hæc mundi fabrica ita digna obseruatione, vt per opus eius ordinatum et præclarum, ad contemplationem opificis Dei facile perducamur. *Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentū.*<sup>c</sup> Et iterum David<sup>d</sup>, *Quoniam videbo cœlos tuos, lunam & stellas, opera manuum tuarum quæ tu fundasti, Deus.*

Non sunt damnandæ res, non artes, propter abusum qui procedit ex temeritate & iniquitate, aut malitia abutētium. Pulchra vtilisque admodum hominibus vera syderum cognitio, & ex illis naturalis & secundum illorum naturam & vim à Deo constitutam, futura elicita

a Lib. 3. contra Astrologos c. 14. & 21. & lib. 5. de prauotione c. 9. & 10.

b 3. contra gentes c. 85.

c Psal. 18. vers. 7. d Psal. 8. v. 4.

præcognitio : at extra terminos ad quos Deus optimus Maximus ea constituit trahere, iisque abuti omnino temerarium, & damnabile: aut ita necessitatem tribuere effectibus, & causis syderum, & cœlestium, ut nulla dispensatio & potestas relinquatur Deo, vel hominibus, qui ratione utuntur, nullum super sit ad Deum, vel ad intelligentiam, vel prudentiæ remedium, & refugium, blasphemum, & sceleratissimum. Non minus etiam alienum à veritate, sentire ita omnia quæ cœlo, & stellis, & elementis producuntur, vel apparent, esse naturalia, & ordinaria, ut præter communem ordinem, & naturam nobis cognitam, nihil possit in eis à Deo imprimi, & demonstrari, vel fieri. Cum constet in manu artificis esse suum opus regere, & augere, vel minuere prout illi videtur, & nihil esse supra Deum quod possit eius voluntatem, & arbitrium prohibere, vel eius voluntatis effectum.

22 In primis itaque liquet, corpora hominum quæ ex quatuor constant elementorum mixtione, & temperamento elementorum naturis esse obnoxia, incrementaque, & decremента, ut alia corpora sentire, & habere, & quæ inde ex discrasia eorundem sequuntur, pati: veluti morbos, ætates, & senium, mortem, frigus, calorem, & similia, quæ corporibus compositis, & mixtis communia sunt, & habent causam aliunde, nec sunt in potestate hominis, nec propria suæ naturæ, sed alterius communis qualis generatio, augmentatio, & corruptio, ex causa determinata. quemadmodum nec in potestate hominis, sed habent extra hominem causam, quæ à Deo destinatione eius, à casu, vel à fortuna, seu extra propositum agentis eueniunt, vel vi maiori, cœlesti, vel humana sunt contingentia. Sunt enim proprie in nobis, & in nostra potestate, quæ ex voluntate nostra pendent: nam voluntas habet in nobis causas non extrinsecas, ut ait etiam Cicero de fato: & hinc principia operationum nostrarum, in quibus habet locum electio, & consultatio, et artes, ut quædam sunt mixta ex his quæ sunt in nobis, et ex eis quæ extrinsecus: ut actiones nostræ, quæ ex voluntate fiunt quidem, sed possunt per extraneam causam impediri, seu vi extrinseca diuina vel humana potentiori. Quædam etiam non sunt ex nobis, sed tamen habent causas, & occasiones ex his quæ sunt in nobis: veluti retributiones actionum nostrarum, bonæ vel malæ, in seculo, vel præsentis, vel futuro. item corruptio, & mors, ob nostram præuitatem, & scelus, seu peccatum etiam primi parentis, ut omnia

a in tomo 2.  
syntaxeon in  
lib. 4. c. 37.

b lib. 2. c. 21.  
& 26.

c li. de natu-  
ra hominis. c.  
29. 30. 31.

d 1. parte. 9.  
215. articul. 4.  
& lib. 3. con-  
tra gentiles. c.  
85.

explicauimus alibi<sup>a</sup> ex Iohanne Damasceno<sup>b</sup> & ex Nemesio<sup>c</sup> & aliis. 23 Proinde, licet directò corpora cœlestia non imprimant in voluntatem, indirectè tamen nostris electionibus occasionem dant, ut dum in corpora extranea imprimunt. Sicuti quia ex dispositione cœlesti aer corpus infrigidatur, eligimus calefieri, & agere quæ conueniunt tempori. Item secundum quod imprimunt in corpora nostra, ad quorum immutationem. insurgunt nobis motus passionum aliqui, vel per eorum impressionem afficimur habiles ad aliquas passionibus: sicuti cholericus est habilis ad iram, dum nobis infirmantibus eligimus accipere medicinam. Occasiones tamen hæ, vel exteriores, vel interiores impressiones, non necessitant electiones, quia possumus resistere, vel obedire, ut scribit D. Thomas.<sup>d</sup>

Ante

Ante primum peccatum hominis, homo poterat si non peccasset viuere sine corruptione & morte: post peccatum autem adjudicatus morti, cum qua adjudicatione continentur ea omnia quæ mortis & solutionis corporis & animæ sunt præmia & concomitantia, ut morbi, corporæ afflictiones & corruptiones. Et ita, statutum omnibus hominibus semel mori<sup>a</sup>. Et hoc euitari nequit fatale & necessarium, quin aliquando non eueniat. Obnoxiusque est elementaribus mutationibus in corpore, & pronus ad peccata ab eo tempore quo in imperfectionem decidit ex statu innocentie.

Qua etiam de causa Deus, armauit omnem creaturam ad ultionem inimicorum<sup>b</sup>. & peccati: & quæ erant subdita homini à Deo, propter Dei transgressum mandatum ipsum hominem affligerunt iuxta verbum Domini<sup>c</sup>. Sic tres hostes homini facti sunt: caro propria, mundus, & dæmonia, aduersus quos est nobis oblectatio: & qui nos, nisi accurate nobis prospiciamus remediis à Dei bonitate relictis, sibi subiiciunt, & nobis imperant succumbentibus, corpore eiusque affectibus dominantibus. Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissentiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia<sup>d</sup>. Qui carne ducuntur hæc agunt. qui Spiritu vero ducuntur, illa opera mortificat, & superant, & producunt fructus spiritus, qui sunt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas<sup>e</sup>.

23 Et ut ad singularia cometarum & eclipsium perueniamus, Admittamus communem de eorum generatione sententiam, & effectus consideremus, quomodo à corporalibus & à corporibus hominum ad actiones eorundem peruenire possint, ut doceamus non ex necessitate inde mutationes actionum hominum fieri aut rerum publicarum, sed per consequentias quæ euitari possunt. Materialis cometarum dicitur ordinaria causa ipsa arida æstuosaque exhalatio, solis & stellarum energiea, quasi vehiculo affatim sursum acta, quæ ubi viam semel est adepta summa continenter petens pabulum cometario incendio idoneum subiicit, non nihil oleaginosa, vel ut cumque compacta quo diutius dissipationi resistat, & crinitis constantius nutrimentum præbeat. Et quia non propria vi ascendit, sed trahitur materia ab stella aliqua, illi subiiciatur necesse dicunt: et fortiri prærogatiuas et vires stellarum et signorum sub quibus ardent et micant. Ex his sequitur æstus et vredo: quia multitudo aspirationum calidarum feriatim sursum ascendit, ubi consumuntur et aer repletur, humiditasque illinc pellitur. Quare sata et plantæ tenellæ, vruntur, et vineæ. Item interdum pluias magnas in pluuiosis stellis, et in humido signo ventos portendunt. quia exhalatio ventorum sursum fluit. Et post extinctum cometam multum conuoluitur per aerem, apertis meatibus terræ solutis claustris errabunda vagatur. Exhauriuntur fontes à cometis quoque. quod terra halituosum et pinguiusculum pabulum multum suppeditet cometis longo tempore, ex quo alioquin denfato, aquæ nascerentur. Accedit et annonæ inde penuria,

a Ad He-  
braos c. 9. ver.  
27.

b Sap. 11.  
c Gen. c. 3. v.  
17. & seq.

d Ad Ga-  
lat. c. 5. v. 19.  
& seq.

e Gal. 5. v.  
22. & seq.

a Aphor. 63.  
Sectione 3.

quod terra: tot exhalationibus sursum missis ex fuggatur: idcirco sic-  
cior, neque habet unde pabulum aeri ad pluuias subministrandas  
tribuat, unde humiditudo penuria infœcunda euadit. Quare cometa et  
famis et pestis nuncius. Nam quæ siccos habent uteros non concipi-  
unt defectu humiditudo, ut scribit Hippocrates. Morbi vero & pestis,  
quia ex acre circumiacente salubris pendet vita, & delatis cometæ  
tempore sursum omnigenis halitibus & venenatis, aër inficitur, re-  
torretur, & facile per meatus percurrit corporis, unde morbi acuti,  
humoresque cum sanguine aduruntur, viciantur, & labascunt. Bella  
porro per illos cometas signantur, quia anima secundum quædam,  
maxime dum non capit ea quæ sunt spiritus, & non dominatur affe-  
ctibus, sequitur temperamentum corporis: corpus autem tunc in  
temperatura confunditur, vritur, miscetur cum humoribus, & bilis  
facile insensibilis, incandescit per eam aeris constitutionem, idque  
nec solum per annum quod videntur, sed etiam per sequentem. unde  
ex illa bili, ira, seditio, discordia, pugna tandem, dum passiones illæ  
ab animo & ratione non temperantur. ira enim brevis furor est. nisi  
animi imperio compescatur. Sicuti ætate ad venerem quidam pro-  
ni sunt, dum caloribus stimulantur: alij dum aromatis & manenti-  
bus semen pascentur, & sic de similibus. Quod autem cometa regum  
quoque mortem & principum signare dicatur, interdum diuinam habet  
considerationem: quia sæpe Deus peccata populorum in regibus vin-  
dicat, & ideo quia misericors illos admonet, ut serio de discessu secum  
cogitent. Est & ratio physica, quia cum aeris corruptio tanta sit, ut  
morbos inferioribus generet pestiferos, tum & rex ut populus pe-  
riclitatur, sed quia principis mors celebrior, ideo de illo signanter  
presagium habetur.

24 Quod ad eclipses luminarium pertinet magnorum, solis et  
lunæ, raro quidem accidunt, sed non præter naturales causas: et ideo  
illarum significationes, scientibus non tam mæstrosæ ac ceteris cau-  
sarum ignaris habentur.

Terra superatur magnitudine solis multis partibus: luna autem,  
quæ est ut dicunt Mathematici maior quam dimidia sit pars terræ,  
iisdem vagatur spatiis quibus sol, atque etiam tum subiecta, tum  
opposita soli, radios eius & lumen obscurat: tum ipsa incidens in  
vmbra terræ, cum est à regione solis, interpositione interiecta ue-  
teræ repente deficit. ut scribit Cicero. Plinius. *Ceterum or-  
bes implent destinatas vires, inquit Quint. Curt. Lunaque deficit cum  
aut terram subit, aut sole priuatur.* Defectus ducentis viginti duobus  
mensibus redire in suos orbis certum dicunt: solisque defectum non  
nisi nouissima primaque luna fieri, quod vocat coitum: lunæ autem,  
non nisi plena: ut ait Plinius. Hoc est, ut explicat ibidem Iacobus  
Milichius, eclipses non possunt in Zodiaci puncto accidere, nisi  
post 222. menses: tanto enim tempore circulus draco, suam efficit  
reuolutionem, atque redit ad illud punctum in quo antea eclipsis  
facta est. quidam legunt in Plinio, 225. mensibus, ut Martianus Ca-  
pella qui illum locum transcripsit, quidam 228. mensibus. Ceterum  
si totus draco redeat à puncto in punctum 225. mensibus in singulis  
mensibus.

b 2. de natu-  
ra deorum.

c Lib. 2. c. 10.

d lib. 4. de ge-  
stis Alex.

e lib. 2. c. 13.

mensibus motus eius erit vnus gradus & 30. minorum. porro si  
228. mensibus cum Ptolomæo perfici dicas, singulis mensibus vno  
gradu & 34. minutis mouetur. sic in 18. annis & 9. mensibus redeunt  
defectus in suos orbis. Et Ptolomæus: demonstrat Lunæ defectum  
fieri posse mense quinto à priore solis, aut septimo: & ibidem con-  
firmat solem in diuersis partibus terræ bis in mense posse deficere.

Lunaris eclipsis terminos ponit Ptolomæus, gradus 15. & 12. mi-  
nuta. Albatagnius 14. gradus & 43. minuta.

25 Quæ omnia & habent causas naturales, & suis temporibus re-  
deunt. Quæ quando fuerint olim non observatæ, & apud illos apud  
quos non fuerunt cognitæ immiserunt in corda hominum & pau-  
rem præsentis & futuri status rerum & personarum. Quemadmo-  
dem & ignara eclipsium lunarium antiquitas lunam & solem puta-  
bant veneficiis affectos laborare. & ob id crepitu dissono se illis au-  
xiliari dicebant. eiusque erroris fuit Pindarus & Stesichorus ut nar-  
rat Plinius: Meminit Plutarch. in vita Æmilij, cum venisset, inquit,  
nox & à cæna reuersi essent ad somnum & quietem, luna tum plena &  
sublimis, repente cepit nigrescere, & ubi lux eam defecit colorisque  
mutauit prorsus euanuit, Romanis ut mos est, lumen eius tinnitu reuo-  
cantibus ignisque multis tadis & facibus ad cælum tollentibus, &c.  
Aliud Iuuenalis de garrula muliere loquens.

-- Verborum tanta cadit vis,

Tot pariter pelues & tintinabula dicas

Dicas: iam nemo tubas atque æra fatiget

Vna laboranti poterit succurrere lunæ.

Et Ouidius.

-- Aut sub candore rubenti,

Cum frustra resonant æra auxiliaria lunæ.

Nicias quia nesciuit causas eclipsis ortæ, Atheniensium res & o-  
pes afflixit eo territus, vixque etiam Anaxagoras quin occideretur à  
populo fuit seruatus à Pericle, cum in carcerem fuisset coiectus quod  
disputasset de motibus siderum. copiose Plutarchus in vita Niciæ.  
Apud Græcos namque primus ut scribit eodem loco Plinius, ratio-  
nem defectuonis vtriusque luminaris inuestigauit Thales Milesius  
Olympiados 48. anno 4. anno ab vrbe Roma condita 166. prædicto  
solis defectu qui sub Astyage factus est. Prædixerat & illum Ionibus,  
quod & scribit Herodotus.

Protulit autem in vulgus rationem defectus vtriusque luminaris pri-  
mus Romæ Sulpitius Gallus, qui consul cum M. Marcello fuit, sed  
tum erat tribunus militum secundæ legionis, sollicitudine exercitu  
liberato pridie quam Perseus superatus à Paulo Æmilio est, in con-  
cionem ab Imperatore productus ad prædicendam eclipsim: mox &  
composito volumine.

26 Claudius Cæsar etiam, cum solis defectus futurus esset natali  
suo, veritus ne quis inde tumultus fieret, publicè edidit, non modo  
futurum deliquium, sed tempus, qualitatem eius & causas cur id esset  
necessario euenturum. causæ hæc adiectæ luna infra solem siue  
proxime ei subiecta, siue Mercurio etiam Venerique supposita, mo-

a lib. 6. ma-  
gna composi-  
tionis c. 6.

b lib. 2. c. 12.

c 4. Meta-  
morphos.

d Plin. lib. 2.  
cap. 12.

e lib. 1. c. 6.  
I. de diuinitio-  
ne.

f Plin. lib. 2.  
c. 12. Lirius  
lib. 4. decadis  
quinta.

uetur in longitudinem, & altitudinem, quemadmodum cursum videntur habere suum: & præterea etiam in latitudinem quod Soli nequaquam conuenit. Proinde luna si respectu aspectus nostri recte sub Solem veniat, ac infra eius radios currat, splendorem eius hominibus aliis magis, aliis minus occultat. non enim obscurat, nimirum cum semper Sol proprium lumen obtineat, & ita luceat aliis quibus Luna non opponitur, vt solem obtegat. Luna vero deficit quoties è regione opposita soli, quod ei in plenilunio accidit (sicut soli deliquiū in coniunctione) in vmbra terræ quæ habet metæ seu turbinis figuram, incidit. Fit hoc cum in medio latitudinis suæ luna mouetur, ac tunc luce quam à Sole accipit destituta, ipsa per se qualis sit apparet.<sup>a</sup> Notandum tamen est, nō in omni oppositione fieri Lunæ defectum, sed cum opponitur in punctis caudæ, ac capitis draconis, in nodis, ad quos quotiescunque Luna redit tempore cōiunctionis, aut oppositionis fiunt eclipses. est enim quædam intersecatio circuli eclipticæ, circa quam Luna multiuagos flexus propter obliquitatem signiferi facit: Sol enim nunquam ab ecliptica discedit: deflectit autē luna, in Aquilonem, & austrum, vt annotat Iacobus Milichius<sup>b</sup> motus nodorum eclipsium singulis mensibus non plus vno est gradu, vt idem ait Milichius.

Et hæc certè sunt propinquæ, & naturales causæ eclipsium, & aliæ diuinae cometarum, quæ per physicos exponuntur: quibus nec repugnare par est, quæ quanuis non possint integram causam proferre, & docere, tamen vtcunque admonent ex ordine naturæ quanuis raro accidere.

Neque contendam tamen in istis esse quædam, quæ quia inassueta sunt, terrere meritò possint homines, & euentus quoque indicare insolitos, vt & ipsæ eclipses non sunt annuatim aut cometæ apparentes, admitteremus & mutationem eorum quæ ordinario tempore fiunt: mutationem necessariò significare euentuum.

Aliter enim Sol hyeme, aliter æstate, aliter vere, aliter autumno corpora & nostra, & aliarum rerum afficit, aliter & cum est supra hemispherium nostrum lucens, aliter dum demergitur in inferiores partes terræ.

Aliter Luna noua crescens, & decrescens à Sole afficitur, & illa in corpora inferiora influit, vt necessum sit dicere aliter quoque subiecta corpora inferiora se habere, dum per eclipsim Sole viuifico priuantur, & eo modo quo priuantur, vel omnino, vel pro parte deficiente, & in eo loco vbi subtrahitur.

Et id ipsum de Lunæ radiis secundum vim sibi inditam: non minus quàm si corpus, quod anima viuificatur deliquium patiat subitò animi: ex quo tanta affectio sequitur læsionis, vt ex momento vno, quo destitutum est animo qui se retraxit à suo opere, sequatur infirmitas. & veluti langor etiam restituto animo, qui testatur quantum incommodi attulerit illa subtractio etiam breuissima.

Diuina quædam est vis, vt ait Ioachinus Camerarius, libro secundo de ostentis, quæ vniuersa administrat, regit, informat, & efficit: quæ

a. Dio Cassius lib. 60.

b. in. 10. lib. 2. Plinij.

cit: quæ quæ diu nobis noto & consueto ordine progreditur, omnia sunt placida, & tranquilla.

Quòd si quid aliter fiat, vel exorbitet, instare videtur casus quispian pro illius nouitatis natura, cum videmus tres Soles, cometas, fremitus nubium, ignes volantes, aerisque inconstantes & præter morem solitum impressiones, ea scimus vnde sint per aliquas causas: at non vltra progredimur, quare potius hoc anno quàm in alio. Et si recurramus ad sydera, ignoramus cur illa potius hoc anno & tempore, quàm alio illa efficiant: cum semper idem fuerit cælum, eadem terra, eadem stellæ, idem aer. Scio nos coniecturis duci, & obseruationibus: sed quantæ sint fraudulentæ & fallaces illæ obseruationes cogimur experientia post prædicta fateri.

Dixerunt Astrologi sæpe, & fere semper post deliquium Solis, impressiones in aere fieri, & cometas, & tamen nos sæpe cometas sine deliquio Solis vidimus, & deliquia Solis sine cometis subsequentibus. & famem, & pestem sine illis, terræ motus improuisos. Et contra ex cometis, & Solis, & Lunæ deliquio, multa sequuntur, quæ præter consuetum ordinem ex causis non ordinariis proueniunt. Atque id negare & inficiari esset prorsus amentis, nec sentientis hominis. Admittimusque multa tunc temporis accidere, quæ vel directò, vel per obliquum infinitas, & acerbis inferunt mortalibus calamitates. Verum nostra est disputatio, an ex illis constitui possit fatum, vel mutatio rerum publicarum, & regnorum per necessitatem inuitabile.

26 In quo dicendum puto, in cælo, & aliis elementis, & in animalibus, aliisque naturæ operibus inueniri signa futurarum calamitatum, sed aduersus illas relinqui plerunque quædam remedia. Dixi plerunque, siquidem aliquando decreta Dei eius generis sunt, vt reuocari non valeant, quia ipse ita irreuocabilia constituit.

Sunt autem illa signa vel secundum causas naturales propinquas, vel præter naturam ex diuina potestate posita noua apparentia sine causa naturali, vel cum causa naturali, sed alio ordine aut alio tempore quàm communi.

Sunt & aliquando signa ex rebus quidem naturalibus, sed non secundum ordinem, aut mixtionem naturalem apparentia, aut operantia.

Signa quæ secundum causas naturales fiunt propinquas, habent interdum, & plerunque effectus iuxta illas tantum causas propinquas, eosque quoque naturales: aliquando habent significationem ex causis remotis, & effectus non naturales significant.

Signa in Sole, & Luna, & astris, & aliis rebus ex causis propinquis habere docentur effectus ordinarios: & qui prævideri possunt: vnde & prælagia naturalia non improbata, sed ex humana prouidentia, scientia, experientiaque edocta: ex quibus & cautio aduersus ea quæ nocere possunt, sapienter adhiberi potest. Sic creauit Deus Solem, & Lunam, & fecit illa luminaria in signa, & tempora, dies, & annos. Geneseos 1. versu decimoquarto. Illa signa videntur esse duplicia, nempe eorum quæ sequuntur ex constitutione cæli, & eorum quæ extra illa habent venturorum temporum admonitiones. Quod vi-

detur Dominus explicare. <sup>a</sup> Et accesserunt ad illum Pharisei, & Sadducei tentantes, & rogauerunt eum ut signum de caelo ostenderet eis. videmus signum ibi Phariseos quæres, non de illis quæ secundum naturam sunt signum de caelo, sed confirmationem venturi, vel existentis Messie, & illud signum, quod notandum, de caelo fieri petunt. respondit autem Christus etiam de duobus præfagiis naturalibus, & extra naturam ex signis caeli. *At ille respondens ait illis, factò vespere dicitis, serenum erit: rubicundum est enim caelum: & mane, hodie tempestas erit: rutilat enim triste caelum. Faciem ergo caeli diiudicare nostis, signa autem temporum non potestis. Generatio mala, & adultera, signum quærit: & signum non dabitur ei nisi Iona Prophetæ.* Fuit illud signum Ionæ, figura sepulturæ, & resurrectionis Messie, <sup>b</sup> Apertè etiam & idem Dominus <sup>c</sup>, dicebat ad turbas, *Cum videritis nubem orientem ab occasu statim dicitis, nimbus venit, & ita fit. Et cum Austrum flantem, dicitis, quia aestus erit, & fit. Hypocritæ, faciem caeli, & terræ nostris probare, hoc autem tempus quomodo non probatis?*

<sup>d</sup> Philosophi, & Physici, vt Plinius <sup>d</sup> & Aristoteles <sup>e</sup> abundè sibi tractasse videntur de generatione arcus caelestis, quem Iridem dicunt, aliquando pluuiarum prænuncium, aliquando cessationis pluuiarum, & de arcæ figura, & significationibus, & causis, & coloribus, & fieri Iridem ex refractionibus visus radiis solis cauæ nubi immixtis qui repulsa acie in solem refringuntur. faciunt autem nubes, arcus discolors formam: quia alia parte illæ tumidiore sunt, alia submissiores, alia crassiores, quàm vt solem transmittant: alia imbecilliores, quàm vt excludant, multaque alia naturalis rationis congerunt, & de Iride quæ sub Luna apparet alba valde. Signa euentuû naturalium inde tradunt. Plinius <sup>f</sup> ait contingere sæpe terram quiescentem sub occasum Solis, in quo loco arcus caelestis deiecerit capita sua, & cum à siccitate continua immaduit imbre, tunc emittere suum halitum diuinum ex sole conceptum, cui comparari suauitas nulla possit. Et iterum, & arcus cum apparent duplices, pluuias nunciare, sin pluuiis serenitatem non perinde certam.

Hæc & alia quæ inde significantur norunt Physici, & vnde & quando fiant illi arcus se affecutos putant. verum diuinum signum nos vltra cognoscimus inesse Iridi, seu in arcu caelesti, de quo in hæc verba scribitur Geneseos c. 9. ver. 8. & sequentibus. quæ quia Dei sunt adscribere non pigebit, dicta post sacrificium oblatum à Noacho egresso ab arca cessante diluuiò.

8 Hæc quoque dixit Deus ad Noe, & ad filios eius cum eo.

9 Ecce ego statuam pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos.

10 Et ad omnem animam viuentem quæ est vobiscum tam in volucribus, quàm in iumentis, & pecudibus terræ, cunctisque quæ egressa sunt de arca, & vniuersis bestiis terræ.

11 Statuam pactum meum vobiscum, & nequaquam vltra interficietur omnis caro aquis diluuii, neque erit deinceps diluuium dissipans omnem terram.

12 Dixitque Deus, hoc est signum fæderis, quod do inter me, & vos, & omnem animam viuentem quæ est vobiscum in generationes sempiternas.

13 Arcum

13 Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fæderis inter me & omnem terram.

14 Cumque obduxero nubibus caelum, apparebit arcus meus in nubibus caeli.

15 Et recordabor fæderis mei quod pepigi vobiscum, & cum omni anima viuente quæ carnem vegetat, & non erunt vltra aquæ diluuii ad delendam vniuersam carnem.

16 Eritque arcus meus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fæderis sempiterni quod pactum est inter Deum & omnem animam viuentem vniuersa carnem quæ est super eam.

28 Norunt Agricola, nautæ, physicis edocti rationibus, ex caeli Solis, Lunæ, stellarum, causis tempestatum vel serenitatis causas, & eas ex signis prænunciant ad futuras secundum ea quæ docet Plinius. <sup>a</sup> lib. 18. c. 35. indèque colligunt ad futura tonitrua, grandines, imbres, ventos, fulgura, & similia, quæ & tradunt Virgilius & alij rei rusticæ scriptores.

Per hæc tamen iræ Dei, & iudicij eius signum datur hominibus, & per hæc vlciscitur Deus peccatores. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum faciunt verbum Dei <sup>b</sup>. Deus ambulat super pennas ventorum, facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem <sup>c</sup>, docuitque Virgilius <sup>d</sup>, sub fabula Aeoli, non temere etiam ventos moueri & nisi ad Dei placitum, dum ait.

— Hic vinculis aëolus antro

Luctantes ventos tempestatésque sonoras

Imperio premit: ac vinculis ac carcere frenat.

Illi indignantes magno cum murmure montis

Circum claustra fremunt: celsa sedet Aëolus arce

Sceptra tenens, mollitque animos & temperat iras:

Ni faciat, maria ac terras caelumque profundum

Quippe ferunt rapidi, secum verrantque per auras.

Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris

Hoc metuens: molèmq; & montes insuper altos

Imposuit, regemque dedit, cui fædere certo

Et premere & laxas sciret dare insus habenas.

Sciunt physici causam grandinum & quid significant, at legimus, hæc à Deo in vltionem inimicorum subito excitata contra Adonifedec & socios eius, quos conturbauit à facie Israel, cumque fugerent à facie Israel, & essent in descensu Bethoron, Dominus misit super eos lapides magnos de caelo, vsque ad Azeca, & inortui sunt, multo plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percusserant filij Israel. Pluit etiam Dominus super Sodomam & Gomorrhæam sulphur, & ignem, à Domino inquam de caelo, & subuertit ciuitates has, et omnem circa regionem vniuersos habitatores vrbium, et cuncta terræ virentia.

10 Species caeli gloria stellarum, mundum illuminans in excelsis Dominus.

11 In verbis sanctis stabunt ad iudiciû, & non deficient in vigilijs suis.

12 Vide arcum & benedic eum qui fecit illum, valde speciosus est in splendore suo.

<sup>a</sup> Matthæi c. 16. vers. 1. 2. 3.

<sup>4</sup>

<sup>b</sup> Matthæi

c. 12. vers. 38.

<sup>c</sup> Lucæ 12.

vers. 54. & se

quentibus.

<sup>d</sup> libro. 2. cap.

59.

<sup>e</sup> lib. 3. Me-

teorologicorû.

c. 2. 3. 4.

<sup>f</sup> lib. 17. c. 45.

<sup>g</sup> lib. 18. c. 35.

<sup>b</sup> psalm. 148.

vers. 8.

<sup>c</sup> psalm. 163.

vers. 4. & 5.

<sup>d</sup> lib. 1. Aë-

neid.

<sup>e</sup> Genes. c. 19.

vers. 24. & 25.

<sup>f</sup> in Eccle-

siastico. ca. 43.

u. 10. & seq.

13 *Gyravit cælum in circuitu gloriae suae, manus excelsi aperuerunt illum.*

14 *Imperio suo acceleravit niuem, accelerat corruscationes emittere iudicij sui.*

15 *Propterea aperti sunt thesauri & euolauerunt nebulae sicut aues.*

16 *In magnitudine sua posuit nubes, & confracti sunt lapides gradinis.*

17 *In conspectu eius commovebuntur montes, & in voluntate eius aspiravit Notus.*

18 *Vox tonitruum eius verberavit terram, tempestas Aquilonis, & congregatio spiritus, & cætera quæ sequuntur, ex quibus colligitur quod cælestia etiam naturalia videantur, & secundum naturam datam in creatione agere, tamen naturalia sequi voluntatem Dei. Et dicetur, non esse alligatam Dei potestatem cælestibus, sed illis uti ex arbitrio ad utilitatem aliquando tantum bonorum, & in vindictam malorum non mutata substantia illis imposita, sed actus & effectus cælestium eadem potestate qua creavit dirigendo Dei opera omnia sunt mirabilia & à nobis suscipienda non inquirenda aut excutienda. cur ita facta sint, vel aliter non fiant.*

Inter signa, quæ puris naturalibus alium habuerunt effectum præter naturalem possumus annumerare Solis & Lunæ stationem, donec gens Israel vlcisceretur se de inimicis suis. cum stetit Sol in medio cæli & non festinauit occumbere spatio vnus diei, & non fuit antea & postea tam longa dies, obediens Domino voci hominis Iosue illud deprecante dominum.<sup>a</sup>

<sup>a</sup> *Iosue c. 10. ver. 12. & seq.* Accepit signum sanitatis extra ordinem naturæ à Deo concessæ Ezechias, à Sole per signum eius præter consuetum ordinem, eo in horologio regresso contra cursum institutum per decem lineas seu horas.<sup>b</sup>

<sup>b</sup> *4. regum c. 20. versu. 10. & 11.* In nube & igne in cælo, magnum miraculum populis ad salutem Israelis & signum proximæ desolationis populorum resistentium. Dominus enim præcedebat filios Israel proficiscentes ex Ægypto per desertum, ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: ut dux esset itineris utroque tempore: ita nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem coram populo. <sup>c</sup> postquam egressi fuerunt de mari Israelitici, & persequentibus Ægyptij ingressi sunt post eos, & omnis æquitatus Pharaonis, currus eius & equites per medium maris, in vigilia matutina, respexit Dominus super castra Ægyptiorum per columnam nubis & ignis, & interfecit exercitum illorum.

<sup>c</sup> *Exodi c. 13. ver. 21. & 22. & rursum in c. 14. versu. 23. & sequentibus.* Quid Iohel & alij de signis futuris in Sole Luna & stellis dixerint ante iudicium vltimum & generale mundi, superfluum esset narrare: cum omnibus constet. Sufficiet fateri generaliter, quod tenendum & credendum puto, Deum Optimum Maximum totius creaturæ auctorem, de omni re pro sua bona voluntate statuere posse, & ad agendum secundum proprium cõcessum prius ordinem definitamve prius naturam, vel præter, aut contra eandem. Deus nostro in cælo, omnia quæcunque voluit fecit<sup>d</sup> & confitebuntur cæli mirabilia Domini, ps. 88. ver. 6.

Baruc

Baruc etiam, dum idola ridet, confert virtutem Dei, eamque probat quod Sol, Luna, Sydera iussu Dei obtemperant: & fulgur, & nubes & spiritus ignis etiam emissus de super, ut consumat montes & sylvas, facit quod de super Imperatum est, et versu 66. aliam probationem adiicit, quod idola non sunt Dij: Signa inquit, etiam in cælo gentibus, non ostendunt, neque ut Sol lucebunt, neque illuminabunt ut Luna.

Quia vero hæc signa sunt & à Deo facta, quid sperandum est aliud quam quædam insignis mutatio in terris, cum insignis appareat in nouatio in aere vel in cælis? Stellæ apparere debere in aduentu Messia, ut signum gentibus datum, quod admoneret sua nouitate infideles prædictum antea per Balaam Ethnicum ethnicis & aliis Deo iubente. *Orietur à stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, ibi signum audiamus effectum venturum, post signum, & percutiet duces Moab vastabitque omnes filios Seth. Et erit Idumæa possessio eius: hereditas Seir cedet inimicis suis. Israel vero fortiter ager: de Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis.* Sed dicit aliquis ibi fuit noua creatio stellæ: fateor, & contra ordinem naturalem apparuisse, & recta via duxisse Magos ad locum natiuitatis Christi.

Nec minus miraculum quam quando nato eodem domino illuxit cælum, angeli auditi sunt à pastoribus indicantes locum natiuitatis.<sup>d</sup>

Existimari etiam par est & cometas opus Dei esse, siue naturale sit pabulum eorum siue non, nec in vanum vnquam apparuisse sine aliquo præfatio euentus singularis, & ne longius recedamus, ab eclipsibus & stellarum signis quæ diximus naturali causa operari, inueniemus & eadem à Deo in signum desolationis prædici futura, dum prædicitur vastatio Ægypti futura, inferenda à rege Babylonis, sic enim Deus Ezechielem alloquitur versu. 2. capite 32. *fili hominis, assume lamentum super Pharaonem regem Ægypti, & dices ad eum. Leoni Gentium assimilatus es, & Draconi qui est in mari & c.*

3 *Propterea hæc dicit Dominus, extendam supra te rete meum in multitudine populorum multorum, & extraham te in sagena mea.*

4 *Et proiciam te in terram, super faciem agri adiciam te: & habitare faciam super te omnia volatilia cæli, & saturabo de te bestias vniuersæ terræ.*

5 *Et dabo carnes tuas super montes, & implebo colles tuos sanie tua.*

6 *Et irrigabo terram fætere sanguinis tui super montes, & valles implebuntur ex te.*

7 *Et operiam cum extinctus fueris, cælos, & nigrescere faciam stellas, eius Solem nube regam, & Luna non dabit lumen suum.*

8 *Omnia luminaria cæli mæcere faciam super te: & dabo tenebras super terram tuam, dicit Dominus Deus, quum ceciderint vulnerati tui in medio terræ, ait Dominus Deus & c.*

Et in prophetia Amos prophetæ<sup>f</sup> dū minatur Deus Israeli finem fæcæ, & calamitatem vastationis eius prædixit: addit inter prodigia præcedentia, *Et erit in die illa dixit Dominus Deus: occidet Sol in meridie, & tenebescere faciam terram in die luminis & c.*

<sup>b</sup> *num. c. 24. versu 17.*

<sup>c</sup> *Matth. c. 2.*

<sup>d</sup> *Lucæ c. 2.*

<sup>e</sup> *Ezechiel cap. 32.*

<sup>f</sup> *ca. 8. ver. 9.*

Nec debemus contemnere prodigia cœli, aut terræ quæ accidunt mortalibus eo prætextu quod habeant mixtionem, & compositionem, ut apparet naturalem. Hoc enim decepit Pharaonem, dum persuasus fuit à Magis nihil propemodum fieri à Mose in portentis, & prodigiis quin haberet causam naturalem, qua & ipsi iuuante demone utebantur, vel in apparentia præstigiis volebant persuadere se uti. Et ita obdurauit cor suum in suæ & populi sui ruinam. Exod. capite 7. 8. 9. & 10.

Sed obiiciet quispiam, iam nos paulò ante dixisse, & astronomiam & fatum ex stellis improbari merito, maximè in rerum publicarum, regnorum, & regum mutationibus colligendis, & à signis cœli non esse timendum, nec stellis putandum esse genituras rerum, & personarum constare. nunc autem videmur probare, & signa hæc minari terris, & hominibus dura & acerba quæ inter se pugnantia sint.

At ut omnia in pauca contraham, vtrumque verum est, & iis fidè fati non esse tribuendam: nec timendum esse probis.

Et rursus id verum est quoque. De ipoteftatem admirandam, cū bonitate eius incomprehensibili, in terras immittere hæc signa ex naturalibus & præter naturales causas, ut prænuncia sæpe suæ futuræ proximæque vindictæ: posse etiam ex causis naturalibus corpora nostra pati qualdam inuolutiones, quæ transeunt in animi, & quæ facillè illum concitant ad audenda illo tempore, ad quæ aliud non commouerentur.

Vitare non possumus, quod consensu etiam sacræ paginæ admittitur, dici prodigia, monstra, portenta, signa in cœlo, in terra, in aquis, in igne. Quemadmodum<sup>a</sup> admonet Deus filios Israel, recordari signorum, & prodigiorum magnoꝝ, & pessimorum factorum in Aegypto contra Pharaonem, & omnem domum eius.

<sup>a</sup> Dentero. c. 6. ver. 21.

<sup>b</sup> Psal. 45. ver. 8.

Et Dauid<sup>b</sup> Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram.

29 Quod si à nomine admittatur ratiocinatio, ut receptum est: rectè dicemus ad signorum, monstrorum apparitionem, iudicandum aut expectandum aliquid esse nouum, inusitatum, & procul à communi ordine.

Quæ quauis nos lateant qualia sint, aut futura sunt: & quomodo: tamè ea esse, vel futura negare nõ possumus. & placet quicquid in cœlo, terra, mari, fiat non solito, neque vsurpato more, diuinitus pro signo proponi quarundam singularium consequutionum, & esse veluti symptomata. <sup>c</sup> monstra ait dicta à monstrando, quod aliquid significando demonstrent: ostenta, ab ostendendo: portenta, à portendendo, id est præostendendo: prodigia, quod porrò dicant, id est futura prædicent. Ostentum Labeo definiuit, teste Vlpiano, <sup>d</sup> omne contra naturam cuiusque rei genitum. & Cicero <sup>e</sup> Quia enim ostendunt inquit, portendunt, monstrant, prædicunt, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur.

<sup>c</sup> Augusti- 11. de ciuitat. Dei. c. 8.

<sup>d</sup> in l. ostentum. 38. de verbor. sig. e de diminutione.

<sup>e</sup> idem Cicero. proximo loco.

Et <sup>f</sup> mule partus à te prolatus est: res mirabilis; propterea quia non sæpe fit. Cuius etiã sint illa ostenta, causa sæpe ignoratur, tamè quippiã postea

postea nouum, pro significatione ostenti in lucem venit.

30 Anno domini 1517. in dominio Mediolanensium apparuerunt terribilia portenta, exercitus variorum armorum, equitum & gregalium, quorum vestigia ut & bigarum in puluere remansisse aiunt, & vbi postquam visiones euauerunt nihil compertum aliud quam porcorum grex. Simile apud Bergamum prodigium eodem anno, 1517. apparuit, futurorum malorum & bellorum civilium præfagium, & ibi militem ingentes turbas aciesque armorum apparuisse, tubam auditam, terribilem subitumque tumultum armorum, tanto strepitu ut putarentur infernalium torneamenta. Postea tamen sues grunnientes in loco inuenti, vestigia autem hominum, equorum curruumque conspecta. <sup>a</sup> Simile factum narrat Augustinus <sup>b</sup>, in quadam Campaniæ lata planitie, & Demones pugnantem inter se visos, postque pugnam vestigia hominum, equorum & curruum conspecta, neque multo post ciuiles postea acies nefario prælio conflixisse. Sunt visæ apud Iudæos tempore Machabæorum acies in aere & aliæ alibi, ut diximus.

<sup>a</sup> refert liber g. inscribitur liber Ecclesia. c. 17, de ligatione, & solutione diaboli. <sup>b</sup> 2. de ciuitate Dei.

De remedijs quibusdam aduersus ea quæ præfagire videntur signa cœli,

& prodigia alia.

C A P. X.

Magna certe sunt opera Domini, & scrutator diuinæ maiestatis opprimetur à gloria. Temerarium & valde reprehensibile est, velle de eius operibus arbitrio nostro & cognitione humana, vel melius ex opinione iudicare. Periculosum etiam, admonitiones iræ Dei vel bonitatis contemnere & ita seuros esse; vti admoniti rebus extraordinariis: adhuc in sordibus consistamus. Parient animalia, dum fulgura, tonitrua, tempestates sæuiant, & trepida se vel in specubus, aut latebris continent: deteriores autem illis erunt homines, qui intrepidi ad eadem in Deum non conuertuntur: qui delictorum vulneribus repleti, scire & cogitare debent. post hanc mortalem vitam, aliam futuram vitam, vel mortem immortalem. Monuit quidem Deus bonos, ne timerent à signis cœli, non quidem absolute, quod timeri non debeant: sed quod fidelibus relicta sint remedia per quæ possint eorum effectus euadere, quæ non sunt gentibus & infidelibus concessa, vel quæ ab illis contemuntur: qui uentantum impie necessitatis aliquando eis tribuunt ut euitari nequeant, & ita Dei opem negligentes vel in malitia obdurati sponte, comprimuntur. Qui regnorum principum & rerum publicarum ortum & interitum necessario ad astrorum influentiam retulerunt, in errore suo nullum admittere possunt stultitiæ suæ remedium: est enim illis animus immedicabilis priusquam per euentus contrarios velint nolint respiciant.

Sed neque cum illis mihi negotium esse volo, cū quibus nihil præter

opinionem, inesse video, eamque incertam.  
 At cum his agam qui inter utroque versantur, qui neque arbitrat-  
 tur necessitatem saltem in singularibus hominibus vel regibus, vel  
 ciuitatum, vel rerum publicarum ex signis, & prodigiis quæ quædam  
 generaliter prædicunt esse definiendam: neque etiam asserunt singu-  
 lares homines, reges, vel respublicas, ita securas esse ab influxibus  
 quæ per corpora operantur, ut si non caueant, quin illis iisdem si-  
 gnificationibus inuoluantur: cum ea resolutione ut quæ Dei decreta  
 voluntate statuta sunt, evitari humana arte nequeant.

2 Dicā igitur signa, mōstra, prodigia, significare quidē futura, aut  
 præterita, sed non esse causas eventuum, sed veluti indicia eorū, quæ ad-  
 modum prophetia est quidē prædictio eius quod verē fit: sed id quod  
 fit non fit, ob id quod prædictū, sed prædictū eo quod fieri debebat.  
 item signa non sunt res, sed indicia rerum, vel effectus rerum, ut fu-  
 mus est indicium, quod ibi ignis sit. hederā suspensa, non vinum qui-  
 dem est, sed signum quod ibi vinum venale sit. Plinius hæc eadem,<sup>a</sup>  
 dum de cœli coloribus agit, sic explicat. *Fit & sanguinea species,*  
*inquit, Et (quo nihil terribilius mortalium timori est) incendium, ad ter-*  
*ram cadens inde, sicut Olympiadis centesima septima anno tertio, cum*  
*rex Philippus Græciam quateret. Atque hæc statis temporibus natura,*  
*ut cætera arbitror, existere, non ut plerique variis de causis quas inge-*  
*niorum acumen excogitat: quippe ingentium malorum fuere prænuucia.*  
*Sed ea accidisse, non quia hæc facta sunt, arbitror: verum hæc ideo facta*  
*quia in casu erant illa. Raritate autem, occultam eorum esse rationem. I-*  
*deoque non sicut exortus supra dictos, defectusque & multa alia nesci.*  
 Hæc Plinius.

3 In his cum potestate Dei, & eius bonitas & misericordia sin-  
 gularis notanda cum malos terroribus ad frugem reuocat, ne incauti  
 in delictis opprimantur, & ante se instantibus calamitatibus, parent  
 sufferendis æquo animo. & cum his ad diuinum auxilium, ubi huma-  
 na maximè destituti sunt præcautione, refugiant. Et insuper omni-  
 potentiam Dei cognoscant, obseruent, & venerentur, ut Ninivitæ.  
 Sunt homines quidem fragiles ad lapsum, ab adolescentia ad malum  
 proni, Deus aliunde iustus est, & vindicans impietates, misericors,  
 expectans ad pœnitentiam, & qui tandem nihilominus tarditatem  
 grauitate supplicij compensat: neque ad huiusmodi generales vin-  
 dictas quibus boni & mali inuoluuntur nisi in grauissimis delictis,  
 peruenire solent.

Neque etiam illas infert, priusquam singularibus modis prænun-  
 ciet, ut promoueat adhuc ad conuersionem impios. Et vix vnquam  
 ingens aliquod malum intulit, aut urbem aut gentem aut rempubli-  
 cam oppressit, quin præmonstrauerit: & ut efficacius prædicet, ea quæ  
 demonstrent esse in audita noua admirabilia esse oportet.

Sicque nihil ex eis prætermittit quod commouere ad malorum

futurorum intelligentiam possit. Ideo per Esaiam cap. 5. versu 3.  
 & sequentibus. Deus ait, *Nunc ergo habitatores Hierusalem & viri Iu-*  
*da, iudicate inter me & vineam meam, quid est quod debui ultra facere*  
*vineam meam & non feci ei? an quod expectaui ut faceret vvas & fecit*  
*Labruscas? Et nunc ostendam vobis quid ego faciam vineam meam, aufer-*  
*ram sepem eius, & erit in direptionem, diruam maceriem eius & erit*  
*in conculcationem: & ponam eam desertam, &c.* Et alibi<sup>a</sup>. *Hierusalem a* <sup>Maub. cap.</sup>  
*Hierusalem quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum Gallina* <sup>23. vers. 37.</sup>  
*congregat pullos suos sub alas, & noluisti. Ecce relinquetur vobis do-*  
*mus vestra deserta. Cognoscamus itaque in istis prodigiis prouiden-*  
 tiam Dei, cum eius omnipotentia concurrere, & authorem vniuer-  
 sorum nunquam suam potestatem alligasse creatis, ut præter ultra &  
 contra creatum & constitutum primum ordinem, quicquam non  
 possit. Cum credamus eadem potestate qua condidit & creauit, pos-  
 se recreare & tollere si libeat.

4 Remedium proinde contra tot futuras calamitates antequam  
 aduenerint, ad Deum ipsam confugere, & ab irato Deo ad eiusdem  
 misericordiam prouocare confiteri iuste in nos eundem scire, ma-  
 iora ob delicta nostra demereri: orationibus, supplicationibus, pu-  
 blicis & priuatis insistere, vitæ mores corruptos emendare, manda-  
 ta eius in summa diligenter exequi. Aptissimum exemplum extat in  
 Exodo<sup>b</sup>. Cum enim Deus vellet delere populum ob idololatriam, <sup>b ca. 32. vers.</sup>  
 & dixisset rursus ad Moysen, *Cerno quod populus iste duræ cervicis sit* <sup>9. & seq.</sup>  
*dimittite me ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciām-*  
*que te in gentem magnam Moyses, orauit dominum Deum dicens, Cur*  
*Domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de*  
*terra Aegypti in fortitudine magna, & in manu robusta: ne queso di-*  
*ret è terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui.*  
*Recordare Abraham & Isaac & Israel seruorum tuorum, &c.*

Legitur Amos cap. 7. præuidisse in visione locustæ totius Israel  
 absorptionem Prophetam, & oratione sua eam plagam aliâque pō-  
 stea comminatas auertisse, tandemque capite octano prænucciatum  
 finem regni Israel cum obduratum esset cor eius. Quo tempore ap-  
 paruerunt signa destructionis Hierusalem sub Macchabeis, acies in  
 cœlo per quadraginta dies, & alia prodigia, rogabant dominum om-  
 nes in bonum monstra conuerti<sup>c</sup>, non exaudiuit autem populum  
 Deus tunc, quia non relinquebat abominationes suas.

Sententiam suam reuocauit Deus pronunciatam contra Achab  
 per Eliam, cum ipse humiliatus orationem fudisset, ieiunasset, dor-  
 misset in sacco & humiliatus ambulasset, & translata priuatio regni  
 in filium eius<sup>d</sup>.

Monstra ex intemperie cœli, quamuis ea ex quibusdam causis na-  
 turalibus orientur, & tandiu perseverare debeant naturali commix-  
 tione suadente, quandiu & illarum causa perseverat: tamen suppli-  
 cationibus piorum hominum & pœnitentium adhibitæ, subito eua-  
 nuerunt, & in bonum & felicitæ statum peruenerunt. Quemadmodum



ad orationem Eliaz, cœlum clausum vt non esset ros aut pluuia, 3. Regum capite decimo septimo vers. primo. eiusdemq; oratione apertū. 3. Regum capite 18. vers. 42. Atque cūm Circensibus ludis populus detineretur, & interim imbres crebri deciderent, Theodosius iunior filius Archadij imperator, per præcones denunciari iussit, vt spectaculo, repudiato Deum qui præsentem eos calamitate liberaret, precibus placarent: quod cūm confestim factum fuisset, & litania instituta fuisset, supplicantes processere, laudibus Deum vexere & vna concors ecclesia ciuitas tota facta est, ipsēque imperator medius hymnis canendis habitu priuato incessit: neque eum opinio sefellit: statim enim cœlum aërem turbidum serenitate commutauit, copia & serenitatem consecuta est, vt scribit Nicephor. Calixti. lib. 14. historia cap. 3. Tradit etiam Gregorius Turonensis libro secundo historia Franciæ cap. 34. Auitum episcopum Viennensem scripsisse, Mamertum eiusdem vrbs antistitem instituisse Viennæ primum rogationes, quas ante ascensionis dominicæ triumphum, celebramus. Dum vrbs multis terreteretur prodigijs, & terræ motu frequenti, & ceruorum & luporum feritas, portas sæpe ingressa fuisset per annum, per vrbs errans nihil metueret, incendio pariter graui commoto, quod per orationes omne cessauit. Et proinde hunc morem postea à vicinis, & orbe Christiano vsurpatum rogationum. Et Machabæorum libro secundo capite tertio versu decimo octauo, quo tempore depopulaturus erat thesauros templi Heliodorus, sacerdotibus orantibus, alij gregatim de domibus confluebant: publica supplicatione obsecrantes, pro eo quod in contemptum locus esset venturus, Accinctæque mulieres cilicis, per plateas confluebant. Sed & virgines quæ conclusæ erant, procurrebant ad Oniam & c.

a apud eundē lib. 42.

b Iulius Obsequ. li. de prodigijs cap. 52. c apud eundē cap. 54

5 Apud Ethnicos, apparentibus prodigijs quoque, expiationes adhibita per religiones, sacrificia, ludos, per supplicationes ad aras suorum idolorum, quos deos arbitrabantur: quemadmodum factum est de prodigijs pluribus in cœlo, terræque aduenientibus ante susceptum bellum sociale à Romanis pro Atheniensibus contra Philippum, vt scribit Liuius libro trigesimo primo, & tempore belli Romani contra Perseum<sup>a</sup>, & iterum libro vigesimo quarto, tempore consulatus quarti Q. Fabij, & tertij M. Marcelli, & alijs temporibus. Et L. Cornelio Merula & Q. Minutio Coss. pro prodigijs expiandis nouendiale sacrum factum, & vrbs lustrata<sup>b</sup>. Sub P. Cornelio, Scipione Nasica, & M. Atilio Glabrione Coss. Ieiunium Cœleri est institutum, & nouendiale sacrum, & in diem vnum supplicatio facta. Et capite quinquagesimo sexto, M. Messala & C. Liuius Coss. pro alijs prodigijs adhuc nouendiale sacrum factum, & sæpe alibi pro hisdem prodigijs ex Sybillinis libris supplicatum, & religionibus expiationem factam refert Iulius obsequens libro de prodigijs, cum quo alij permulti consentiunt, quos prætermitto.

Sufficit enim admonuisse, & in hoc deteriores christianos esse ethnicis, dum tantum cœlestibus signis & necessitati effectuum tribuunt vt Deum placare iratum negligant, cum tamen ethnici solliciti

solliciti fuerint prodigijs & signis apparentibus, numen religionibus & supplicationibus placare & auertere diuinā iram, compertumque haberent quod Valerius Maximus ait, libro primo capite sexto. In M. Crasso, quod Deus spreus excandescit, & humana consilia castigari, dum contra monita se cœlestibus præferunt. Cūm enim Deus nobis prouideat, ac res nostræ possint aliter se habere, certe pro rerum nostrarum vsu vtiliter eum adoramus inquit Porphyrius nempe si boni sumus.

6 Deus in salutem & propter vtilitatem hominum creauerat omnia, & omnia ei subiecerat: vt sibi ipse obtemperaret, & omni & puro corde coleret vt dominum & Deum. Vbi autem homo rebellauit in Deum, & mandata eius spreuit, iam mutauit naturam rerum, & armavit creaturam contra hominem: & terra quæ creata erat ad eius voluptatem honestam, spinas & tribulos ei dedit etiam culta Genes. cap. 3. cum fuerunt vero viri pij et Deo consiliati et amici, tunc et cœlum et terra, et omnia animalia in Dei nomine eis inseruierunt. Restituit et dedit Christus Deus Verus et verus homo, ita suis fidelibus eandem potestatem, vt mirari non debeamus, si ipse Deus qui alijs in cœlum et terram et dæmones potestatem et imperandi facultatem dedit, ipse per se eclipsium stellarum, terræ motuum, cometarum, et prodigiorum signa et portenta temperare, moderari, auertere et tollere possit deprecatus. Minatur Deus regnis et regibus maioribus et minoribus, famem, pestem, bellam, subuersionem, exterminium, si mandata eius neglexerint. Nos cūm signa videmus eius iræ, antequam in nos hæc cadant, cauendum et respiscendum: et tunc respiscitibus illa mala conuertentur etiam in bonum, vt liquet ex benedictionibus seruantibus mandata Dei, et maledictionibus non seruantibus prolatis iussu Dei: Deuteronomij capite vigesimo octauo. Sic dedit Deus significationem dilectis suis vt fugiant si velint à facie arcus, Psalm. 59. Et vt ait Dauid Psalmo nonagesimo. *Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur. Dicit domino, Deus meus es tu & refugium meum non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, &c.* Custodit dominus singulariter etiam diligentes se, et prouidentia ineffabili eos à malis communibus ne illis noceant, eximit, propter electionem et bonitatem suam. Vt Loth inter Sodomitarum mala. Genesios decimonono. Et cum percuteret Dominus in noctis medio omne primogenitum in terra Egypti, à primogenito Pharaonis qui in folio eius sedebat vsque ad primogenitum captiuæ quæ erat in carcere et omne primogenitum iumentorum: conseruauit primogenitos Israel ibidem existentes, quorum superliminaria domorum, sanguine agni aspersa erant. Exod. capite duodecimo. Cum iussit Deus exterminari omnem multitudinem ciuitatis abominandam, percussit angelos prohibuit tangere signatos signa Thau in frontibus, gementes et dolentes super cunctis abominationibus quæ fiebant in ciuitate<sup>a</sup>, vidit et Diuus Iohan. Apoc. cap. 7. vers. 2. et seq. <sup>a</sup> Ezec. 9.

angelum ascendentem ab ortu Solis, habentem signum Dei viui, & clamantem voce magna, quatuor angelis quibus datum erat nocere mari & terræ: Nolite nocere terræ & mari: neque arboribus, quousque signemus seruos Dei in frontibus eorum. Neque etiam capillus de capite dilectorum Dei sine eius voluntate perit<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Math. cap. 10. vers. 29.  
Luc. cap. 12. vers. 7. & ca.  
21. vers. 18.

7 Ultra remedium illud quod ab auxilio diuino pendet, & à Dei munificentiâ qui suos diligit, & se vltro volentibus offert gratis, est aliud quod humana prouidentia & ratione acquiri potest, quâ Deus permittit declinari quæ generaliter minatur: maximè, dum à causis naturalibus & cœlestibus influentiis habent inclinandi animos ratione corporum quibus vimur proprietatem aut facultatem. Singna futurorum & effectus non simul apparent: extant quædam semper media & rerum & temporum, per quæ tantum gradatim res efficiuntur naturaliter seu ordine naturæ, quamuis virtute Dei extra naturam statim vt vult Deus effici possint: (dixit enim fiat & facta omnia sunt.) Itaque in tempore medio quo principia signorum docent accelerari euentus, prospicere sibi potest homo & suis & suæ reipublicæ. Veluti dum signa tempestatis futuræ apparent nauæ perit in mari, vel ad portum properat, vel anchoris aliisque remediis nauem suam præmunit contra præuisos impetus: medicus ex prognosticis signis & causis, remedia adfert futuris morbis, vel impedit phar macis vel victus ratione incidere in morbos etiam epidimicos, vel aerem corrigendo, vel mutatione loci, vel aliis quibusdam ei negotio conuenientibus remediis, quæ si conueniente tempore aut loco non adhibeantur, dubitandum non est morbi vim in corpora neglecta scire.

Demus vi ardoris cœli & cometarum moueri atram vel flauam bilem & concitari homines ad iram & furorem, vnde bella: nonne singuli qui se pronos ad iram norunt, vtendo ratione & compefcendo animi passiones poterunt ab his præcauere? Nonne magistratus & principes, qui gladij potestatem habent: diligentia sua poterunt efficere, vt statim atque quis temere ad rixas vel factiones peruenit, opprimatur antequam in plures coniuratio, vel iræ, aut maleficij societas repat: certè nihil erit facilius si suo officio iuenti sint principes. Quinimo & si ipsi iisdem furoribus se agitari cognouerint quibus commouere seu irritare quietam plebem aut proximos principes, possint & sui status & principatus discrimen incurrere, prudenti consilio adhibito præcauere, ratione collectam imminentem ruinam poterunt facile: Et proinde si malo consilio aut temeritate quippiam illis quod reipublicæ statum lædat acciderit, sibi non fato aut syderibus imputare rectius oportebit.

Sunt quidam Spiritus qui donum prophetiæ habent: vel prædictionis, qui sagaciter ex rebus præsentibus & præteritis, sape coniectant quæ futura sunt, & ex cœli motibus aliisque adminiculis firmantes iudicium, possunt prænuntiare quædam quæ eadem industria qua præuidentur, antequam vel remedium accipere queant.

Sicut Anaxarchus cum irruente tempestate, cognouisset, Alexandrum, lignis vacuum locum castris capturum esse, omnibus vasibus & supel-

& supellectili in stauis defossis, calones lignis oneravit, atque deficientibus omnibus lignis, vt etiam Alexandri mentis comburerentur, prouidentia sua effecit, vt sibi sufficerent, vt scribit Ælian. lib. 9. De varia historia lib. 13. Et apud eundem Meton Astrologus, cum Græcorum copiæ iam in Siciliam navigationes instituerentur, & ipse quoque catalogo contineretur, cumque perspicuè planèque pericula cognouisset magno cum metu nauigationem vitauit, & studiosè immunem simulata insania, consumpta etiam igne propria domo, vt maiorem fidem morbi faceret, ab expeditione fecit. Atque multo callidius insaniam ipsam simulauit quam Vlysses Ithacensis: hunc enim Palamedes deprehendit & redarguit, illum vero nemo Arheniensem.

*De fato seu interitu rerum publicarum extrinsecus illato.*

## CAP. XI.

Mors est quædam violenta, quæ in omnibus aliunde, quam ex causis propriis seu naturalibus infertur, eaque & regnis & rebus publicis accidit etiam aliquando, cum occupantur armis ab extraneis hostibus, & ciues & agricolæ expelluntur: quemadmodum quo tempore rex Assyriorum transtulit Israel de terra sua in Assyrios, & Assyrios in Samariam<sup>a</sup>. Id ipsum fit, Quando ciuitates delentur, vel à propriis habitatoribus deseruntur. Si aratrum inducatur ciuitas esse desinit, vt passa est Carthago, & ita desinit etiam iura sua quæ prius ei erant, habere, vt ait Modestinus<sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Regum 4. cap. 17.

Siciliam vrbs Phrygiæ siue Troadis, omnino igne solo tenus delata & combusta cecidit superbum.

*Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia<sup>c</sup>.*

Atque Ouid. 14. Metamorph.

*Postquam alta cremata est.*

*Ilios, & Danaas pauerunt pergama flammis.*

Numantia, Thebæ, Saguntum, Athenæ, Corinthus, Sichen, Ierico, Babylon, aliæque præstantissimæ ciuitas hanc sortem, & violentum interitum passæ sunt, & plures etiam nostro tempore, quas nec numero, nec opus est.

Nec minus ipsæ ciuitates, quam ipsa regna, hanc fatalem vim aliunde experta sunt ex ambitione aliorum, vel inuasionem hostili. Nec Alexandro Magno vnus orbis sufficiebat ad explendam ambitionem. Hic est tyrannorum vis consideranda quæ plura habet quam otium detur persequendi exempla, hi enim quæ non licet regna & principatus in quibus nullum ius habent inuadunt, & vt possessa alterant, immutant & suis legibus reformant. Fortior enim imperat debiliori. Vis est secundum Paulum Iurisconsult. <sup>d</sup> maioris rei impetus cui resisti non potest, & firmat Seruius<sup>e</sup>. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet: Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet

<sup>b</sup> in l. si usus fructus, 22. quib. mod. usus fructus vel usus amittitur lib. 7. P. tit. 4.  
<sup>c</sup> Virgil. lib. 2. Aeneid.

<sup>d</sup> in l. 2. quod met. caus. li. 4. P. tit. 2.  
<sup>e</sup> l. ex cond. flo. 15. §. si vis, locat. P. lib. 19. tit. 2.

in quibus confidebat, & spolia eius distribuet<sup>a</sup>. Natura autem ut plerumque victorum est, odio habere contrarias formas rerum publicarum, & ideo quantum consequi possunt, subactas vel ad suas confirmant, vel delent: Sic Athenienses ubique potentiam paucorum, Lacedæmones, ubique popularem statum subuerterunt. ut ait Aristotel. 5. politic. cap. 7. tentauit Lysander apud Lacedæmonios, regiam potentiam tollere, Pausanias verò Ephoros<sup>b</sup>.

<sup>b</sup> Aristotel. 5. politic. ca. 1.

Fuerunt & regiones, prouinciæ & ciuitates aliquando impetu hostium redactæ in solitudinem, & relictæ ab incolis: & proinde societates reipublicæ dissolutæ.

2 Contigit & aliquando id ipsum ex feritate & causa animalium quorundam, quæ in eremum vacuas habitationes, pulsus hominibus raduxerunt.

Quemadmodum post captiuitatem Israel accidit. Quando rex Assyriorum adduxit viros de Babylone de Cutha, & de Aharad, & de Emath, & de Sepharuaim, & collocauit eos in ciuitatibus. Samaritæ pro filiis Israel, qui possederunt Samariam, & habitauerunt in urbibus eius, cum enim ibi habitare cœpissent & non timerent Deum, immisit dominus eis leones qui interficiebant eos<sup>c</sup>. Quemadmodum refert & Diodor. Sicul. libro tertio capite tertio, quasdam Lybiæ urbes leonum vi à desertis locis ad eas aduentantium desertas fuisse.

<sup>c</sup> iiii. Regum 17. vers. 24.

<sup>d</sup> Plinius lib. 8. cap. 29.

Meminit Plinius<sup>d</sup>, ex M. Varrone in annalibus & aliis, à Cuniculis in Hispania suffosum opidum, à Talpis in Thessalia: ab ranis ciuitatem in Gallia pulsam: ab locustis in Africa: Ex Gyario Cycladum insula incolas à moribus fugatos: in Italia Amyclas à serpentibus delatas: Et citra Cymamolgos Æthiopas late desertam esse regionem à scorpionibus & solpugis, gente sublata: & à scorpionibus abactos Trerientes.

Attariotæ, ranis è nubibus in terram pro guttis aquæ in terram, coacti sunt patriam deserere<sup>e</sup>.

<sup>e</sup> Diodor. Sicul. lib. 3. ca. 3.

Nerui Scythiæ populi, vna ante Darij expeditionem æstate, coacti fuerunt solui vertere propter serpentes ex terra ortos & ex supernis ingruentes, & cum Budinis habitare. Herodot. lib. 4. Opidanos à Mynute Ioniæ opido, culicum vis expulit: eadēque calamitas. Atarnetis qui infra Pergamum sunt, exitio fuit. Pausanias in Achaicis.

<sup>f</sup> lib. 8. ca. 55.

<sup>g</sup> lib. 11. c. 29.

Testatur idem Plinius<sup>f</sup>, cuniculos tanta fecunditate esse in Bælearibus Hispaniæ insulis, ut famem inferant populatis messibus, unde expelli incolæ possint. & in Africa & Cyrenaica regione, gentes à gregibus locustarum infestatas vsque ad belli inductionem in illarum greges propellendos, ut in Media à passeribus deuorantibus femina, alio migrare homines coacti<sup>h</sup>.

<sup>h</sup> Diodor. Sicul. lib. 3. c. 3.

Et Heraclides in politicis ait, Chalcidenses incoluisse Cleonas & Elymnio ciuitate pulsos à muribus, qui omnia illorum bona ita deuorabant, ut neque ferro parcerent. Anaphes insulæ incolæ, prope regionem relinquere coacti sunt à perdicibus, quibus olim tamen caruerat, donec Astypalæus quidam perdicum par intulit, quæ breuiter

tem pore

tempore ita luxuriarunt ut illam completerent regionem<sup>a</sup>.

3 Accedit & extinctio rerum publicarum per morbos populares, à quibus interdum tanta fit strages hominum, ut vix vnus imò & nullus inueniatur in loco incolumis vel residuus incola. In Pæonia Dardania, olim ranis ita pluit, ut præ multitudine illarum & fœtore, nouas sedes quærere incolæ fuerint coacti<sup>b</sup>. Sicut multitudine scorpionum & araneorum icæ pestiferis moribus fertilis regionis incolæ iuxta Æthiopes acridophagos, habitationem relinquere adacti sunt<sup>c</sup>.

<sup>a</sup> Athenæus lib. 9. cap. 20. Eustatius 1. Iliad.

<sup>b</sup> Eustatius in Iliad.

<sup>c</sup> Diodor. Sicul. lib. 3. c. 3.

4 Relinquant & sponte propria loca incolæ, aliis de causis quæ præbentur aliis habitanda. Quemadmodum Thraces postquam habitassent per septingentos annos Thraciam, eam reliquerunt: Samij vero extorres è sua regione occupauerunt eandem, & Samothraciam vocarunt, ut scribit Heraclides in Samothracia in politicis.

Sic Heluetij, ut narrat Iulius Cæsar 1. commentariorum de bello Gallico, homines bellandi cupidi, pro multitudine hominum, & pro gloria belli atque fortitudinis angustos se fines habere arbitrati, qui in longitudinem millia passuum 240. in latitudinem centum octoginta patebant, quod constituerant duce Orgentorige, eo mortuo exequuti sunt, & ex finibus suis egressi sperantes alibi se facile noua regna quæsituros, & opida sua omnia numero ad duodecim, vicos ad quadringentos, & reliqua priuata ædificia incenderunt, frumentum omne præterquam quod secum portaturi erant, combusserunt, ut domum reditionis spe sublata, paratiores ad omnia pericula subeunda essent, trium mensium molita cibaria sibi quemque domo efferre iubentes.

Cum sterilitate Meonia premeretur, Lydorum rex superante multitudine, dimidiam populi partem sedibus excitam ad nouas sedes quærendas Tyrreno filio tradere coactus fuit: qui nauibus mare ingressi, pulsus vimbris armata iuuentute loca tenuere ubi nunc Tyrrenia dicta, est. Alexand. ab Alexand. libro tertio capite vigesimo octauo.

Meminit & Herodot. in 1. Phocenses, cum ab Harpago Cyri regis Persarum duce obsiderentur, naues cum vxoribus & liberis opibusque vniuersis conscendisse, & in Corcyram abiisse, & Harpagum desertam Phocæam occupasse. Addit & eosdem sese mutuis execrationibus deuouisse, ferream massam caudentem in mare demergentes iuramento confirmasse, non prius se de repetenda patria cogitatuos quam massam illam vadis imis leuata supernataret.

Remedia aduersus prædicta extrinseca  
reipublicæ nocentia.

## CAP. XII.

Posunt aduersus ea quæ extrinsecus adoriri videntur rerum publicarum prouinciarum regnorum vel ciuitatum statum, aliquando

V 4

fapienti præcautione adferri accommoda remedia.

Veluti quando imminet hostis externus, cui imparem se sentit viribus respublica vel princeps, operæ pretium est eius causam cur inimico animo arma sumere velit perpendere, an iusta vel iniusta sit: vt si iusta ei antea satisfiat pacifice.

Ea enim ratione legati & fœciales præmittuntur ante belli indicationem, ad exponendas causas vel ad repetendam iniuste occupata, vel ad satisfactionem iniuriarum postulandam: & eandem ob causam sancti & inuolabiles iure gentium censentur legati, quandiu quæ in mandatis habent exponunt.

Aliter enim si violarentur nulla esset spes transigendi diffidia quæ inter vicinos sæpe lenibus de causis oriuntur, & dum non liceret ab initia hac via de transactione libere experiri emendationem, & exponere causas contentionis, iræ mortalium in inmensum sine vlla spe pacis more ferarum excrescerent, & mutuo cladibus se omnino brutali quadam feritate conficerent.

Quod si iniuste respublica & sine causa impetu hostili inuadatur, recurrere tunc debet ad consilium quod dedit Dominus noster IESVS CHRISTVS, apud Diuum Lucam capite decimoquarto versu trigesimalotertio. Rex, inquit, *iturus committere bellum aduersus alium regem, sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad se: alioquin illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt.*

Consultatio de bello ab initio necessaria est diligens, antequam arma sumantur, nec enim in bello licet bis peccare: & hostium fortiorum animi exacerbati, qui facile antea placari & leniri potuissent, in furorem irreconciliabilem transeunt: potissimum dum viribus & quibusdam victoriis se norunt superiores: aut dum quædam iam passi sunt quæ vindicare superbia sua summopere optant. Et lex etiam belli illa videtur quam meminit Moyses à Deo datam. Deuteronom. capite vigesimo versu decimo. *Si quando, inquit, accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem, si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea est, saluabitur, & seruiet tibi sub tributo. Sin autem fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellum, oppugnabis eam. Cùmque tradiderit dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea est generis masculini, in ore gladij, &c.*

Cæterum si pacem hostis implicabilis noluerit admittere, & inferiores sint vires reipublicæ, tunc certe necessitas & vis succumbere facit, & leges admittit: victoris inuitis victis. Monent & historiæ non temere oblatam pacem principibus reiiciendam: nec ideo contemnendum hostem quod pacem quærat. vt notat Iustinus libro vigesimoquarto, in Ptolomæo rege Macedonum, qui pacem belli metu, Gallos petere gloriatus, & ferociter legatis illorum non nisi malis conditionibus negans prælio conferto victus ab illis est, cæsis Macedonibus, & captus atque multis vulneribus sauciatus capite amputato, in discrimen fortunarum regnum Macedonum sua temeritate coniecit.

Sicuti

Sicuti reges qui denegarunt transitum pacificum & innoxium populo Israelitico, postea gladio cum habitatoribus regnorum sublato sunt. Numero. capite vigesimo primo versu vigesimalotrimo, & Deuteronom. cap. 2. vers. 14. & seq.

Fuerunt tamen causæ resistendi iustæ aliquando & sanctæ, in quibus & qui viribus humanis pares non erant hostibus, Dei misericordiam se committentes cum paucis vim impetunt hostium sustinuerunt, & victores tandem euaserunt. Et ita sancti per fidem vicerunt regna, vt exempla colligit Diuus Paulus ad Hebræos capite vndecimo. Ita facile est concludi multos in manu paucorum, & non est differentia in conspectu Dei cœli, liberare in multis & in paucis. vt dicebat Iudas Machabæus j. Machabæorum capite tertio versu 18.

2 Negandum etiam non est ciuitates multas & regna sine vlllo remedio interitum hostili exercitu pati ex iusto Dei deceto, ob scelera, ob impœnitentiam, blasphemias, hæreses, & alia quæ prouocant iram Dei. Sic Gomorra igne cœlesti cum vicinis ciuitatibus in solitudinem & stagnum redactæ sunt. Genes. capite decimonono. Babylon ciuitas admirabilis, facta habitatio immundorum animalium, iuxta prophetiam Dei per Esaiam, relatam in capite decimotertio versu decimonono, ibi. *Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, in chytâ in superbia Chaldæorum, Sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorram. Non habitabitur vsque in finem, & non fundabitur vsque ad generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi: sed requiescent ibi bestia, & replebuntur domus eorum Draconibus, & habitabunt ibi struthiones & pilosi saltabunt ibi: & respondebunt ibi vlula in adibus eius: & sirenes in delubris voluptatis, prope est vt veniat tempus eius & dies eius non elongabuntur.* Eadem & causæ repetit Hieremias capite quinquagesimo versiculo trigesimoquarto & sequentibus. Sic contumaci armis Israeliticis angelo Domini cum eius virtute ducente, Amorrhæi, Hetæi, Pherezæi, Chananæi, Heuzæi, Iebuzæi, & alij, Exod. capite vigesimalotertio versiculo vigesimalotertio, Iosue capite vigesimoquarto, versiculo octauo & seq. & lib. Numerorum, Leuitici, Deuteronomij.

3 Vicinorum etiam principum, saluam rempublicam à bello desiderantibus, maximè amicitia procuranda erit. Semper aut plerumque proximus seu vicinus inuidet vicino, vt ait Hesiodus: & vt est in prouerbio, *δυσμενής καὶ βδολαγός ὁ πλησίονος ἐχθρὸς ἐστίν*, id est, *Maluolus & inuidus vicinorum oculus noxa ingens, improbus vicinus:* vt contra maxima commoditas, si commodus adsit. Quod non solum inter priuatos locum habet, sed etiam inter respublicas & regna. & maximæ & primæ causæ bellandi aut iurgandi, à finibus inter vicinos ortæ censentur. <sup>a</sup> Et ambitio regnandi à finitimis prius cœpit fortunæ vicinorum inuidentibus, vt ait Iustinus in j. Et innuit Virgil. in Eclog.

*Mantua, vna misera nimium vicina Cremona.*

& subuersi populi à vicinis, vt accidit Ætolis, & Acarnanibus, Cartha-

<sup>a</sup> c. ferus de verbo. signifi.

ginensibus, & Bizantiis, & aliis.

4 Aduersum vero animalia quæ regna in solitudinem & ciuitates reducere possunt remedia quædam adferri possunt humana & diuina: humana, quando illa vel consumuntur, vel repelluntur arte & armis humanis, & venationibus.

Quemadmodum fuerunt in Anglia nullos inueniri lupos, quod cum illi grassarentur passim, præmia fuerunt constituta in capientes: ratione quorum tot capti sunt ut vel genus defecerit.

Orion ob prædam magnam capturamque multiplicem ferarum, Helicem insulam cicurem reddidit antea incultam: teste Parthenio in Eroticis.

In Cyrenaica etiam regione lex est, ter anno debellandi locustas. Primo oua obterendo, deinde factum, postremo adultas: pœna desertoris constituta, in eum qui cessauerit. Et in Lemno insula, certa mensura præfinita est, quam singuli enecatarum amagistratus referat. Graculos quoque ob id colunt, aduerso volatdu occurrente earum exitio. Necare & in Syria militari imperio coguntur. ut narrat Plinius libro undecimo capite vigesimonono. Et certum esse idem refert libro octauo capite quinquagesimo quinto. Balearicos aduersus multitudinẽ cuniculorum ab Augusto petiisse, auxilium militare. Inuiolabiles habebantur Ibes apud Ægyptios inimicæ animalibus quæ pestem alioquin nisi ab illis deuorarentur adferebant & exitium. Ibes inquit Cicero 2. de natura deorum, maximam vim serpentium conficiunt, cum sint aues excelsæ, rigidis cruribus, corneo proceroque rostro: auertunt pestem in Ægypto, cum volucres angues ex vastitate Libyæ vento Africo inuectas interficiunt atque consumunt.

a Diodor. Sicul. lib. 4. cap. 3.

b Exod. ca. 8. lib. 11. c. 29.

Acridophagi Æthiopiæ populi, deserto contermini qui vexantur flante Zephyro & Libyco veris tempore locustarum multitudine, penitus consumerentur, nisi artificiosè ignibus eas comburerent<sup>a</sup>.

5 Aliud est diuinum remedium, quando eius ira & permissione per dæmonem sæpe animalia immittuntur, ad eius opem confugere. Sic tempore Moïsis, Deus multiplicauit signa & ostenta super Ægyptum ob duritiam Pharaonis qui dimittere nolebat eius populum, & immisit ranas, cyniphes, muscas, & ad preces Moïsis sustulit<sup>b</sup>. Plinius<sup>c</sup>, pestem locustarum dixit esse iram deorum, & sæpe in Italia populum ad Sibyllina oracula confugisse, ut remedia à Deo quæret inopiæ metu. Et inter christianos auxilium à sacris orationibus exorcismis, & aliis ecclesiasticis ritibus petitur.

Dixit Deus Leuitic. 16. *Si non feceritis mandata mea mittam in vos bestias agri quæ consumant vos & pecora uestra.* Et Deuteronom. capite trigessimosecundo versic. vigesimoprimum & seq. *Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: & ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos, ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima: deuorabit que terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet, congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in es, consumerentur fame & deuorabunt eos aues, morsu amarissimo. Dentes bestiarum*

*bestiarum immitam in eos cum furore trahentium super terram atque serpentium. Foris vastabit illos ignis, & intus paupor, &c.*

Et qui exierunt vrsi de sylua, qui necarunt quadragintaduos pueros irridentes virum Dei Elisæum, dicentes, ascende caluæ, idque ad maledictionẽ Elisæi, iiii. Regum capite duodecimo versiculo vigesimo tertio. Et Leo Prophetam non implentem iussum Dei necauit relicto intacto eius asino<sup>a</sup>.

iii. Regum ca. 13. vers. 24.

Admonuit Deus hæc esse & immitti quoque per se in terrorem delinquentium, & ad vtilitatem sui populi, exaltationemque suæ gloriæ. Exodi capite vigesimotertio versu vigesimoseptimo. *Terrorem meum, inquit, mittam in præcursum tuum & occidam omnem populum ad quem ingredieris: cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam: emittens crabrones prius qui fugabunt Heuæum & Chanaanæum, & Ethæum, antequam introeas, &c.* Repetitur Deuteronom. capite septimo versic. vigesimo.

Cumque renunciatum fuisset regi Assyriorum leones interficere Babylonas traductos in Samariam quod ignorarent ritum Dei veri, misit vnum de sacerdotibus Israel captiuus, ad instituendum iuxta legem Dei eum translatum populum ut mæderetur huic malo<sup>b</sup>.

b iiii. Regum cap. 17. vers. 26. & seq.

Non ignoro diuinæ potentie incredulos hæc omnino non probare, sed nihil mihi cum atheis, non magis quam cum Pharaone, qui non credidit iisdem mirabilibus donec inuolutus aquis interit cum suis. Veritas rerum non pendet ex opinione singulorum, velint autẽ aut nolint hæc ita facta esse & fieri consentiant omnes rationis & speculationis naturæ compotes, qui non naturali sed supernaturali accidere annotarunt. Si quæras iudicij Dei causam, hanc habere mihi notioem: quia illi ita iustissime placuit, & quia quemadmodum vult ita potest, & omnia ex arbitrio disponit. siue nobis causa cognita sit siue incognita. Nec minus hoc credibili esse nobis debet, quam quod refert Plinius libro octauo cap. 59. Quædam animalia indigenis innoxia, quæ aduenas interimunt, sicut serpentes parui in Tyrimthe quos terra nasci proditur. Item in Syria angues circa Euphratis maxime ripas dormientes Syros non attingere, aliis cuiuscunque gentis infestos, auide & cum cruciatu exanimantes. Ut contra in Latino Cariz monte Aristoteles tradit, ab Scorpionibus hospites non lædi, indigenas interimi.

6 Sunt exorcismi in ecclesia aduersus huiusmodi animantia, imo & contra illa fit iudicium ecclesiasticum & condemnatio solennis, ut docet doctor Fœlix Mallertus, tracta. de exorcismis: fusissime Bartholom. Chassaneus consilio L. in cuius parte finali numero 124. & sequentibus, refert sententias quas se vidisse testatur maledictionis anathematizationis muriũ, limaciũ, & similia animalium, prolatas ab Officialibus Hedueni, Lugdunensi & Maticonensi, & formã processus. Fœlix etiã Mallertus dicto loco narrat, processũ & sententiã episcopi Laufannensis contra Anguillas nocetes, quas omnino ex lacu exorcismo pepulit, ut etiam nunc nulla ibidem inueniatur. ut & tradit Beatũ Heremitam Pruminnium insulam Sãcti Marci prope Cõstantiã quã Germani vocant Reichenauve im Bodensee, venenosis coinqui-

natam vermibus, totaliter mundasse suis precibus. Et quod mirabilius est, narrat in diœcesi Curiensi prouinciæ Maguntinæ, inter montes Germaniæ eminentiores terram esse asperam, in qua sint vermes dicti Germanis Iuger. qui in ius vocati fuerunt, ideo quod insigni perniciose fata afficerent: eorum autem procuratorem pepigisse cum populo, quod non expellerentur à suis possessionibus, nisi ipsis consentientibus alia sibi designarent loca iudicialiter, & ita factum quoque esse, & ita hodie seruari, vt ipsis vermibus quos vocat cantharidas seu limaces, per annos singulos in tempore suo terræ portio certissima referuetur, quo conueniunt, & nullum in posterum alium vexant. Simile factum videtur quod Cælius refert lib. 24. cap. 4. ex Apostolo, Venetos in Ionia, Adratico mari appositos sub sementis tempus solitos cum gracculis depacisci, vt libis obiectis cum maza, quæ illis forent lignata ne semina perfoderent omnino vel legerent, illósque stetisse dictis legibus. Institutz sunt litaniz & supplicationes publicæ minores ante ascensionem Domini ab Episcopo Viennensi Mamerto ad placandam iram Dei, quo tempore lupi & fera animantia in ciuitates vsque prorumpentia, plures perimebant, frequentibus terræ motibus, vt scribit Burcardus lib. 13. Decretorum ca. 7. ex consil. Aurelianensi cap. 6. Cassij montis incolæ precibus à Ioue impetrare solebant, Seleucidum auium aduentum, fruges eorum locustis vastantibus, vt scribit Plinius lib. 10. cap. 27. Cum Sicyoniorum ouilia lupi vastarent, Apollo monstrauit quo loco aridum quoddam lignum iaceret: cuius corticem carnibus commixtum cum ex eodem oraculo lupis Sicyonij apposuissent, statim illi interempti sunt<sup>a</sup>. Oraculo etiam didicerunt Astypalæi, cum eorum fata ingens cuniculorum multitudo corrumpere, canes nutriendos esse venaticos, quibus intra anni spatium caperunt leporum sex millia. Athenæus lib. 9. cap. 10.

7 Contra strages, pestesve, aut alios morbos populares, principum & magistratum erit diligens cura, præuidere vt omnia sint cadaueribus, putridis fecibus insepultis libera, sint cloacæ purgatz, stagnantes aquæ vacuatz, annona incorrupta, longè ab hiatibus terræ pestiferis & venenosis ciuitates sint exadificatz, & aeri & ventis prout Vitruuius admonet salubribus, expositæ. & medicorum vt arte & præceptis quanto ocyus & prudentius poterunt.

Cum hac cura, adhibendæ etiam sacræ supplicationes. Nemo enim dubitat & flagellum Dei esse pestem, ex tribus illis grauissimis oblati Dauidi, nempe peste bello, & fame, ad expiationem sceleris eiusdem.

Quemadmodum & apud Romanos etiam ethnicos, ea de causa fiebant supplicationes solemnes ad puluinaria eorum quos deos arbitrabantur.

8 Quod si quæ alia rempublicam, principatum, regnum, ciuitatem inconsiderato, vel alia Dei voluntate, opprimant ineuitabilia: tunc cum gratiarum actione hoc vnum superest remedium, Dei voluntatem æquo animo pati sine querela & diuini iudicij reprehensione, exemplo

<sup>a</sup> Pausanias  
in Corinth.

ne, exemplo confessionis regis Manasses, qui pulchra confessione<sup>a</sup>, a ij. Paralip. sibi culpam & causam desolationis regni, & peccatis populi sui, adscribit.

Considerare debent homines quod etiam ethnici fatentur, vt ait M. Terentius in Eunucho omnium rerum esse vicissitudinem, interque mortales nihil perpetuum esse, sed mutationibus ab aliis ad alios transferri imperia, opes, gloriam, voluptates & reliqua quæ incommoda aut commoda esse possunt, & vt ait Homerus<sup>b</sup>.

Ξ ὡς ἐνυάλιος, καὶ τεκταίνοντα κατέυτα. *Communis Mars, inque vicem perimit perimentem*, atque victoria seu *victoria* dicitur *ἑτεραλκής*, nunc in hanc nunc in aliam partem inclinans.

Alexander Magnus vt refert Iustinus lib. xi. in Persas profecturus & in Asiam priusquam vlla nauis littore excederet, hostias cæcidit petens victoriam bello, quo toties à Persis petita Græciæ vltor relictus esset, quibus longa iam fatis & matura imperia contigissent, quocumque tempore esset vices excipere, melius acturos.

9 Frustrâ cum fato, id est diuino decreto pugnatur, nihil mutationis periculo exceptum, non terra, non cælum, neque totus hic rerum omnium contextus, quamuis Deo agente ducatur, semper tenebit suum ordinem, sed illum ex hoc cursu dies aliquis deiiciet. Certis cuncta eunt temporibus, nasci debent, crescere, extinguere, & vt Seneca ait<sup>c</sup> ita fato placuit, nullius rei, eodem semper loco manere fortunam. Et Ammianus Marcellinus<sup>d</sup>, nulla vis humana aut virtus meruisse vsquam potuit, vt quod præscripsit fatalis, ordo non fiat.

Quid enim obistere voluntati Dei potest, cum ipse sit omnipotens, aut quid iustum videri poterit aut recte consultum, quod aduersetur decreto illius qui author sapientiæ & sapientia ipsissima, & absolutissima iustitia! vt rectissime Nicephorus Gregorius<sup>e</sup> dixerit, vbi diuina prouidentia non commilitat consiliis actionibusque hominum, malus iis exitus obuenerit, & cogitationibus valde aduersus. Nam tunc neque vir consultus, consultus est, nec fortis, sed etiam sapientissima consilia insipienter desinunt, & generosa maxime ac fortia facta, turpem & infamem exitum consequuntur. Sic sub nomine fortunæ, Liuius, obcæcat animos fortuna, vbi vim suam ingruentiam frangi non vult.

Ex ipsis factis homo discere debet, quæconque cooperantem & commilitantem non habet supernam dexteram, his terram & mare & acrem aduersari, tanquam fugitiuum aliquem Dei & iustitiæ violatorem, efficaciter persequentia.

10 Bone Deus, quot modis supercilia & cacumina montium vicina nubibus diuina potestas fulminibus deiicit! quot ciuitates, regiones, & regna aquarum ministerio sustulit! quot splendidissimas terrarum subruit, quot aratro hostis insolentissimi exaratæ! Iam inquit Pausanias, in Arcadicis, omnium quas vnquam Sol aspexit vrbium maxima, nihil præter muros reliqui suo tempore habebat, & vt D. Hieronymus scribit lib. 5. commentario. in Esaiam ca. 13. olim orbis domina funditus euersa, murorum suorum ambitu omnis generis bestias exclusis hominibus cõtinebat Regia Assyriorum Ninive

<sup>b</sup> Iliad. 6.

<sup>c</sup> in consolat.  
tio. ad Helu.  
<sup>d</sup> Anna. li. 23.

<sup>e</sup> Nicephorus  
Gregorius li.  
7.

funditus eversa: Et Nicena quæ Troicis tēporibus omni Græciæ imperabat, & Egyptiæ Thebe quæ cūctas vrbes opū magnitudine antecellebant. Paus. in Archad. atque vt idē ait, Megalopolis. Arcadiæ Metropolis fœderis religione neglectā, oppressa à Cleomene Lacedæmoniorum rege. Coriathus, Carthago, Tyrus, aliæque pene infinitę præstantissimę populositissimę ciuitates quæ olim floruerunt, nūc nec vestigia post se reliqua habēt, vel sunt ferarū, ceruorū, aprorum, & bestiarum lustra: aliquando hōnore, nunc horrore & abominatiōne conspicuæ. Delicta, peccata, superbiam, non tantū Deus pauperū & personarum singularium: sed etiam regum, imperatorum, rerū publicarū, ciuitatū, vniuersitatū vindicat, manu sua potentissima, in ictu oculi, modis pluribus, igne, sulphure, vt ciuitates Sodomorū aquarū illuuiā, vt tēpore Noe: Deucalionis, & testatur Zelandiā, Holandiam: gladio inimicorum & seruorum suorum, vt per Mosē & Iosua nationes expulit: & Amorreorum vrbes, Macedam, Lebnam, Lachim, Eglonem, Hebronem, Dabir, Hassor, Hais, Hiericuntē, Sichema, incendit, euertit, deleuit omnibus ad internicionem cæsis<sup>a</sup>.

a Iosue cap. 6. 8. 9. 11.

11. Breui etiam tēpore eradicat Deus regum & principum Illustres familias, & novos homines in locū earū excitat, rursumque eas deiicit, auget & renouat vt sibi videtur, & quo tempore se tutas & inuolabiles putant habere sedes, tūc lapsu subito eas subuerti animaduertimus, vt Dei optimi maximique gubernationem & prouidentiam inuiti, qui sibi aliquid esse videntur, cūctaque subiecta se habere putant, fateantur. Sic paucis annis tota stirps Saulis regis primi Israelis deleta, Regia ipsa stirps Dauidis ab Athalia Achabi filia, & Iorami Iudæorum regis vxore, impia muliere, propmodum deleta, cæsis omnibus Ochoziæ filij sui liberis, solo Ioa infante excepto<sup>b</sup>.

b iij. Reg. 11.

domus Achab Israelitarum regis cum septuaginta filiis à Iehu sublata, qui in regnum successit<sup>c</sup>, Nadab Ieroboami regis Israelitarum filius cum vniuersa stirpe à Basa Isachariano interfectus<sup>d</sup>. Sed post 24.

c iij. Regum 6. 10.

d iij. Reg. 15.

annos à regno occupato, filius eius Elam regni successor à Zambri quadrigariorum duce in conuiuio ebrius interfectus omnino vna eius stirpe deleta<sup>e</sup>. Artaxerxes Persarum rex, quamuis moribus trux & sanguinarius per Bagram Spadonem præfectum mille militum eius, veneno sublatus, cum omni profapia dehinc vi illata<sup>f</sup>. Afamoneorum genus, quod imperabat Iudæis à tempore Iudæ Machabæi, sublatus omnino per Herodem Antipatri filium Plebeium qui

e iij. Reg. cap. 16.

f Diodor. Sicul. lib. 17.

vsurpauit regnum post annum 126. eius regni g. Et rursus Herodis magni numerosa propago & soboles, intra centum annos interiit, exemplo memorabili parentum improbitatem etiam in feros nepotes graui vindicta redundare, vt ait Iosephus<sup>h</sup>. Mauricij imperatoris tota stirps deleta, à Phoca tyranno. Omitto reliquos quorum numerus non patitur in præsentī epitomen.

g Ioseph. lib. 14. antiq. c. 5.

h lib. 18. antiq. cap. 7.

12 Pulchre etiam in principio in diebus Hesiodus de Deo.

Πεία υδρῶ γδ βριάει, πεία δὲ βριάοντα χαλεπία.

Πεία δ' ἀρέζηλον μινύθει καὶ ἀδνηλον ἀέξει.

Πεία δὲ τ' ἰθύνει σκολιδόν, καὶ ἀγνώρα κάρφει.

Ζεὺς ὁ ἰσχυρομέτης, ὅς ὑπέρτατα δώματα νάει.

Facile

Facile enim extollit, facile etiam elatum deprimit.

Facile præclarum minuit, & obscurum adauget.

Facileque corrigit incuruum, & superbum desiccatur.

Iupiter altitonans, qui supremas domos incolit.

Atque Homerus Iliad. 8. inducit appositè Iouem in lancibus imposta fata Achiuorum & Troianorum expendentem, & Achiuorum lancem traxisse in terram fatum Troianorum: vnde & finis ab Achiuis eis impositus Deo expendente. Ipse autem Deus qui stateram in manu & potestate habet in eam partem quam sibi placuerit inclinat, quod & Theognis in sententiis annotauit.

Ζεὺς γδ τὸ τάλαντον ἐπιπέσει ἄλλοτε ἄλλα.

Ἄλλοτε μὲν πλετεῖν, ἄλλοτε δὲ ἐδὲν ἔχειν. Id.

Nunc etenim huic libram inclinat, nunc Iupiter illi.

Vt modo sis diues, nil modo possideas.

Et proinde cum Dei volūtas erit, & tollere principes, & mutare respublicas, vel omnino memoriam illarum abolere, prudentium hominum erit: non reluctari & sequi. Atque hæc eadem intentio stabilientis ex initio respublicas esse debet, humana prudentia ad Dei laudem & salutem societatis humanæ ita leges disponere, vt omnino & prouentus & emendatio & conseruatio aut mutatio Dei voluntati relinquatur, qui, prout expedire videtur mortalibus sua ineffabili prouidentia omnia suauiter disponit. Sicque vt tradit Arrius in Epticomic. Epicteti cap. 78. Epictetes optime præscripsit, ὅτις ἀνάγκη συνεχάρηκε καλῶς, ὅπως παρ' ἡμῶν, καὶ τὰ βέβη ἐπίσταται, id est. Necessitati qui probe se accommodat, sapiens est que & eorum diuinarū conscius. ἀργαλέος γδ, inquit Homerus, Odyss. 8. τ' ἔστ' ὁδὸς βροτῶν ἀνδρῶν δαμῆναι. Ardua res homini mortali, vincere numen. Prægrandia animalia fulmine Deus ferit nec sinit insolescere, parua vero nihil lædit. Apparet admirabilis Deus dum eminentissima quæque deprimit, vnde & ingens exercitus ab exiguo profligatur, quoties Deus iis in quos læuit iniicit aut metum aut tonitruum. Propterea quidam secus ac dignitas sua postulabat, superbia in calamitatem inciderunt, quia Deus neminem alium quàm seipsum sinit magnificè de se sentire. Deus superbis resistit: & qui dignitatem nempe à Deo acceptam, ad authorem non referunt, velint nolint eum dominum prædicare coguntur.

Solet esse in rebus publicis, & regnis, & principibus ipsis, quædam præproptera lætitia ex abundantia & nimia pace, & otio, & opibus, quam Deus, aliquando bellis, calamitatibus & flagellis corrigit vël tollit, vt fructus hilarior animabus accedat: non secus quàm solent agricolæ luxuriantibus segetibus, immixtis in agrum pecudibus aut iumentis, corrigere quod illi vocant depascere. Sic enim Virgilius.

Luxuriam segetum tenera depascit in herba.



# DE REPUBLICA

siue,

## DE ALIIS MUTATIONIBVS,

*innouationibus, transformationibus, & interitu*

*rerum publicarum & principatum,*

*vel regnorum.*

### LIBER XXII.

*De mutatione rerum publicarum vnius formæ in aliam, paucorum & optimatum in genere: & de causis eius spontaneis vel violentis quibusdam.*

#### CAPVT I.



Um haecenus dictum fuerit, De naturali & fatali interitu & mutatione rerum publicarum: Sequitur dicamus, de mutationibus quæ accidunt ex parte personarum & administratione earum, vel contempta vel neglecta, vel alterata. Sicut enim corpora singularia contempta tendunt ad morbos: & morbi non curati, ad interitum: Sic contingit in republica neglecta paulatim quædam immutatio, quæ si non cureretur & emendetur, ad corruptionem & interitum facile eam perducit: fit enim formæ immutatio, & hinc sequitur eius quod erat destructio. Et Xenophontis testimonio<sup>a</sup>, omnium rerum publicarum mutationes, morti sunt obnoxie, forma est quæ dat essentiam vel esse, ut dicunt, rei, Facilliq; est lapsus nisi diligenter forma cõseruetur. *Ἐν τῇ βυνητῇ Γνωστικῇ, & δὲ ἐν τῷ Γενετῇ μέρει<sup>b</sup>, eiusmodi mortaliū sunt res, vt nihil in eodem statu maneat.*

<sup>a</sup> Xenophon. lib. 2. rerum Græcarum.

<sup>b</sup> Euripides in Ione.

2 Sic monarchia & legitimus principatus, degenerat in tyrannidem, quoties legitimus princeps incipit potius suas priuatas res & negotia, quam populi curare, furiosè iniustèque dominatur: vt contra, tyrannis mutatur in legitimum principatum, si quando tyrannus ommissis propriis commodis, magis res populi & salutem eius, quam propria sollicitè tractat, remissa crudelitate, patris & boni pastoris officium tenet, volentique populo modestè & iustè imperat.

<sup>c</sup> Aristotel. lib. 5. Politic. cap. 3. <sup>d</sup> Iustinus in 2. & Heraclides in politicis.

3 Secundo loco, ex incremento & decremento personarum qui statum reipublicæ constituunt, sequitur necessario mutatio formæ. Vt quando à Iapigenibus Tarentini superati, amissa magna parte nobilitatis, ex optimatum principatu, peruenerunt ad popularem statum<sup>c</sup>. Et Codro ultimo rege Atheniensium mortuo, seu in prælio necato, desuit Athenis monarchicus status: & mutatus in aliam formam reipublicæ. Monarchiæ à potentioribus subiugatæ, nouam formam gubernationis ex illorum arbitrio suscipiunt, legesque sequi coguntur.

coguntur: et sic ex regnis sunt prouinciæ: ex principalibus democratiæ, & contra.

Theopompus Spartianorum rex primus instituit, vt Ephori Lacedæmone crearentur, futuri potestati regiæ oppositi: sicuti Romæ, Tribuni plebis consulari potestati fuerè obiecti. Imminuit ita potestatem regiã Theopompus, & statum monarchicum<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Plutarch. in Lycurgo Valer. Maxi. lib. 4. cap. 1.

4 Status gubernationis paucorum, mutatur maximè per duos modos manifestos: vnus, si ipsa iniuria afficiant multitudinem: alius, ex ambitione opulentorum. Quando in primo casu, pauci iniuria afficiunt multitudinem cui dominantur, seditio nascitur, & tum maximè, si ex numero paucorum, dux vnus sit qui fingat se fauere multitudini. Facile occupat tyrannidem armis à plebe sibi concessis. Sic Lagdanis, in Naxo, Naxiorum insuasit Tyrannidem<sup>b</sup>. Ita & Cyrus rempublicam mutauit in monarchiam<sup>c</sup>. Stultus valde atque imprudens populus qui vt iniurias interdum leues à quibusdam illatas vindicet, temerè vltionis ducè sibi eligit, qui postea ei omnem libertatem cœpit. immemor Apologi equi: qui quum vindicari se à ceruo cuperet, auxilium ab homine postulauit, & vindictæ consequendæ causa sibi iniici ab eodem frenum passus est, quod debellato ceruo in posterum ferre coactus est.

<sup>b</sup> Aristot. lib. 5. politic. c. 6. <sup>c</sup> Heraclides in Cymmensum politia.

5 Alius autem modus mutandæ formæ reipublicæ, qui ab ambitione paucorum imperantium procedit, causam habet: quod pauci tantum sint: & certi qui honorentur Magistratibus, opulenti verò non honorentur, qui ideo dissoluere conantur paucorum statum, vt ipsi quoque honorum participes fiant aliquando. Quemadmodum contigit Massiliensibus, in Istro, in Heraclea<sup>d</sup>. In Istro quippe paucorum gubernatio ad populum recidit, seu in democratiã, apud Heracleam à paucioribus ad sexcentos peruenit: & apud Cymmenes Pheido, vir magnæ existimationis, pluribus rempub. dispartiuit: ea lege imposita, vt quilibet equum alere cogeretur. Prometheus verò strenuus & dicendi peritus, mille rempublicam gubernandam commisit<sup>e</sup>. Pariter Principatu Rheginensium, in Aristocratiam conuerso, mille optimates electi qui rempub. regerent.

<sup>d</sup> Aristotel. in prædicto loco.

<sup>e</sup> Heraclid. in prædicto loco. ubi & de Rheginensibus qua sequitur.

Concitarunt inter se nobiles seditionem in paucorum potentia apud Gnidios, & mutarunt eius statum, ex eo quod pars eorum ab honoribus excluderetur: si quidem pater filium impediabat: nec nisi qui senior esset, honorabatur. Quare insurgens populus per eorū discordiam, & ducem nactus ex ipsa nobilitate, irruens perucit: erat enim imbecillis aduersa pars<sup>f</sup>.

<sup>f</sup> Aristotel. ubi supra.

6 Paucorum etiam gubernationes interdum mutantur ex seipsis, dupliciter.

Quandoque enim qui ex illis moliuntur principatum, ex numero paucorum sibi alios coniungunt, vt fecit in triginta, Charicles Athenis: & in quadringentis Phrynichus. Quandoque qui sunt ex paucorum numero vindicant sibi plebem: quod sæpe accidit, quando à plebe eliguntur Magistratus. In quo casu nobilitas plebem colit vt suffragia promereatur: vt apud Larissam, Abydum, & Romanos alias, & alibi, vbi candidati nobiles plebem multis modis aucupabantur.



ut eius calculis potestatem, (qua plerumque postea in perniciem populi ipsiusque quoque nobilitatis abutebatur,) facilius consequerentur. Plebs autem exterioris honoris ambitiosa, pecuniis & beneficiis, imo pollicitationibus inescata, opinione mobilis, inclinans in eam partem qua sibi lucrum obuenturum sperat, aut quandam speciem libertatis, presentibus inhærens, futura non considerans leuiter in ambitiosorum & fraudulentorum hominum declinat & consentit sententiam. Notæ sunt Tribunorum plebis Romani factiones, & quomodo prætextu defensionis populi, sibi pecunias pararent, & in perniciem & odium nobilitatis & iniuriam, patrumque contemptum, sibi potestatem usurparent.

<sup>a</sup> Hæc Aristot. lib. 5. Politicor. c. 10.

Allicit porro multum ad ambiendos Magistratus, & contentiones propriis suscipiendis honor & lucrum ex illis. ut ideo curandum sit in paucorum administratione, ne lucra ex Magistratibus proueniant. Nam ferunt leuius qui excluduntur à republica, & gaudent qui sua agere non impediuntur: ut contra, si existiment eos qui Magistratum gerunt ex republica ditari, duplicem capiunt molestiam: & quod ab honore excludantur, & quod à lucro.

7 Rursum fit gubernationis mutatio in bello & in pace. In bello quidem, quod ipsi populo diffidentes, conducto milite uti compellantur, & qui militibus præficunt sæpe Tyrannidem inuadat, ut Corinthi Timophanes apud Romanos, Sylla, Iulius Cæsar, & alij: & si plures præficiantur, ipsi sibi potentiam parant qui regunt populū, recipiunt alios in communionem reipub. quoniam necessitas urget populo uti.

8 In pace autem, diffidentiam quam de sociis concipiunt pauci administrantes, tradunt custodiam conductis militibus, præficiuntque illis virum aliquem qui ad neutram partem magis inclinare videatur: At iste plerumque fit Dominus utriusque partis, quod accidit in Larissa vrbe, Leucadenisibus.

9 Mutatur & paucorum gubernatio, quando qui gubernat prodigè viuunt, & supra reditus & facultates expendunt: & ubi in luxum patrimonium profuderunt, res novas moluntur, tyrannidem vel sibi ipsis, vel aliis concipiunt, more piscantium anguillas, quas plurimum capiunt turbatis prius aquis. Ita Hipar. Dionysium Syracusis induxit: & Amphipoli Cleotimus Chalcidenses colonos: & cum venissent seditionem cum illis contra diuites fecit, & in Ægina, qui negotium id Chariti fecerat, res novas molitus est, propter huiusmodi causam <sup>b</sup>.

<sup>b</sup> Aristot. lib. 6. Politicor. c. 6.

Solent & inopes, qui sibi Tyrannidem quæsitam, conseruare nequeunt, potentiores huic machinæ dolos adinuenire, vel fraudulenter vel venditione reipublicæ, quæ conuenientiore, quàm proditionis nomine appellari non potest.

10 Commune etiam est huic paucorum administrationi cum cæteris administrationibus, propter iniustitias, excessus, & defectus in dominatione, mutari & tolli.

11 In optimatum quoque republica, iidem propemodum morbi & mutationes grassantur: quod in hac ut in illa paucorum, & pauci gu-

pauci gubernat, & contingunt seditiones, cum alij paupertate premuntur, alij diuitiis abundant, quod maxime ex bello accidit. Ut Lacedæmonii in Messenensi bello: Exhausti quippe per id bellum ac pauperes facti, quidam censebant ciuibus agros æqua portione diuidendos, alij nequaquam.

Euenit quoque, aliquem ex optimatibus magnum & potentem, maiorem fieri, ac solum dominari velle: vnde mutatur status reipublicæ: ut apud Lacedæmonios factum videtur, per ducem belli aduersus Medos: & apud Carthagenenses per Hannonem.

*De mutatione Democratia seu status popularis, in aliam formam: & de causis.*

## CAPVT II.

Popularis status recipit præcipuè mutationem, propter eorum qui veluti duces se præbent populo perfidiam: dum priuatim egregium quemque calumniantur, compellentes ita conspirare: publice vero multitudinem irritant. Et hoc modo apud Coim popularis status interit. Nobilitas enim ob paucitatem eorum qui populū ducebant, conspiratione facta regimen ciuitatis arripuit. Apud Rhodum potentes retinentes sibi pecunias quæ militibus solui debebant: irritarunt per triennium classis præfectos, qui cum sine pecuniis etiam ex lege nauigare cogentur, rebellarunt, veriti pœnam iudicij, & conspirationem iniierunt ad popularem statum euertendum. Apud Megarenses etiam, ductores populi, quo pecunias ex bonorum publicatione habent, illatis iniuriis nobilitatem expulerunt: illi vero facta exulum multitudine, in vnum conuenientes, pretio superiores euaserunt. oppresso quoque populo potentiam paucorum constituerunt, & periit popularis status. Contigit id ipsum apud Cumas in populari statu, quem destruxit Thrasimachus.

2 Nati & plures tyranni ex popularibus hominibus, qui dicentes se inimicos esse nobilitatis, sibi peperere potentiam. Fiebant enim tum duces qui abundarent in populo, iidemque patroni qui plebem sibi deuinciebant, & viri militares sic prius alligabant populum ex inimicitia aduersus opulentos <sup>a</sup>. Ut Athenis Pisistratus per factionem aduersus Pædiacos susceptam: Et Megaris Theagenes armentis opulentorum occisis, quæ iuxta flumen repererat pascetia. Et Dionysius accusans Daphneum & diuites, meruit Tyrannidem Syracusis obtinere, propter inimicitias nobilitatis, sibi fide à populo præstita tanquam ipse popularis esset.

<sup>a</sup> Aristot. 5. Politicor. c. 5.

Fit & de industria à rectoribus populi proditio facta status, dum sibi vel alteri Tyrannidem parant. Cum enim duo sint præcipuè quibus popularis status definitur nempe potestas summa populi, & libertas: quando in his erratur mutatio fit. Quare si potestas summa à populo in tyrannum transit, iam populo non est amplius potestas: nec libertas, dum legibus alienis subiicitur.

3 Oritur & causa mutationis status popularis, ex seditionibus & discordiis ciuium. Sic enim seiplos perdunt, & aduocant aliunde potentiores in auxilium, qui postea dominantur. Ita popularis status

diuisus apud Hestiam, Mytilenem, Phocenses, Delphos, Epidam-  
 nos.<sup>a</sup> Aristoteles lib. 5. Politic. 4.  
 4. Sed frequentior causa, qua perdidit popularem statum, fuit  
 nimia licentia a populo magistratibus concessa, quam facile in ty-  
 rannidem conuertunt. Per arma enim qua pro defensione reipubli-  
 cae a republica suscipiunt, iam parata, in eum populo facile imperant,  
 et Crassi Pompeij, & Iulij Caesaris triumphis, praclaraque acta naua-  
 ta pro Republica Romana, cuius ministerio, opibus, militibus, di-  
 gnitatibus gloriam sibi pepererant, & ut loquitur cum Floro, nimia  
 foelicitas eorum, genuit ambitionem, per quam sublato populari  
 statu sibi dominationem vindicarunt, & demum inter se diffidentes,  
 ut consortis impatientes, viam pararunt ad monarchiam. Addit &  
 his aliis ex causis Suetonius, turbasse rempublicam Iulium Caesarem,  
 nimirum ne eorum qua primo consulatu aduersus auspicia, legesque  
 fecerat, & intercessionem, rationem reddere cogere, ubi exercitum  
 priuatus dimisisset.  
 5. Prosperes a gubernatoribus gesta, aliquando etiam inducunt  
 populum sponte ad deferendum administratibus principatum, &  
 ad mutandam reipublicae formam, & e diuerso: successus rerum ge-  
 starum, ad populum rempublicam reuocant, ut apud Argiuos, nobi-  
 litas, quod in praelio contra Lacedaemonios apud Matiniam urbem  
 commisso magnam famam consequuta erat, popularem statum de-  
 lere tentauit. Athenis Areopagi consilium per tempora belli Persa-  
 rum famam consequutum, reipublicae gubernandae formam videtur  
 feueriorem fecisse: ut apud Romanos auctoritas Senatus, et apud  
 Syracusanos contra multitudinem urbana, quod causa victoriae belli ad-  
 uersus Athenienses videbatur fuisse rempublicam mutauit in popu-  
 larem statum. Chalcidenses, quod simul cum nobilitate ad occiden-  
 dum Phoxiu tyrannu plebs insurrexisset, statim reipublicae guberna-  
 tionem suscepit. similiter apud Ambraciae populus una cum aggressoribus  
 Periandro tyranno expulso, in se ipsum gubernationem conuertit.  
 Populus per vim, & dolu, & vim subiicitur, at ubi se superiorē putat,  
 paru cedit. Sed potius dolis decipitur, quam vi externa cedat. na ubi  
 dolus infertur vix sentit, at ubi captus est frustra resilire tetat, & ser-  
 uire cogitur, sicuti cum quadringenti viri Atheniensiu rempublicam sus-  
 ceperunt, asserentes, quod Persaru rex ad pecunias ad bellu contra La-  
 cedamonios subministraret, & in eo mentiti, postea vi retinere gu-  
 bernationem conati sunt.  
 6. Indulgentia etiam nimia magistratuu, vel praepositoru electoru a  
 populo dat occasioe mutandae reipublicae: & illa tanquam dulci veneno  
 seipsum populus perdit, & gradu facit ad principatu. Sic qui magi-  
 stratus ambiunt in Democratia in omnibus ferē obsecunt populo, &  
 eo re deducunt ut populu faciant dominu legu, quo facto nihil potest  
 perniciosius accidere statui politico. Na solis legibus mobilitas po-  
 puli veluti freno cotinetur: Et sequitur ex relaxatione legu, mutatio  
 reipub. bonae popularis, in vltima specie vitiosam popularitatis. Sunt  
 enim gradus declinationis cuiusque reipublicae: ab vna in proximam  
 minus perfectam, vel vitiosam declinantis, ut ex regno declinante,  
 fit tyrannis, assumpta libertate delinquendi ex arbitrio.

<sup>a</sup> Aristot. 5. Politicorum. c. 4.

Et dum ea expellitur, nascitur Aristocrata: qua deinceps quasi  
 natura quadam cum tempore in Oligarchiam transit. Cum vero  
 multitudo iniustitiam eorum cum ira vleiscitur, & iugum excutit,  
 Democratia nascitur: ex qua rursus cogente plebis contumelia &  
 iniquitate, successu temporis ochlocratia insurgit.<sup>a</sup> Vbi postremus  
 gradus interitum vicinum habens. Quemadmodum exemplo est  
 proposita a Polybio Thebaeorum respublica: in qua plebs proprio  
 motu omnia aggrediebatur, excellenter preceps & acerba. Et proin-  
 de ab Alexandro Magno subacta, grauissima quaeque supplicia mi-  
 ferrimae captiuitatis experta est: vrbs diruta, agri inter victores diuisi,  
 captiui sub corona venditi.<sup>b</sup>

Vbi leges reipublicae popularis, quae eam stabilierunt, violari inci-  
 piunt, ad ianuam est dissolutio, ut fundamentis deiectis. Quod &  
 firmat Aeschines contra Timarchum dicens, tres esse reipublicae ad-  
 ministrandas rationes, Tyrannidis, i. Monarchiae, paucorum, & po-  
 popularis status: & moribus eorum qui praesunt Tyrannidi, & paucoru  
 status confirmari: at, quae popularis status ratione reguntur, legibus  
 conseruari. Consulatur itaque ei statui, si de legibus violatis agatur,  
 & reformetur status corruptus, quemadmodum in Herza primum  
 magistratus fiebant nutu populari, postea sortito: cum electiones  
 eorum in pudendos homines caderent.<sup>c</sup>

7. Mala quoque gubernatione & negligentia magistratuum, po-  
 popularis status interiit apud Thebanos, post pugnam in Onophytis  
 commissam: apud Megarenenses, Syracusis ante Gelonis Tyrannidem:  
 Rhodi, antequam rebellarent. Et hoc malum commune aliis prin-  
 cipatibus: quemadmodum bonae naues imprudentia gubernantium  
 subuertuntur & submerguntur, ut ait Plato.<sup>d</sup> Quo fit ut legamus mo-  
 narchias & respublicas perseuerasse sub diligentibus & prouidis prin-  
 cipibus & gubernatoribus, qui bene eas ordinauerant: defecisse au-  
 tem bene ordinatas, cum peruenerunt in manus successorum, qui  
 nec artem nec leges gubernandi nouerant, quibus cognitis conser-  
 uari poterant.

8. Bestia multorum capitum populus est, mobile vulgus & inui-  
 dum: si frena laxentur, fastidit statum bonum praesentem: & ut simul  
 suspiciosum est, se laceffitum bona administratione existimans, iu-  
 gum excutere nititur, libertatis seu potius agendi quod velit sine ra-  
 tione studiosus: ideo inuolutioni vacat, & reiectis bonis & ingenuis  
 rectoribus, meliores adhiberi postulat, vocat autem meliores, qui  
 magis ei indulgeant. Contingit autem illi, ut dum in hac electione  
 peccat, seruus deinceps seruire cogatur: & fugiens fumum, ut dici-  
 tur, in ignem incidat.<sup>e</sup>

*Tradere turpi fasces populus*

*Gaudet, eosdem colit atque odit.*

Et natura multitudinis est, aut ut seruiat humiliter, aut superbe do-  
 minetur: libertatem quae media est, nec spernere modice, ut ait Li-  
 uius, nec habere sciat. Semper tamen melioribus & ditioribus  
 aduersatur, quibus enim caret, quia ea aliis foelicitate adesse putat,  
 summopere desiderat. Et ut est apud Platonium.<sup>h</sup> *Ἐπιθυμῶν ἀντιχεύ-  
 ηται Ἰσθμῶν.*

<sup>a</sup> Polybius in epitome lib. 6.

<sup>b</sup> Iulianus ex Trogo libr. II.

<sup>c</sup> Aristoteles lib. 5. Politic. cap. 3.

<sup>d</sup> Plato lib. 16. aut ciuili.

<sup>e</sup> Plato lib. 8. de repub.

<sup>f</sup> Seneca in Hippolyto.

<sup>g</sup> Linius lib. 24.

<sup>h</sup> libro, seu in fragmentis, de differentiis commediarum inter Graecos.

ταυ φούσι τοις πλουσις εζ αρχης ο δ ημος ηει τις διαπραγλαις αυτς οδ ελαι.

Id. Non ignoramus ita vulgus natura cōparatum esse, vt his qui o-  
pibus valēt aduersetur, & ex ipsorū infortuniis oblectationē quærat.

9 Super omnia cauendum rectori reipublicæ, si velit fartam te-  
ctamque habere rempub. ne confusio in ea actionum & promiscua  
officiorum & personarum indifferens sit operatio. nam hanc proxi-  
me sequitur interitus, vt ait Plato <sup>d</sup>. Cuius verba refero. Si, inquit,  
opera Coriarij aggrediatur, vel coriarius fabri, vel instrumenta inter se  
commutent aut præmia, aut si idem vtraque exercere contendat omnia-  
que talia inter se permutentur, non commutationem hanc existimas ma-  
gna quadam iactura afficere ciuitatem? Quoties autem aliquis artifex  
vel alius natura quaestuarus, diuitijs elatus, vel multitudine copiae &  
robore, aut huiusmodi alio quopiam, militaris ordinis hominem transire  
conatur: vel miles cum sit indignus, in consularis nititur & custodis af-  
fendere dignitatem, & instrumenta vicissim quoque isti præmiaque com-  
mutant, aut idem aliquis hæc omnia simul peragere tentat, tunc arbitror  
mutationem multarumque rerum tractationem eiusmodi videri tibi, to-  
tius ciuitatis interitum. Et maxime quidem, cum ergo tria in ciuitate sint  
hominum genera: multorum tractatio, alteriusque in alterum commuta-  
tio, & extrema ciuitatis calamitas, relictissimæque perniciēs appellabitur.  
Est ita: Perniciem vero summam ciuitatis tuæ nonne iniustitiam esse di-  
ces? Quid nī? Hoc igitur iniustitia est. Rursum autem sic dicimus, qua-  
estuarij, auxiliarij, custodum generis actio propria, vnoquoque suum opus  
peragente in ciuitate, contra ac confusio illa superior & iustitia erit, &  
ciuitatem ipsam efficiet: Hæc Plato.

a Plato libr. 31. seu dialogo 4. de repu. vel de instr.

b 1. ad Corint. cap. 12.

c Lucius Flo- rus 1. de gestis Rom. Dionys. Halicarn. in 6

d Plutarc. in vita Aegi- dii.

Diuus etiam Paulus, <sup>b</sup> hanc confusionem valde noxiam reipublicæ  
paucis describit, & eam esse vnum corpus ciuile dicit, quod in ea sint  
multa membra diuersa officia habentia: & si non essent membra non  
esse corpus. Nam, inquit, & corpus non est vnum membrum, sed mul-  
ta, Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore. non ideo  
non est de corpore! Si dixerit oculus, quoniam non sum auris, non sum de  
corpore: non ideo non est de corpore: si totum corpus oculus, vbi auditus?  
si totum auditus, vbi odoratus? Nunc autē posuit Deus membra, vnum  
quodque eorum in corpore sicut voluit. &c.

Apologo quoque corporis humani vsus Menenius Agrippa, <sup>c</sup> pro  
reuocanda plebe à secessione facta contra patritios & senatum: do-  
cuitque plebem, quod si nulla corporis pars amplius faciat suum of-  
ficium, & contra ventrem coniuret, non fieri posse vllō modo vt cor-  
pus diutius duret, ac non intra paucos dies fame, pessimo mortis ge-  
nere, consumatur: & eadem de ciuitate, eodem modo sentiendum.  
Et euenit populo alioquin quod fabulose narrat Plutarchus <sup>d</sup> quidam  
serpenti contigisse: cuius aliquādo caudam ferunt aduersus caput se-  
ditione facta, petiisse, vt sibi vicissim quandoque ducem reliqui cor-  
poris esse liceret, nec semper caput ducem sequi teneretur. accepta  
autem ducendi potestate, fiebat, vt & ipsa sine intuitu sese mouens  
grauiter offenderet, & caput insuper; quod cæcum surdumque du-  
cem præter naturā institutum sequeretur, in eandem secum perni-  
tiam traheret.

De

De mutatione Principatū & interitu, ex causa luxuria imperatium.

C. A. P. III.

Vitia, & insolentia eorum qui domibantur & imperant, habent  
causam plerumque mutationis formæ vel interitus reipublicæ  
& principatus, vt notat Heraclides in politijs, dumque de Athenien-  
sibus agit, tradit, post Codridas, nullos amplius reges electos, eo  
quod in mollitiem & luxum delapsi esse viderentur. Refert & in Ce-  
phalenorum repub. regnum in ducatum versum, quod Promneus  
homo summæ inclementiæ rex, omnes virgines ante connubium cō-  
gnosceret: quem occidit Antenor arrepto ense, muliebribusque ve-  
stimentis assumptis, quam ob causam populus summis honoribus  
ornatum, ducem sibi constituit.

2 Superbi Tarquinij importuna dominatio & luxuria sic affecit  
iniurijs populum Romanū, vt is cupiditate etiam libertatis incende-  
retur, & pulsus regibus administrationem suæ reipub. instituerit: &  
ex imperio perpetuo annuū, ex singulari duplex, ne potestas solitu-  
dine aut mora conrumperetur: consulēque appellauit pro regibus,  
vt consulere se ciuibus suis debere meminissent.

3 Appius Claudius, decemuiratui finem dedit ob cupiditatem &  
amorem illegitimum virginis <sup>b</sup>.

4 Postquam monarchia Assyriorum durasset per mille trecen-  
tos annos, postremus apud eos regnavit Sardanapalus, vir muliere  
corruptior: quē videre cum ægrē obtinisset Arbaces seu Arbaças,  
præfectus militum eius, & eum inter scortorum greges purpuram  
colonentem inuenisset; & muliebri habitu mollitia corporis & la-  
sciua eas oculorum anteeuntem, pēlaque inter virgines diuidētem,  
indignatus, coniuratione facta cum militibus, eum obsessum sustulit,  
& imperium in Medos transtulit <sup>c</sup>.

5 Non est passus Deus suscipere principalem dignitatem & sa-  
cerdotalem, filios Helj summi sacerdotis & principis: eo quod pro-  
pter sua peccata detrahebāt homines à sacrificio Domini, & dormie-  
bant cum mulieribus quæ obseruabant ad hostium tabernaculi <sup>d</sup>.

6 Causa cur extincta est tyrannis Pisistratarum, impura etiam  
luxuria fuit. Pisistrate enim mortuo, filius eius Diocles per vim stu-  
prata virgine, à fratre puellæ necatus est: & cum alter filius Pisistratis  
Hippias nomine, imperium tenens interfectorem comprehendī iuf-  
fisset, qui per tormēta socios cædis nominare cogeretur: omnes ami-  
cos Tyranni nominauit, quibus interfectis quærenti tyranno an alij  
reliqui conscij essent, nemo ait superest quem mori gestiam quam  
ipsum tyrannum: qua voce eiusdem tyranni se victorem, post vindi-  
ctam pudicitia sororis ostendit. Eiusque voce cum admonita liber-  
tatis ciuitas esset, tandē Hippias regno pulsus, in exilium actus est <sup>e</sup>.  
Et ad Dariū Persam confugiens, aciem in Athenienses dirigens, in  
Marathonio campo, vbi pugna cātata, bello occubuit, & ciuitas ple-  
ne ab eius Tyrannide liberata est.

7 Mutatio quoque & finis regnandī Heraclidis cōrigit mirabili  
modo, per focordia & voluptatē Candaulis regis vltimi, qui non cō-  
tent usfrui pulchritudine vxoris, eā formosissimā supra omnes scē-

a Florus lib. 1. rex Roman. Dionys. Halicarn. lib. 4. Linnus in 1.

b Dionys. Ha- licar. lib. 10. Linnus 3. ab urbe cond.

c Iustinus in 1.

d 1. Regū c. 2.

e Iustinus est Trogo lib. 2.

minas collaudans; voluit nudam Gygi, vni ex suis satellitibus, ostendere: quo facto, & intellecto: ab vxore, ea ira percita quod nuda visa fuisset, Gygem in virum, & homicidam mariti elegit, & in dotem seipsam & regnum ei dedit. Et sic regnum Lydorum ab Heraclidis in Mæonadas translatum est.<sup>a</sup>

<sup>a</sup> Herodo. in 1. & Iustinus in 1.

8 Childericus rex francorum, pater Clodouei, regno fertur eiectus à Francis, quod filias illorum constuprare cœpisset: cuius in locum electus rex Egidius, magister militum Romanorum: donec post octo annos, quibus latuerat pulsus, in Toringia, eiecto Egidio rediit in gratiam Fracorum & regnū recepit: ope & cōsilio Vuinomandi.<sup>b</sup>

<sup>b</sup> Gregor. Tur. ro li. 2. histor. francica. c. 12. idem Aimoinus li. 1. de gestis francorū. c. 7. nisi quod hic non dicat pulsum regno: sed eū sponte secessisse, ad cōsilio Vuinomandi proceris sui, donec ira, per populū in eum concepta, defurbisset.

<sup>c</sup> Grego. Tur. ro lib. 2. histor. cap. 20.

<sup>d</sup> Helior Boethius lib. 11. histor. Scotia.

9 Eadem occasione Eorius rex Gothorum, ab Auernis Romanam fugit, metu ne ab illis occideretur, ob nimiam luxuriam in mulieribus: cumque eandem vitam luxuriosam tentasset cum mulieribus Romanis prosequi, lapidibus obrutus est.<sup>c</sup>

10 Calculenus rex Scotorum, flagitiosissimus, Veneris & Bacchi mancipium, nobilium adolescentium corruptor, cedes, rapinas, latrocinia, impunē permittens: dum ad comitia quibus illi regnum abrogabatur, tenderet, à Cadharo Scotiæ vrbis Thano, cuius filiam corruperat, cæsus est.<sup>d</sup>

11 Ab Hunnis seu Auaribus rebellauit gēs Sclauorū, qui & alio nomine dicuntur Vuinidij, quod cum iā antea Auaribus primum vectigalia veluti dominis depēderent, vt præliantiū castra tutarētur, fugientibus auxilia subministrarent: ideoque plures ab illis sibi cōtumelias illatas tolerassent, vt nō homines hominibus, sed feræ potius viderētur imperitare vilibus iumentis: Tandē inter cætera pessime tulerunt, & dictū horrendū quoque & inauditum scelus in se perpetratum, quod quasi hyematuri eorum adeuntes domicilia vxores eorum suis assumebant socias stratis: quod postea inde geniti noluerunt pati, sed mouerunt arma in Hunnos. Et aduenerat eo tempore mercator mercium comparandarum causa. Samo quidam natione Francus ex Senonibus, cum sociis pluribus, qui cum Sclauis cōtra Hunnos bellum gesserunt, & eos superarunt. vnde factum vt Sclaui eundem Samonem in regem eligerent, qui postea pluribus præliis tutatus illos est.<sup>e</sup>

<sup>e</sup> Aymon. li. bro. 4. de gestis Franc. c. 9. f. li. 22. Chronicon Germania.

12 Scribit H. Mutius, f. anno Domini 1300. accidisse, comitem Haspurgensem habuisse quendam nobilem in valle arcta Vranix arcis præfectum, superbū tyrannū intolerabilem, qui libidine in exhausta formosiores virgines, & matronas honestas, corrūperet. Quum autem duorum Germanorum fratrum virginem compressisset, eum ab illis fuisse necatum: indeque sequutam rebellionem contra omnes nobiles, ita tyrannicē viuentes. Societate primū eius rei causa inita inter tres pagos, Vre, Sultz, & Vnderualden, ita vt omnis nobilitas ferē inde extrita fuerit: quemadmodum nec tulit Erythriensium populus in gubernatione regiarum vrbiū gubernatores nobiles, licet eas diligenter curarent, sed rempublicam mutauit.<sup>f</sup>

<sup>f</sup> Aristo. 5. Polit. c. 6. h. Theopom. li. 16. historiarum, & Athenæus libro 10. Dipnosop. c. 15.

13 Refert Theopom. h. mutatā fuisse monarchiā Rhodiensium in Aristocratia per voluptuosū Hegesilochū regē Rhodiū qui cū obtemulentiam;

temulentiam talosque inutilis esset factus, neque ullam dignitatem haberet omnino apud Rhodios, sed à sociis omnibusque ciuibus ob vitæ intemperantiam accusaretur, paucorum principatum cum amicis constituit, qui multas nobiles matronas dedecore affecerunt, ac non paucos pueros vitiarunt: in tantumque petulantiam processerunt vt vel talis luderent de liberis mulieribus, differerentque inter talorum iactum, quam vrbanoꝝ victus ad victorem ducere deberet.

*De causis mutationis aut alterationis, vel interitus reipublicæ, ex intemperantia & luxu dominantium.*

## CAPVT IIII.

IN excessu & prodigalitate imperantium, seu in luxu & expensis inutilibus in conuiuia, voluptates, superfluum apparatus conuiuiorum, & personarum, & in profusas largitiones, magnum detrimentum capit res publica: Tum quod postea pecuniæ in necessarios sumptus desiderantur: tum etiam, quod pro his, onerandus multis sit tributis populus, quibus læsus accipit rebellandi occasiones.

Narrat Idomeneus, Pisistratidis filios Hippiam & Hipparcū, conuiuia inuenisse, & equorum aliorumque multorum apud illos fuisse copiam, & ex eo fuisse eorum graue imperium.<sup>a</sup>

Posuit Deus legem regibus populi sui, Cum constitutus inquit, fuerit rex, non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Aegyptum equitatus numero subleuatus. Et postea, non habebit vxores plurimas quæ alluciant animum eius.

2 Causa cur Arbaces, regnum inuasit Asiæ & transtulit in Medos, fuerunt nimis deliciae Sardanapali vltimi regis.<sup>d</sup> Ea occasione vsus Carolus Martellus in inuasionem regni Franciæ, regibus tunc in deliciis tantum viuentibus, & negotia regni per maiorem domus gerentibus, qui Merouingorum familiam tunc sceptro deiecerunt.<sup>e</sup>

3 Campania, inuictum armis Annibalem, luxuria illecebrisque suis complexa, vincendum militi præbuit, illa vigilantissimum ducem, illa exercitum acerrimum, dapibus largis, abundantanti vino, vnguentorum fragrantia, Veneris vsu lasciuiore, ad somnum & delicias euocauit: ac tum demum fracta & contusa Punica feritas est cum Seplacia ei & Albana, castra esse cœperunt.<sup>f</sup> Quid autem his vitiis fœdus, quid etiam damnosus, quibus virtus atteritur, victoriæ languescunt, sopita gloria in infamiam conuertitur, animique pariter & corporis vires expugnantur? vt nescias ab hostibus ne, An ab illis capi perniciosius habendum sit.

Scribunt authores f. fide digni, Xerxem opum regiarum ostentatione eximia, eousque ad luxuriam gaudentem: cum edicto præmium ei proposuisset, qui nouum genus voluptatis reperisset, dumque deliciis nimis captus esset, amplissimo regno ruinam dedisse.

<sup>a</sup> Athenæus lib. 12. dipnosop. c. 15.

<sup>b</sup> Deutero. 17. ver. 15.

<sup>c</sup> nempe vt ait glo. ad dictum vers. 16. ad iac. antiq. sed bene ad dignitatem sui status. & ad defensionē sui regni.

<sup>d</sup> Ctesias de rebus Persicis. Athenæus lib. 12. c. 12. Iustin. in 1. c. Eginaribus Aymoinus Gagunus & alij.

<sup>e</sup> Val Max. lib. 9. ca. 1. Lib. 23. Cicero contra Rullum. Zonaras & Val Max. præd. loco Cicero 5. Tusculi.

<sup>f</sup> Val Max. lib. 9. ca. 1. Lib. 23. Cicero contra Rullum. Zonaras & Val Max. præd. loco Cicero 5. Tusculi.

4 Erat Volunienſium vrbs opulenta, legibus & moribus ornata, Hetrurix caput habita: Sed poſtquam in luxuriam prolapſa eſt, in profundum iniuriarum, & turpitudinis decidit: & cum ciues ſeruos ſuos ſine delectu manumitterent, conuiuſ alligarent, conuiuſ honeſtarent, rempublicam amiſerunt, & Libertini in partem poteſtatis recepti, plenitudinem uſurparunt: teſtamenta ad arbitrium ſuū ſcribi iubebant, conuiuia, conuentuſque ingenuorum fieri uerabant, filias dominorum in matrimonium ducebant: immo poſtremo, lege ſanxerunt, ut ſupra ſua in uiduis pariter, & nuptis impunita eſſent, ac ne qua uirgo ingenuo nuberet, cuius caſtitem non ante ex numero ipſorum aliquis delibaſſet. Sicque luxuria aluit luxurioſiores, qui in ſe rempublicam tranſtulerunt, camque ita peſſimè adminiſtrarunt, donec poſtea prædicti Libertini, Romanorum ope per Decium Murenam, omnes aut in carcere necati ſunt, aut dominis in ſeruitutem reſtituti.<sup>a</sup>

<sup>a</sup> Valer. Max. lib. 9. cap. 1.  
Flor. lib. 1. c. 21.  
Oroſ. lib. 4. c. 5.  
C. Plin. libro de uirg. illuſtrib. c. 36.  
lib. 12. Di. p. noſophiſton. c. 1.

<sup>c</sup> quod liquet ex Homero Da. va Phrygio, Virgilio, & a. lib.

5 A tempore quo Paris fertur iudicaſſe, in concertatione Iunonis, Palladis, & Veneris pro Venere, omnia confuſa voluptate, perturbataque fuerunt, ut dicit Athenæus.<sup>b</sup> Alludit autem ad ſubuerſionem imperij, vel regni Troiani, quod accidit ob voluptatem Paris filij regis Troianorum, qui rapuit Helenam, Græcorumque iram aduerſus Ilium prouocauit; & qui regnum poſt decennalem obſidionem deleuerunt.<sup>c</sup> Atque Homerus cum voluptatis mala principibus inſinuare uellet, fingit Iouem, quæcunque de rebus Troianis pernoctando rectè cogitauerat, ea per diem voluptate captum ſubuertiffe, tumque fortiſſimum Martem à debiliſſimo Vulcano ligatum fuiſſe, qui cum illegitimis amoribus detineretur, calumniam & pudorem ex illis reportauit. Sunt iſtæ voluptates ſeruiles, porcis dignæ, quæ regum animos turpiter victos in triumphum ducunt, & ridiculum coram populo reddunt principem, & merito efficiunt contemptibilem, tanquam indignum aliis imperare, qui ſibi ipſi, & affectionibus ſcædiſſimis dominari nequeat, tanquamque mancipiū uitorum.

Ab initio falſæ non ueræ voluptates dulcedine quadam incautos more cantus ſyrenarum decipiunt principes ut alios, & illectos irretiunt, inuoluunt, grauunt, & tunc cum deceperint, quales ſint declarant, & ex reſeſſu cognoscuntur: dum enim adueniunt, uix percipiuntur earum doli, cum habeant ſpeciem, & faciem boni ſenſualis, uerarumque voluptatum.

6 Ferunt & Sibaritas ob nimiam voluptatem, tandem per occaſionem actionum eius, victos & ſubactos à Crotoniatis, & rempublicam amiſſiſſe. Cum enim in tantum voluptatum perueniſſent ſtadium, ut equos etiam ad tibiam in Sympoſiſ tripudiare aſſuefeciffent, Crotoniatæ id cognoscentes, ubi cum his pugnant, ſaltdi concinnitate illis pararunt, ut aſſerit Ariſtoteles in eorum republica. Aderant enim illis tibicines in acie militari, quorum cum tibiarum ſonum equi audiffent, non exilierunt ſolum, uerum etiam ſeſſores habentes ad Crotoniatas confugerunt.

Sic etiam Cardianos, qui ita quoque ad voluptatem equos ſaltare inſtituerant

inſtituerant, fuiſſe ſuperatos, & ſuſos à Biſaltis, reſert idem author Athenæus.<sup>a</sup>

7 In ſumma duo maximè uitia ſuccreſcunt non ſolum in regnis regibus, ſed etiam in populis, & in omni ſpecie rerumpublicarum: auaritia, & luxuria: quæ ut peſtes crudeliſſimæ omnem ſtatum reipublicæ ſubuertunt, & depopulantur. ut dicebat M. Porcius Cato.<sup>b</sup>

Exemplo erunt Athenæ, & Roma: nam quæ vrbs voluptati plurimum tribuit, imperium maximum amiſit: quæ labore delectata eſt, obtinuit, & occupauit. Et illa libertatem donare non potuit: hæc etiã donare potuit.<sup>c</sup>

Et Ariſtoteles<sup>d</sup> plures reges & principes periſſe ait, quod in uoluptatibus uiuentes, effecti ſunt contemnendi, ac multas præbuerunt occaſiones opprimendi ſe.

Prodigos dixit Cicero,<sup>e</sup> qui epulis, & uiscerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, uenationumque apparatu, pecunias profundunt in eas res quarum memoriam, aut nullam, aut breuem ſunt omnino relicuri.

Grauius autem voluptates principum Deus inſectatur per Eſaiã,<sup>f</sup> Væ, inquit, qui conſurgit mane, ad ebrietatem ſectandam, & potandum uſque ad ueſperam, & uino aſtuat. Cythara, & lyra, & tympanum, & tibia in conuiuſ ueſtris, & opus Domini non reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis. Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudine eius ſiti exaruit: propterea delatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum: abſque uſlo termino, & deſcendent fortes eius, & populus eius, & ſublimet, glorioſique eius ad eum, & incuruabitur homo, & humiliabitur uir, & oculi ſublimium deprimentur, & exaltabitur Dominus exercituum, in iudicio, & Deus Sanctus ſanctificabitur in iuſtitia.

Et alibi Eccleſiaſtes cap. 10. uer. 6.

Væ, tibi terra cuius rex puer eſt, & cuius principes mane comedunt.

De emendatione luxus, & ita de remedio  
contra hunc caſum Reipublicæ.

## CAPUT V.

Blandum malum certè luxuria, luxus prodigalitas, & reliquæ que inanibus ſumptibus exhauriunt arariū reipublicæ. Et quanuis accuſare luxum ſit facilius quam uitare principi, & homini rectori qui uult cæteris præfulgere: tamen ſapientia quæ rationali homini propria eſt, ita debet actus ſuos temperare, ut cautione adhibita, cæteris quoque prudentior uideatur, utatur temperato uictu, & uſtitu, & laudabili parſimonia parcat publico arario.

<sup>a</sup> Athenæ. libro. Dipno ſoph. c. 15.

<sup>b</sup> Liuius lib. 34.

<sup>c</sup> Valer. Max. lib. 4. ca. 3. exemplo 6.

<sup>d</sup> lib. 5. Politicorum. c. 10.

<sup>e</sup> Cicero 3. Officiorum.

<sup>f</sup> Eſaiã. c. 5. uer. 11.

Considerare debet moderator reipublicæ, se esse quidem principem: sed non ea intentione præpositum, ut reipublicæ bonis abutatur: sed ut modesto usu contentus, cetera subditis integra conseruet: neque principem alio ventre, aut corpore præditum, quam hominis, & proinde posse si velit iisdem, quibus ceteri homines, contentum esse: ali, viuere, vestiri, mori, communia sunt omnibus, ut reliqua humana.

2 Nec reprobat quidem in principe, cibus bonis succi, & melioribus uti: sed superfluis, inutilisve apparatus, profusæ expensæ, quæ ex pecuniis, laboribus, immo verò morte sæpe subditorum bonis exsuctis, colliguntur per tributa crudelia. Quid enim (quæso) necessarii sunt tot aulici principi officarij, inutiles titularij, qui more harpiarum apposita deuorent, in necem subditorum? tot secretarij, cum duo, aut quatuor amanuenses sufficiant, negotiis expediendis, quorsum tantus numerus ministrorum culinæ, quibus adhærent ut tinxæ subministri, & subministroꝝ alij subministri, & istis famuli, & famulorum famuli. cur tot nutriuntur sanguine populi hîruidines: adulatores, aulici, stulti, vel veri moriones, nani, monstra naturæ. quæ in delitiis habentur, muscæ, assectæ, comitatus: & stipatores inermes, numerus, pondus iners terræ, & fruges consumere nati.

Istos enim omnes expensis publicis nutriri in præiudicium publicum videmus. Apparatus regius aut principis, vel gubernatoris, ita debet institui, ut dignitas conseruetur principalis, & modum, vel necessitatem eius non excedat, neque quicquam ei deficiat. Egent enim principatus quidam maioribus impensis, pluribus stipatoribus & aulicis, dum plura & maiora sunt obeunda negotia. Neque mentis compos esset: qui vellet principem, ut priuatus viuere: quia princeps priuatus esse non potest, & princeps. Neque reprobandum, quod multæ plures illi offerantur in mensa epulæ, quam edere possit, nam honoris gratia hoc fit, & non superflue cum sublata referuentur seruiantibus: necessariò enim, & hi alendi sunt.

Eadè dicenda de vestibus, & equis necessariis, venatione honesta, sumptuque in illa moderato, habita ratione dignitatis principis, ditionis et prouentuum eius. Laudatur sapientia Salomonis in constitutione ordinis ministrorum, et rerum necessariarum regno, et dignitati. Fert necessitas negotiorum reipub. etiam requiri plures, qui ea tractent, plures ita suo tempore faciendæ impensæ principi, qui quia gerit negotium subditorum iuste ab illis postulat: ideo tributa, et contributiones, non magis quam negotiorum gestor cuiusque priuati, rectè postulare à possessoribus rerum impensas pro illis factas, vel faciendas.<sup>b</sup>

Possunt referri præstantissimorum principum exempla, qui cum suæ reipublicæ opes tractarent, et in publico illis abundè vterentur, tamen pro priuato suo victu summo cum virtutis encomio, paucis contenti fuerunt. non in luxu, sed in administratione reipublicæ proba officium summæ potestatis consistere rati, strenuis actibus, et consiliis, quibus præerant vtilis, sua parsimonia, et virtutibus, aliis et

<sup>a</sup> 3. Regum. 10.  
<sup>b</sup> 2. Paralipom.  
c. 9.

<sup>b</sup> li. 1. de nego.  
gestu. P.

aliis & inferioribus imitabiles: cum scirent publicarum pecuniarum, non se esse dominos proprietarios, sed dispensatores à Deo datos: & non ad deglubendas, sed ad tūdendas oues seu populos sibi commissos. quod minimè considerantes mali principes, præcipiti libertate in tyrannidem conuersi imperij & reipublicæ status subuersionem, spōte sibi & posteris suis, sine vlla restitutionis in integrum spe, pepererūt. Et dicebat sacer ecclesiastes. *Beata terra cuius rex nobilis est, & cuius principes vescuntur in tempore suo, ad reficiendū & non ad luxuriā.*

3. Narrat Herodotus, dum de Perdicca agit, priscorum hominum tyrannides seu principatus in re nummaria fuisse exiles, & eis populares facultates, adeo ut ipsi regi Macedonum in vrbe Lebæa, vxor eius & coqueret cibaria, & panes famulis bubulcis & equisonibus. Legimus & Saulem regem electum, tamen proprio patrimonio incubuisse, & non mutasse splendorem victus: quod docet, quia postquā cōstitutus fuit electus & vnctus rex, sequebatur boues venientes de agro, & nihilominus statim congregauit populum ad bellum regio imperio, & castra admouit cōtra Ammonitas, eosque fudit. Hoc & argumentum maximæ frugalitatis ducum Romanorum Priscorum & bonorū, qui semoti longe ab ambitione & vsurpatione tyrannidis fuerunt, quod peracto officio publico etiam digni imperio, proprios agros domestico & priuato modo celerent: non ideo magis ex administratione publica facti inanes & superflui. Quare Plinius, dum quærit rationem, cur arua antiquitus, maiores fructus redderent, addit, quod tunc manibus etiam ipsorum imperatorum exulta essent, & gauderet terra vomere laureato, & triumphali aratore: & quod illi eadem cura semina tractarent qua bella, eademque diligentia arua disponebant qua castra. Item quod honestis manibus omnia lætius proueniant, quoniam & curiosius fiunt. Illustrat dehinc exemplis, quod ferentem inuenerint dati honores, Serratum, vnde cognomen. ut aranti quatuor sua iugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellatur. Cincinnato viator attulit dictaturam, & quidem ut traditur nudo, plerūque pulueris etiamnum ore, quod & refert Liuius.

Maximus etiam illa dux Romanorum Curius, quale frugalitatis reliquerit testimonium imitandum principibus, paucis expressit Iuuenalis.

*Dentatus Curius paruo quæ legerat horto,*

*Ipse focus breuibus ponebat oluscula, quæ nunc*

*Scallidus in magna fastidit compede fossor.*

Laudatur proseruorum & famulitij temperamento, merito Scipio Æmilianus, quod post duos inclytos consulatus, toridè que suæ præcipuæ gloriæ triumphos, septem seruis sequentibus officio legationis functus est. Imo Plinius de eo refert, ad reges adeundos missum, duos seruos præter eum duxisse tantum secum. Sed hæc hæctenus de emendatione luxus, plura enim diximus antea libro 8. c. 5. & 6. quæ non sunt repetenda.

<sup>a</sup> Ecclesiast.  
c. 10. ver. 17.

<sup>b</sup> Herodo. li.  
8.

<sup>c</sup> 1. Regum. 6.  
H. ver. 5.

<sup>d</sup> lib. 18. c. 3.

<sup>e</sup> Liuius li. 3.

<sup>f</sup> Satyra 11.

<sup>g</sup> Val. Max.  
lib. 4. t. 3. Plu-  
tar in apoph-  
tegma. Athe-  
nem lib. 6.  
<sup>h</sup> Plinius de  
viris illustri-  
bus cap. 58.

*De causa mutationis, aut subuersionis, & interitus reipublice, per superbiam imperantium: Et de quibusdam remediis, seu precautionibus aduersus eam.*

## C A P V T V I.

**I**am diximus libro 8. c. 4. superbiam rectori, & principi non conuenire, non minus quam nimiam deiectionem. Principatus nobilis est seruitus: pro nobis principes vigilat, & pro animabus nostris rationem sunt reddituri Deo.<sup>a</sup>

<sup>a</sup> ad Hebræos c. 13. ver. 17.

<sup>b</sup> Iesaiæ c. 14.

<sup>c</sup> 1. ad Timotheum c. 3.

<sup>d</sup> Genes. c. 1. 2. 3.

<sup>e</sup> Bernard. in paruis sermonibus sermo 3.

<sup>f</sup> supra lib. 6. c. 12.

Superbia deiecit à principatu angelorum luciferum, <sup>b</sup> & fecit ex angelo dæmonem: qui eum imitantur, periculo simili se exponunt. quod etiam D. Paulus significat, dicens, <sup>c</sup> ne in superbiam delatus incidat in iudicium diaboli. Hac etiam primus homo rex factus totius creaturæ orbis, elatus & inflatus à diabolo, à regno præcipitatus est, & subditus creaturis quibus antea imperare poterat. <sup>d</sup> mortique factus obnoxius.

2. Superbia quadruplex, cordis, oris, operis, habitus, <sup>e</sup> nunquam homini christiano conueniens qui eius debet esse discipulus, qui humiliandi docuit verbo & facto leges.

Inanis est arrogantia, & ridiculos facit principes erga subditos, & extraneos, vt docuimus <sup>f</sup> dum de illis loquuti sumus qui Dei nomen, honores, & titulos voluerunt sacrilegè vsurpare, quo loci & exitum miserum quorundam huiusmodi superbiorum annotauimus. præsumptio hæc inuerecundiæ portio est, extirpatrix virtutum, spoliatrix, meritorum extinguens omne bonum, populatrix totius orbis, indignabunda, imperiosa, petulans, excelso & de picto curru summis ducentibus peruehitur, promissa, & picturata veste effusa, & promissa, fucataque coloribus, cornibus alte prominentibus, auriculis oblongis, naso repando, & sinu, naribus in fastidientis modum contractis, spirantibusque iniurias, & contemptu, labris productis, adunco vultu elata fronte, excelsis, & coniunctis superciliis, ceruice rigida, humeris in altum sublati, oculis arduis, & minacibus, sed cæcis: cæci enim parentes cæcam filiam generarunt, amor scilicet proprius & ignorantia qui illam assidue comitantur.

Ab ea nunquam discedit inuidia, & soror, stultitia, & temeritas: huic ministrorum ingens turba, lior, pallor, contemptus, odium, rancor, mœror alieni boni, gaudium mali, mendacium, simulatio, amor laudis, cupiditas honoris, tumor, ambitio, elatio, iactantia, arrogantia, insolentia, &

<sup>g</sup> Maphæus Regius lib. 2. de perseverantia religionis c. 2.

Hinc subuersiones principum, & principatum: quod superbia inflati, plus de se quam in his sit virium, sibi promittentes, seipso decipiunt, & periculis temere se obiciunt, à quibus dehinc non possunt se eximere: inimicos & subditos contemnant, a quibus opprimantur incantati. Sic Darius Arsani filius rex Persarum, qui se regem regum, ac consanguineum deorum vocabat, & Alexandrum magnum famulum suum, & iusserat satrapis suis, vt insanientem illum Philippi adolescentulum (sic enim eum per contemptum appellabat) verberibus puerilibus

puerilib. grauitè cæsum indutumque post veste purpurea, sibi vincitum traderent: sensit quantum superbia illi profuerit, exutus vita, & regno ab eo quem contempserat.<sup>a</sup>

Ecce, Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, fatuitas panis, & abundantia, & ocium ipsius, & quo tempore magis intumescerebat, omnino cum sua republica sublata est. <sup>b</sup> Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur. <sup>c</sup> Sensit id Nabuchodonosor Assyriorum rex: vbi enim se superbe extulit, dicens, *Nonne hæc est Babylon magna, quam edificavi in domum regni, & in robore fortitudinis meæ. & in gloria decoris mei?* statim enim ab hominibus, & de regno deiectus est. <sup>d</sup> Pharaon rex Egypti cum suo exercitu aquis inuolutus sero didicit quod nimium superbe Moyse respondisset, *Quis est Dominus, & audiam vocem eius, & dimittam Israel? nescio Dominum, & Israel non dimittam.*<sup>e</sup>

Cum esset aliquando post diluuium populus vnus, labij vnus, & regni, & eò superbiæ peruenisset, vt vellet sibi parare in posterum præsidium contra aquas, aduersus Deum, & testimonium suæ superbiæ elinquere, dicentes, *Faciamus nobis ciuitatem, & turrim cuius culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomen nostrum, antequam diuidamus in vniuersas terras: Deus confudit sermones eorum, & diuisit, & separauit eos, dispersos super faciem cunctarum regionum.*<sup>f</sup>

Arphaxat rex Medorum post subiugatas multas gentes imperio suo, & ædificata ciuitate illa magna Ecbatanis, eum gloriatus esset tanquam potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum, suarum, anno duodecimo regni sui superatus est à Nabuchodonosore, & qui regnabat in Ninive. Qua rursus is victoria elatus supra modum, ita vt iusserit, per Holophernein principem militiæ, vt omnem orbem subigeret, & omnes Deos de terra tolleret, vt ipse solus Deus diceretur: verum tanta superbia per vnicam sceminam Judith, Deo auxiliante qui superbis resistit, & humilibus dat gratiam, deiecta est, ablato Holopherne capite, & inde fugato, & dissipato eius copiosissimo exercitu. <sup>g</sup> Cum etiam Antiochus rex superbia & ira concitus, iurasset se venturum Hierosolymam, & congeriem sepulchri Iudæorum eam se facturum: à Deo percussus est insanabili, & inuisi sibi plaga, & inde obiit miserabili morte.<sup>h</sup>

4. Multa pericula vitabit princeps, & respublica, si vires suas agnoscant: quid sint, quidue possint considerent, ne supra id quod sunt se extollant, ne plura quam possint exequi, præsumant, ne alios contemnant cum superbia sit appetitus excellentiæ inordinatus, qui prouenit ex eo quod aliquis ex voluntate tendit supra id quod est, qui enim vult supergredi id quod est, superbus est.

5. Sunt remedia hæc cum priuatis contra superbiam ipsis principibus communia: & proinde ex illis sibi sument & ad precautionem, & ad medellam, magis conuenientia, & in primis recordabunt hoc vitium maxime Deo displicere, & eum superba deicere, oculos sublimes, linguam

<sup>a</sup> Quin. Curt. lib. 2. & seq.

<sup>b</sup> Genes. c. 19. Ezechiel. 16. ver. 49.

<sup>c</sup> Proverbi. c. 18. ver. 12.

<sup>d</sup> Daniel. c. 5.

<sup>e</sup> Exodi. c. 5. ver. 2. & c. 14. ver. 26.

<sup>f</sup> Genes. c. xj.

<sup>g</sup> Iudith. c. 1.

<sup>h</sup> Iudith. c. 3.

<sup>i</sup> Iudith. c. 14. & 15.

<sup>k</sup> 2. Machabæorum. c. 9.

a prouer. cap. 6. ver. 17. b prouer. cap. 15. ver. 25.

c Ezechiel. c. 28.

d Chryso. tomo 1. operum homilia 31. e Luca 18.

f 1. ad Corin. c. 4.

g Homili. 24. in Mattheo. tomo 2.

h Herodot. in 1.

mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem abominatur Dominus, & domum superbiorum demolietur. Et factus est sermo Domini ad Ezechielem, Fili hominis, dic principi Tyri, Hec dicit Dominus Deus, eo quod eleuatum est cor tuum, &c. quasi cor Dei: idcirco, ecce ego adducam super te alienos robustissimos Gentium: & nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientia tua, & polluent decorem tuum, interficient, & detrahent te, & morieris in interitu occisorum in corde maris. &c.

Sed consideratio eius quod quis est, & ex quibus superbierat, detrahere potest arrogantiae opinionem, quid enim aliud est princeps quam homo? vnus est regibus & priuatis ortus, vnus est interitus: omnes obnoxij mortis, interitui, & vermibus: puluis, & cinis, quid habet quod superbiat? donum Dei est, non naturalis personae, quod vnus aliis pluribus imperet, alij obtemperent: potestas non est nisi a Domino, vt de illa superbiendum non sit, tanquam a nobis sit: imò magis occasio datur humilitatis principi, quod de illa redditurus sit rationem Deo, a quo accepit, & quod ab eo plus reposcetur, cui plus datum administrandum.

Recordari expedit, & eius quod ait D. Chryso. Siquis innumerabilia bona fecerit, virtutemque omnem absoluerit, si tamen, quid de se magnum sentit, maximus omnium miserabilis est, & miser. Quod nobis manifestum est, ex his quae Phariseo acciderunt qui vt magna de se sentit, & Publicanum contempnit, subito deterior factus est Publicano, & omnes virtutem diuitias lingua sua effudit: apprehenso enim littore, simul omnes merces suas perdidit. Quid habes, inquit, Diuus Paulus, quod non accepisti? si autem accepisti, cur gloriaris, quasi non acceperis?

Sed & consideranda ipsae res ex quibus solent superbire principes quae vanae, & nihili sunt: si tales, quales re vera sunt, detracta falsa opinione perpendantur. Quid inquit D. Chryso. arrogas homo? quod sublimi curru veheris, quod te trahit mularum iugum? aequalè illud est. nam & saxa plerunque & lignum gestantur: sed speciosa veste circundaris? sed & respice pro cultu vestium, virtutum, decore fulgentem, & videbis iam te fræno putrefacto similem. illum autem arbori admirabilem fructus ferenti, maximam praebenti ceruentibus voluptatem. Tu quidem circumfers pastum vermium, atque tinearum, quae cum tibi incubuerint celeriter huiusmodi ornatu nudum relinquent: qui stolam habet virtutum, non potest illa priuari: nec illa corrumpitur, nec tineae, nec vermibus, nec morte ipsa.

Si ex diuitiis quis superbiat, consideret diuitias publicas, non suas sed principatus esse, & de rebus alienis, non suis insanire: demum quod Cræsus rex omnium opulentissimus, cum suis diuitiis, & regno in potestatem Cyri venit, In summa qui clauum reipublicae tenet, agnoscat sententiam Senecae in Hercule furente.

Dominare tumidus, spiritus altos gere: Sequitur superbos victor à tergo Deus. Et quod rursus scripsit Euripides, Οὐκ ἴδης πρὸς ἄλλος ἠρηθρόν τινα

Ααμπρῆς

Τὴν ἄρξιν ἔμενον ἑὸν ἄποδ' ὄνα. Cum videris in sublime quempiam elatum, Splendidius gloriantem opibus ac genere, Supercilioque supra sortem suam, Illius celerem diuinitus expecta breui vindictam.

6 Insolentia principum & superbia, alienat valde animos subditorum ab eorum amore & obedientia: & hoc tamen est vitium commune imperatibus, & a quo nihilominus cauere debent qui diu & secure voluerint imperare: estque maximè difficile vt dicebat Marcus Imperator apud Herodianum, in maxima licentia moderari sibi, quasi que frenos imponere cupiditatibus. potissimum quando res succedunt ex animi sententia & ridente fortuna.

Nescia mens hominum fieri fortisque futurae. Et seruari modum rebus sublata secundis.

Nihilque homine stulto fortunato intolerabilius. Et vt ait Flaccus, Stultitiam patiuntur opes. Sicuti & Annibal Cannensis pugnae victoria elatus, nec admisit quemquam ciuium suorum in castris, nec respicere vlli nisi per interpretem dedit: Maharbatem etiam ante tabernaculum suum clara voce adfirmantem, prospexisse se quoniam modo paucis diebus Romae in capitolio cenaret, aspernatus est. Dicebat & Demosthenes: Τὸ γὰρ εὖ παρ' ἑνὸς πλεῖν ἀξίαν ἀφορμὴν, ἐν αὐτῷ φρονεῖν τῶν ἀνοήτοις γίνεσθαι. Felicitas & rerum successus qui contigerit immerenti, stultis vesaniae causam praebere solet. Et Aeschylus, ἢ βαρὺ φόρμ' ἀνθρώπος ἐὺλογῶν ἀφρω. 1. graue pondus, amens rebus vtens prosperis. Et secundum Dionem Cassium, immoderati honores laudemque leuitatem homini etiam honestissimo cuique adferunt, vt se iam talem esse qualis praedicatur existimet. Ideo is Dio, culpam necis Iulij Caesaris, quod populus eum nimium honorasset & postea iis quae dederat non detulisset vnde superbiuit Caesar, arbitrantur.

7 Sed remedium huic insolentiae dabitur, si habeant principes & rectores, ante oculos perpetuò, humanae fortunae inconstantiam, fragilitatem rerum humanarum, vicissitudines regnorum, regum & felicitatis: Cræsi, Darij, Xerxis, Alexandri, & aliorum modico tempore stetit fastum & fortunam: si meditetur, Imperatorum, regum, principum caedes, exilia, ludibria, & rerum publicarum praeteritarum interitus, quae admonent non parum secundis rebus fidendum. Nostra non sunt quae Deus tractanda concessit, gerimus tantum personam dignitatis additae, nec inde humana natura augetur, quominus talis sit: semper princeps rector, rex Imperator, episcopus, Papa, homo est, vt rectissime Archidamus Agefilai filius, cum a Philippo post partam victoriam ad Chærongam acerbas & minarum plenas literas accepisset: respondit, Simeueris umbram tuam Philippe, haud quaquam illam factam maiorem reperias quam erat ante victoriam.

Et forsitan hæc præclara responsio, admonere potuit hunc Philippum regem Macedoniae ne felicitate nimia se efferret: vnde & ille sapientissime ex inimico vtilitatem capiens, id munus destinauit vni ex pueris suis aulicis, vt summo mane cubiculum ingressus, pronunciaret, ἀνθρώπος ἐστὶν Ἰλιππε, homo es o Philippe.

a Herodians. in 1.

b Virgil. 10. Aeneid. c Cicero de amicitia.

d Linius lib. 22. Polybius in 3. Valerius Maxi. lib. 9. cap. 5.

e Olynthia. 1. f Dio lib. 44. historia.

Y



a. 2. ad He-  
rennium.

8. Philosophi rerum hanc inconstantiam & vicissitudines foeli-  
citatís & infelicitatis humanæ, inter casus fortuitos connumerarunt: & proinde, fortunam, cohoneftatam suis proprietatibus, contemnendam prudentibus dixerunt. Inter alios Pacuuius, cuius versus contentus ero ex Cicerone<sup>a</sup> retulisse, fortunam, inquit, insanam & brutam esse perhibent Philosophi, quia quo saxum impulerit fors, eo cadere fortunam autumant.

Cæcam ob eam rem esse vocant, quia nihil cernat quo sese applicet. Insanam autem aiunt, quia atrox, incerta, instabilisque sit.

Brutam, quia dignum aut indignum nequeat internoscere, & in multis incommodis affligatur propter immensam pecunie cupiditatem.

b. Tomo I. in  
Esal 9.

Nec solum ipsa fortuna cæca est, sed eos plerumque etiam efficit cæcos, quos complexa est. Illi enim efferuntur fastidio etiam & contumacia: neque quicquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. Sed volucris fortuna: & cito omnia ex læticia & voluptate, ad luctum & lachrymas recidunt. Nemo inquit, D. Chrysoftomus<sup>b</sup> de potestate sibi magnifice placeat, nec intumescat: locus enim est & lubricus & præceps, & eos qui non aduertunt facillimè subuertit. Huc pertinet sapientissimum consilium Croæsi, datū Cyro expeditionem paranti contra Tomyrim reginam Massagetarum, cum iam victorius intumesceret & neminem sibi resistere posse arbitraretur: Si tibi, inquit, esse videris immortalis, & eiusmodi exercitui præesse, nihil est opus ut meam tibi dicam sententiam: si vero cognoscis te quoque hominem esse, & aliis talibus præesse, illud scito in primis humanarum rerum circulum esse, qui rotatus semper eosdem fortunatos esse non sinit, &c. Prosperitas æmulationem parit, dehinc inuidiam, subinde dissentiones & prælia: ex præliis tandem infelicitas.

c. Herod. lib. I.

9. Debet ab insolentia rerum prosperarum rursus vel maximè Christianum deterrere, metus, ne foelicitas illa terrestris & momentanea, à Deo sibi concedatur ob quædam bona peracta, & ne remunerationem recipiat in hoc mundo, ut vita æterna priuatur, recipiendo mercedem suam in hoc seculo, pro grauioribus malis perpetratis. poenas æternas percepturus: quod etiam Ibycus ethnicus maximè metuebat, ut est apud Platonem in Phædro. Is enim ut refert Plutarchus<sup>d</sup> dicebat, δέδοικα μὴ τι κατὰ θεοῦ ἀμάρταν, τιμὰν ποδὸς ἀνθρώπου, τὴν ἀμάρταν. i. metuo ne aliquo in Deum admissio delicto, honorem ab hominibus per permutationem accipiam.

d. Plutarchi:  
συμποσιακῶν, πρὸν ἀμάρταν. i. metuo ne aliquo in Deum admissio delicto, honorem ab hominibus per permutationem accipiam.

De crudelitate, quæ plerumque est causa mutationis seu interitus Reipublicæ, aut imperantium.

C. A. P. V. T. VII.

**D**e generant principes & rerum publicarum gubernatores in tyrannos: cum non paterna admonitione aut castigatione, sed feroci sauitia vtuntur: vnde sæpe & principatus interitū, aut magnam certè alterationem & mutationem acceperunt. Odiosi tales & iniusti facti suis & extraneis. Et enim ipsa crudelitas, ab hominis natura qua homo

homo homini beneuult, deficit, & qui multis est terribilis, multos timeat oportet. Ita fuerunt iniusti omnibus nationibus Cynathenses ciues in Arcadia, omnigenæ crudelitatis participes: qui post ingentem seditionem legatos Spartham miserunt: verum in quamcumque ciuitatem eundo legati illi Arcadię ingressi sunt, ex ea mox per ignominiam fuerunt expulsi, & reditus ad eam interdicitus, quamquam ex Arcadium essent genere. Mantinenses etiam, post illorum discessum, expiationibus ac sacrificiis ciuitatem ac circumstantia quæcumque loca purgauerunt, tam iniusta fuit omnibus eorum crudelitas<sup>a</sup>.

a Polybius  
lib. 4. Calius  
Rhodigi. lib. 9.  
cap. 9.

2 Effecit crudelitas, vt Persarum regnum destitueretur successore legitimo. Postquam enim temporibus Alexandri Magni, Darius viuente patre Artaxerxe rex creatus, in patrem coniurauit, eo cum patre mortuo, regnum peruenit ad Ochum fratrem Darij, qui metuens similem coniurationem, cognatorum & principum sanguine & cædibus, regiam repleuit, vt post mortem eius nullus iuuentus sit ex genere successor, & Codomenus quidam electus fuerit in regem à populo, cum titulo & nomine Darij, quem vicit Alexander Magnus, & fugientem cognati proprii necarunt. Hunc Darium fuisse Arsani filium, qui decimus quartus à Cyro totius Orientis monarchiam teneret, vt scribitur in supplemento Q. Curtij lib. 2. Obiicitur autè ei ab Alexandro apud Arium<sup>b</sup>, quod post mortem Ochi, filium eius Arsan necasset, & contra legem Perficam quæ per genus deferebat imperium, regnum occupasset.

b lib. 3. de gestis  
Alexand.  
& idem Q.  
Curtij ait  
lib. 6. & Strab.  
lib. 15.

3 Aristocrates Ictæz filius, rex Arcadiæ, ob proditos ad fossam magnam Messenios ab Arcadibus lapidatus est tanta inuidia, vt à domo Cypseli Arcadium imperium remoueretur: fuerat eius auus Aristocrates Archimedis filius, ob incestum cum virgine sacerdote, lapidibus obrutus<sup>c</sup>.

c Pausanias  
in Messenien.

4 Amasis Egyptiorum rex, cum plerosque ex suis ultimo supplicio affecisset, aliosque fortunis spoliasset, & in omnes insolentior & superbior fieret: eius imperium aliquantum toleratum est, donec Astifanes Æthiopum rex, in eum irrupit: tunc enim odia occulta erupere: cumque multi ab eo desciuissent, regno tandem pulsus est<sup>d</sup>.

d Diodor. Siculus lib. 2.

5 Refert de Thyso insigni Tyranno Ælianus, ita eum subditis euasisse infestissimum, vt legem tulerit, vt nemo publicè aut priuatim inuicem colloqui, aut sermones inuicem miscere auderet: imo, ne nutu oculorum manuumque gestu animi sensa exprimere. Sed cum adhuc vellet adimere flendi libertatem, & contra flentes cum satellitibus in forum peruenisset, subditos ereptis satellitibus armis, suum quoque tyrannum sustulisse.

6 Cum Arsacidarum quoque genus, quod imperabat Parthis, in crudelitatem incidisset velut hæreditariã, iusto Dei iudicio finem accepit. Siquidem Mithridates cognomento magnus, filius Artabani, rex, post bellū in Armenos foeliciter gestū à Senatu Romanorū Parthico regno pulsus, & frater eius Herodes seu alius Orodes, regnū occupauit, quiq; etiã fratrem qui se ei dederat in suo cõspectu trucidari iussit. Tuncq; cœpit fatū propinquū accelerari Parthiæ, cuius iam quasi solenne cœperat haberi, reges esse parricidas. Atque ex Herode

e Plutar. in  
sinus lib. 42.

& pellice eius filius Phrahartes 3. nomine constitutus rex statim patrem interemit, & fratres triginta trucidauit, & filium adultū interfici iussit: euasitque insolentior, quòd Antonium, & legiones Romanas vicisset. Quare cum multa crudeliter consuleret, in exilium à populo suo pulsus est. quo absente Tyridate, regem creauerunt, qui cum fugit ad Romanos, eoque tempore imperium Parthicum Romanorum coniunctum, defecit.

7 Prusias rex Bythinæ, cum consilium cepisset occidendi Nicomedem filium, dum studeret minoribus filiis quos ex nouerca eius susceperat, & Romæ habebat, re prodita inueni ab his qui scelus implere promiserant ipse præoccupauit insidias iisdem hortantibus, & cum accitus in regnum venisset statim rex appellatus, patrem Prusias regno priuauit, qui postquam priuatus est redditus, derelictus à seruis cum in latebris ageret, non minori scelere quàm filium occidit iusserat, à filio occisus est. Sic recidit crudelitas in artificem, & eum regno, quod per crudelitatem conseruare decreuerat, priuauit.

*a. Iustinus ex Trogo. in fine lib. 34.  
b. lib. 4. de gestis Francor. c. 44.*

8 Meminit quoque Aymoinus, <sup>b</sup> Childebertum eius nominis 2. regem Austrasiæ, filium Clodouei, & postea regem Franciæ, leuē fuisse nimis, & multis Francos oppressisse, vnumque ex illis nobile nomine Bodilonem, ad stipitem tensum valde cædi sine lege iussisse. Et proinde per Vigobertum, & Amalbertum Francos, reliquosque maiores natu contra ipsum Childebertum feditionem concitatum, & Bodilonem cum reliquis insurgentem, regi insidiatum, eum interemisse cum regina eius, prægnante.

*c. Herodian. lib. 4.*

9. Ut & Martialis quidam centurio vnus è custodibus Antonini, eum obruncavit, quòd paucis ante diebus princeps fratrem suum delatum tantum, sed minime redargutum occiderat.

*d. Aristotel. 5. Polit. c. 10.  
e. Lini libro 22. Val. Max. lib. 3. ca. 3.*

10. Aristocrata Mitylenensium, mutata in Democratiam, & Penthalias sublata, ob iniuriam illatam ciuibus. Sicque Megacles apud Mitylenem Penthalias circumeuntes, & clauis pulsantes cum amicis aggressus interfecit. <sup>d</sup> A Sdrubalis potestas à seruo sublata est barq qui eum subito aggressus necauit, ubi dominum suum occidisset. Et anno D. 1532. Christiernus Danorum rex fuit ob tyrannidem regno pulsus à suis: & dehinc cum decimo post anno sui exilij cōscripto milite conaretur ditones suas recipere, & in Mōruegiam, & Daniā venisset, captus est (quando parum integra fide, cum literis, & sigillis cautum illi fuisset) missus inde in carcerem captiuus finiuit vitam. <sup>f</sup>

*f. Suetonius in commentariis. in d. anno 1532.  
g. Iustinus ex Trogo. lib. 39.*

11. Defecit à Demetrio rege Syria, & primum Antiochienses duce Tryphone, execrantes superbiam regis, quæ conuersatione Parthicæ crudelitatis intolerabilis facta erat. Hieronymus Syracusanus rex fuit, cuius auus Hiero propter crudelitatem, & superbiam à suis interfectus est, & monarchia rediit ad Democratiam. <sup>h</sup>

*h. Linius lib. 24.*

Ab Astyage rege Medorū defecit regnū: & à Medis in Persas translātū p Cyrū nepotē Astyagis fuit per cōiurationē Harpagi. Is. n. Harpagus iussus impiè ab Astyage exponere, & necare recēs natū ex filia sua Cyrū, cū eū cōseruasset, incidit in odiū Astyagis: qui in vltionem cōseruati nepotis eius filium interfecit, epulandumque patri tradidit: sed Harpagus ad præsens tempus dissimulato dolore, odiū regis in vindictæ occasionem distulit, & ita prodidit regnū, & fauit Cyro.

*i. Herodotus in I. Iustinus in I.*

De odio & contemptu principis vel rectoris reipub. & pro remedio.  
De conuersatione principis cum populo, ne odium aut contemptum teneat.

## CAPVT VIII.

Quando populus odit principē, vel suū rectorē, aut si contemnit, angurium potest esse certissimū de infœlici successu reipublicæ: quemadmodū si subditi ipsi inter se factionibus & discordiis sibi aduersentur, vt cōcordia res paræ crescūt discordia maximæ dilabuntur. Insurgunt pleriq; subiectorū aduersus dominātes & dominationē, ex diuersis finibus, vt per contumeliā, per metum: oderunt enina dum metuant: per contemptum, opes etiam & honores quæ in regibus & tyrannis sunt, affectant omnes.

2 Conciunt & odium cōtra præpositos, interdū ex leuioribus, interdum ex iustis causis. Sicq; plures insurgunt in malos præpositos vindictæ causa: vt Harmodius in filios Pisistrati ob contumeliam forori factā. Aduersus Periantrum Ambraciæ tyrānum, insidiæ factæ, ex eo quòd in potu quem amabat puerum interrogauit, an nondū ex se prægnans factus esset. Philippus rex Macedoniæ à Pausania necatus, quòd non vlsceretur contumeliam sibi factam ab Attalo. Adamas à Coty rebellauit, quasi cōtumelia affectus, quod ab eo in pueritia exsectus esset.

*a. Tradit hæc Aristotel. 5. polit. c. 10.*

*b. Q. Curtius, de gest. Alex.  
c. Aristarobis supra.*

3 Contemptus principum viam parat ad minuendam, & postea ad excutiendam eorum autoritatem. Et post tyrannorum contemptum, vt plerumque sequitur eorū mors, vel exilium. Iudicio interdum Dei iusto, qui eo tyrannos deducit: vt videtur significare Dauid Psalmo 106. vers. 40. *Effusa, inquit, est contemptio, super principes, & errare fecit eos in inuio & non in via.* Sic enim ibi legendum contempito, non contentio, & contemptio est irratio subannatione principum: & talis illata ignominia, vt amissis vrbibus, sese abdere in solitudinibus & latitare cogantur. vt mente priuentur ne possint se à negotiis vel difficultatibus quibus inuoluuntur, extricare. Sic enim legitur in prædicto vers. 40. in Hebræo.

שׁוֹפֵחַ בָּזָה גְּנָת נְדִיבִים. Id. *effusus est despectus vel contemptus super principes.* Baz, enim significat contemptum, non contentionem. Sic & idem Dauid Psalmo. 75. vers. 13. Deus terribilis dicitur, & qui aufert spiritum principum, terribilis super reges terræ. Docuimus lib. 8. c. 4. antea, populum irritari nimia superbia principis: & nimia eius clementia, abuti: vt in vtroque casu periculum versetur mutationis reipublicæ, & necessaria sit ars ciuilibus administratori & gubernatori populi. nam de eo, quod de lupo dici potest, quod lupum auribus teneat, neque enim omnino ei plaudere, neque eum contemnere possunt sine periculo subditi. Quare conabor ultra ea quæ dicta sunt in prædicto cap. 4. quædam præcepta describere, quæ rectoribus reipublicæ videntur commoda circa conuersationem populi: & vt cauere possint ne odiosi ei sint, neque contemptibiles.

4 In primis curare debent principes & rectores, vt amentur à

subditis. Et enim ut dixit Marcus prudens imperator, moriturus & commendans filium suum populo <sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Apud Herodiam, lib. 1.

Neque aut pecuniæ vis, tyrannidis luxuriam explere, aut stipantia satellitum agmina tueri principem possunt: nisi illi ipsi quos regas, animum imperanti benevolentiamque accomodet. Quippe si diudamum tutoque imperant, qui non metum ex crudelitate, sed amorem ex bonitate, civium suorum animis instillant: neque enim quos feruire necessitas coegit, sed quos obtemperare sua quemque voluntas adigit, ij sunt in agendo patiendoque à suspitione omni, assentioneque vacui, nunquam imperia detrectant, nisi violenter contumeliosaque sint habiti.

<sup>b</sup> Herodian, lib. 1.

Magnum suffragium sibi adiunxit Macrinus <sup>b</sup>, cum post mortem Antonini ei in imperio succedens, scribens ad Senatum, pollicitus est hanc modestiam & lenitatem populo, mihi inquit sane decretum est, nihil sine auctoritate vestra agere, ac vos principes consiliariosque habere reipublicæ gerendæ, viuetisque pro arbitrio in libertate illa, quam vobis antea à patritiis imperatoribus ereptam, Marcus, deinde Pertinax, vobis restituere conati sunt, ambo ad imperium privatis cunabulis nutriti, &c.

<sup>c</sup> L. sed est lege. S. consilium de petit. hered. 10.

Regum est volentibus subditis imperare: Tyrannorum, inuitis dominari. Regibus & optimis rectoribus lex 12. tabularum rectè conuenit, *salus populi suprema lex esto*. Quam si exequantur fieri nequit ut non vicissim à populo diligentur: quia natura humana prona est ad remunerandum: & gratiæ ita manibus se coniungunt, ut vna gratia aliam pariat: stultum autem est credere principem diligere à populo, si ipse eum non amet, & publica negotia. Inter præconia virtutis Traiani Cæsaris, quæ Dio Cassius plura recenset, illud eum cupisse magis à civibus suis amari, quam timore affici: & cum populo humaniter: cum Senatu honorifice, versatum. Princeps qui animum populi sui habet in se beneuolum, etiam sine stipatoribus in utramque aurem dormire securus potest: ut contra si cœperit de eo diffidere, nihil aut parum illi proderunt stipatores, satellites ac custodiæ. Nam tunc timentes populum coguntur fidere custodibus, qui plerumque dominos qui se illis commiserunt confoderunt. ut Antoninus à Martiali custode sui corporis, <sup>d</sup> necatus: Alexander Magnus à proprio ministro Cassandro Antipatri filio, veneno sublatus <sup>e</sup>. Neque sententia eorum mihi vnquam placuit, qui malunt se timeri à populo quam amari: siquidem illis hoc tutum non est. Nam ut Ennius dicebat ode- runt dum metuunt, & quod quisque odit perire expetit.

<sup>d</sup> Hæc in 4. e. Quin Curt. lib. 10.

<sup>f</sup> Seneca in ædipo.

*Qui sceptra duro scæuus imperio regit,*

*Timet timentes, metus in auro redit.*

<sup>g</sup> Isocrates in Helena.

Theſeus qui amplissimam civitatem in vnum congregatam Atheniensium fecit, ante sparsim & vicatim habitatam, monarchiam suam, populi democratia firmavit: non enim, quod alij solent, civibus labores mādabat, nec voluptates solus capiebat: sed pericula sibi seorsum vindicabat, utilitates communes esse omnibus volebat: quare vitam & sine vllis insidiis, & summa omnium caritate peregit, non peregrino milite imperium muniens, sed benevolentia civium se tuens: potestate, rex: beneficiis popularis.

5. Quem-

5. Quemadmodum autem princeps insolens, & plus æquo in suos sæuiens, vel etiam administrandi profus ignarus vulgi animos in se concitat: sic contra qui clementia cum iustitia temperata artem regendi populum habens, populum gubernat, animos in sui amorem, subditorum excitat. Oportet autem moderatores, populum ferocem equo feroci & indomito propemodum similem existimare, & eandem feruare artem in eo gubernando & domando, si velimus eum iussa facere libere, quam equifones in tractandis & domandis equis ferocibus solent adhibere. In primis enim qui domant eis ab initio oblandiuntur, & mollissime tractant, ut assuecant freno paulatim & ephippio, & patientiæ inducendarum solearum ferrearum: atque primum aliquid leuioris oneris ferre consuecunt: & dulciter tractatos, & releuatos pedes, alicuius lapidis ictu leui ungulas pedes percutiunt: & sic quotidianis illis exercitiis & ictibus iam adimunt omnem timorem, & assuecunt ad ictus mallei, ut possint soleæ clavis adiungi: dehinc & paulatim freno parere consuecunt & perito fessore. Alioquin si imperitè quis equum rexerit, erratum ferox equus vindicat, suumque fessorem, quicumque sit deiicit. Populus item, si prima fronte & subito vi a digatur, ad iussa exequenda, calcitratur, fluctuat, æstuat, & satagit excutere imperium: vbi autem benevolentia, & veluti ex causa, & ob suam utilitatem gubernatur, obsequentissimus efficitur: paulatimque oneribus, & ob diuersas causas easque necessarias onerandus est. alioquin excandescit, & tyrannidem sibi subituram pertimescit, tuncque nisi freno durissimo imo cathenis obstringatur ægrè obtemperat: atque se inde soluendi & expediendi ab illa vi, nullam aut leuissimam aut grauem prætermittit oblatam occasionem.

6. Imo quod est mirabile, verissimum tamen, & assuetum, tanquam desperatione inconsulta obsessus, ut à præsentē tyrannide se eximat, in aliam maiorem inconsideratè se coniecit, veluti meliorem vitam inde habiturus: quam rursus grauiorem expertus, priorem se eximere conatur, sed sæpe frustra. Quod accidit Theſſalis: <sup>a</sup> qui merito quidem habebant exosum Phereum tyrannum, & eo occiso habuerunt magnam populi gratiam Thebe vxor eius Lycophron & Tyſiphon fratres: sed illi in tantam tyrannidem postea peruenerunt, talēque exercuerunt sæuitiam quæ commouerit populum iterum & Aleuadas principes Theſſaliæ nobilissimos, qui in eos coniurauerunt. Qui rursus tyrannidem exercuerunt, ut coegerint Theſſalos ad Philippum Macedoniæ regem confugere, cuius ope quidem libertatem acceperunt, verum tributorum proventus & mercatum, & alia plura, ille ab his consecutus est <sup>b</sup>. Similes ita facti aſino Aſopico, quippe qui cum feruaret olitori & parum commederet, multum vero laboraret, precatus est Iouem, ut ab olitore liberatus alteri venderetur Domino, cumque Iupiter exoratus iuſſiſſet ipsum figulo vendi, iterum iniquiore animo perferrebat quam prius onera & cœnum et tegulas ferens: Quare rursus ut mutaret Dominum rogauit, et coriario venundatus est. Sed peiorem prioribus Dominum nactus, & videns quæ ab eo fierent, suspirando ait, hei mihi misero, melius erat mihi apud priores heros

<sup>a</sup> Diodor. Siculus in anno. 5. Philippi.

<sup>b</sup> Ut scribit Plinianus Demosthenis interpretes.

manere. Hic enim ut video & pellem meam πατεργασταί, conficiet.

7. Consultum ergo principi erit, si se moribus populi ad tempus ut diu regnet accommodauerit: non quidem ut populo imponat, ut quidam suadent: sed ut cognoscat quæ ei conueniant, & deceant, & leges proprias, & conuenientes ferat, quæ nisi moribus conueniant populi, perperam ferantur. <sup>a</sup> Hincque natum est ius civile cuiusque

<sup>a</sup> c. erit autem  
lex. q. dist.

ciuitatis, & loci proprium, quod singulari quadam ratione eaque necessaria, à iure communi rectè separatur. Dixitque Solon Anacharsidi se ita leges ciuibus accommodare, ut eas seruare potius quam non seruare, vtilius, & salutaris omnibus esse videretur. <sup>b</sup> atque hinc

<sup>b</sup> Plutarch.  
in vita Soloni.

cognitio morum sui populi, magnam vtilitatem adferet principi, ut facilius imperet leges conuenientes ferendo. Sicut enim cognitos esse morbos prius oportet, quam remedia eorum: ita cupiditates prius natæ sunt, quam leges quæ iis modum facerent. <sup>c</sup> Sic legem Liciniam de quinquaginta iugeribus tantum habendis, excitauit libido agros continuandis: legem Cinciam de donis, & muneribus temperandis, & adimendis magistratibus, quod iam vectigalis, & stipendiaria plebs esse Senatui cœperat.

<sup>c</sup> Liniu lib.  
34.

Et ita Cornelius Tacitus, <sup>d</sup> Patres (inquit) legem Cinciam flagitant, qua cauetur antiquitus: ne quis ob causam orandam pecuniam, donumque accipiat, Et iterum, <sup>e</sup> Oratorum licentia, Cinciam rogationem: candidatorum ambitus, leges Iulias: magistratum avaritia, Calphurnias leges pepererunt, indeque proverbium verissimum, ex malis moribus bonas leges ortas esse.

<sup>d</sup> lib. 13.

<sup>e</sup> lib. 15.

8. Dicebat Aristophanes, <sup>f</sup> viuendum esse τρώποις ὄπιοις, id est moribus regionis, citat Athenæus distichon,

<sup>f</sup> in Platō.

Πάλιο πόδες μοι τέκνον ἔχων νόον Ἀμφίλοχ' ἦρας,  
Τοῖσιν ἐφαρμόζων ἴδ' ἡσυχίαν δ' ἡμῶν ἦκηαι.

Polypi ingenio misis nate Amphiloche heros,  
Ut temet populo, quemcumque accefferis aptes.

Subactis regionibus, nihil gratius à principibus conceditur, quam quod suis legibus permittat eas viuere, sic enim maximè amorem earum venantur ut iustus.

Nihil etiam erga subditos beneficentius, quam mores iam receptos conseruare. Et proinde cauere debent rectores, & principes, ne eos mutent: quanuis ad hoc vitium proni sint dominantes, abutentes potestate, cuius postea mutationis dāna ingentia patitur respub. quia, & hoc vitium commune est inuolutionis imperantibus, eo crebrius admoneri debent, ne hoc faciant. Nam ut dicebat Catullus princeps Senatus Romani, loquens ad populum consultantem de creando imperatore Pompeio contra Pyratas: ea est natura humanorum ingeniorum, ut non iuuenes modò, verum etiam prouectiores, postquam multum temporis in potestate transfegerint, patriis moribus haud sibi viuendum ducant, unde etiam causa tyrannidis

<sup>g</sup> Dio Cassi.  
lib. 33. historia  
Roma.

Marij, Syllæque orta est. <sup>g</sup> In periculum, vitæque discrimen, venit etiam Alexander magnus cum ritu, & moribus Macedonum, naturalibus relictis, ad Persicos transiit: eamque ob causam vniuersus exercitus Macedonum, abiectis armis dimissionem postulauit.

postulauit. Refertur <sup>b</sup> & Darium regem principio imperij vaginam acinacis Persicam iussisse mutari in eam formam qua Græci uterentur, protinusque Chaldaeos interpretatos, imperium Persarum ad eos transiturum, quorum arma ipse fuisset imitatus. Anacharsis Scythæ necatus à fratre, cum ritus, & mores regionis tollere, & in Græcorum transferre vellet leges: quæ quauis politiores esse viderentur, tamen non vsque adeo Scythis ac Græcis conuenire poterant, neque etiam par erat subito mores mutare. <sup>c</sup> Defecerunt & iidem Scythæ à rege Scyle, eo quod is Græcum ritum obseruaret, & nihil ei Scythicus viuendi modus cordi esset: & delegerunt in eius locum Octomafadem, qui Scylem profugum in Thraciam, reuocauit, & caput ei amputauit. Herodo. d. lib. 4.

<sup>a</sup> Quint. Curt.  
lib. 10. de gest.  
Alex.  
<sup>b</sup> Quint. Curt.  
lib. 3.

<sup>c</sup> Herodo. in  
4. Diogen.  
Laer. in Ana-  
charside.

Ut autem immutatio morum populi prædictos principes perdidit, sic contra continuatio & conseruatio morum patriæ, conseruauit regnum Sicyoniorum in domo Orthagoræ & filiorum, vsque ad annum centissimum. Quod inquit Aristoteles <sup>d</sup>, mediocritate quadam erga subditos utebantur, multaque legibus seruietes agebant: plurimum vero conuersatione & vsu familiari fauorem & gratiam hominum acquirebant.

<sup>d</sup> lib. 5. Politic.  
cap. 12.

9. Conseruatur etiam concordia & amor inter imperantes & subditos, si illi non afficiantur iniuriis qui participes non sint gubernationis, si admittantur ad reipublicæ gubernationem præstantiores & digni: si cupidi honoris non omnino non deprimantur, sed si digni sint aliquo modo promoueantur: si indigni, iustis & dulcibus primum remediis contineantur: si non fraudetur multitudo suis commodis: si magistratus & regentes reipubl. inter se odia & factiones nutrire prohibeantur, nam inde solent magnæ oriri contentiones in populo, clades, & ciuilia bella, ideo ab initio princeps nascens iurgia debet opprimere. Sicut populus Romanus, Liuio Salinatori, cum eum consulem effecisset reuocatum ab exilio, & iniuria antea à Nerone affectum, & datus ei esset collega Nero in consulatu, iniuriæ quam grauissimam acceperat, obliuisci imperauit: Ne si dissidente animo confortitionem imperij vsurpare voluisse, pertinacem se exhibendo inimicum, male consulem ageret. Quæ quidem mentis ad tranquilliorè habitum inclinatio in aspero ac difficili temporum articulo, plurimùm salutis vrbi atque Italiæ contulit, quia pari virtutum impetu connisi, terribiles Pœnicas vrbes contuderunt.

<sup>e</sup> Valer. Max.  
lib. 4. c. 2.

10. Euitabit inuidiã, quæ contentione excitare solet, princeps, & bonorū ciuū vel corruptelã aut factione vel discessione. Neque certe princeps in suo regno tales æmulationes probare debet quales extiterunt inter Epaminondã & Menacledè Thebanum, qui inuidit Epaminondæ felicitati, & probitati, cõstituitque se in administranda reipubl. illi aduersarium: <sup>f</sup> inter Simmiam, & Periclem: Alcmeonem, & Themistocle: Clodium, & Pompeium: <sup>g</sup> est commune vitium in magnis, liberisq; ciuitatib. ut inuidia gloria comes sit, & libeter de his detrahant, quos emergere videant altius: neque æquo animo pauperes alienam opulentiam intuetur fortunam. Quare, & Chabrias quoad licebat ei, plurimùm ciuitate Atheniensi aberat: & alij ex Atheniënsibus viri clari quoque ideo extra ciuitatē maluerunt vitam degere, ut Iphycrates in Thra-

<sup>f</sup> Amilius  
Probus in E-  
paminonda.

<sup>g</sup> Plutarch. in  
Politico.

<sup>h</sup> Probus in  
Chabria. &  
Athenæus.  
lib. 12. ex E-  
phoro libro 13.  
Philippicorū.

Connon in Cypro: Timotheus in Lesbo: Chaces in Sygeo, & ipse Chabrias in Aegypto. quæ si tollerentur in principatu, duo valde mala sequuntur, primum quod invidia illa poterit excitare discordias cum possit imperio principis castigari & legibus anteuerti. secundò quod res publica priuaretur viris bonis qui vsui, & commoditati eius inseruire possunt, si defendantur à calumniis, & iniuriis inuidorum, & detractorum.

II Neque princeps tantum deferre debet populo, vt hanc corruptelam quam ipse vocat libertatem maledicendi, & calumniandi, impunitam abire permittat. Impossibile enim est principem, aut præpositum populo rectè administrare rempublicam, si ex eius arbitrio velit eam regere: populus quippe à Deo vel republica commissus est regendus, non sequendus: nec imperanti, yanæ voces populi audiendæ sunt. b neque is quem elegerit populus, ideo probandus, aut admittendus, aut quem reprobauerit reiiciendus, vt fuit: statutum in cõsilio Sardiensi. c Detrahit princeps suæ dignitati, si populi sui sententiam, iuxta postulatam necessario admittat: neque principatus libertate fruitur, sed veluti Democratia videtur obnoxius. Cum etiam species illicitæ coactionis visum fuerit in repub. ad populi clamorẽ seruũ manumississe proprium: vt amplissimus ordo decreuerit eam manumissionem non valere. vt coactè factam. d Quod & Marcus imperator censuit. e

a Celestinus epistola 3. cap. 3. relatus à Gratiano. in cap. 2. docendum. 63. dist. b l. decurionum. filij, de poenis. c. c cap 2. verba relata eius in c. 2. de electio.

d l. 3. qui manumittere non poss. libr. 7. C. titu. 27.

e Paul. iuris eo. in l. si priuatus. 17. qui & à quibus usanum. si liberi non fiant lib. 40. P. tit. 9. f in l. obseruandum. est. 19. de offi. presi. lib. 1. P. tit. 18.

h Aristot. li. 9. de natura animal.

i in vespis.

12 Indulgẽtia, & clementia principis etiam, solet sæpe abuti populus, & milites, nisi ea cum maiestate, & metu obedientia temperetur: desiderant enim suam libertatem cum potestate principali temerè confundere, & æquare. Ideo Callistratus iuriscons. respondit. f *Observandum, inquit, est ius reddenti, vt in adeundo quidem facilem se præbeat, sed contẽni nõ patiatur: vnde mādatis adiucitur, ne præsidēs prouinciarũ in vltiore familiaritatẽ prouinciales admittat, nam ex conuersatione aequali contemptio dignitatis nascitur. Sed & in cognoscendo, neq; excandescere aduersus eos quos malos putat, neque precibus calamitosorum illacrymari oportet. id enim non est constantis, & recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit: & summam ita ius reddere debet, vt auctoritatem dignitatis augeat.* Princeps rectissime dicitur pastor. populorum. & populus similis ouibus quæ indigeant pastore, & quæ se ipsas regere non debeant, nec illis etiam tutum sit suo arbitrio viuere. nulla ex ouibus accedit ex pastore vtilitas, si is absit, aut talis sit, quales sunt ouium mores. vulgare enim est proverbium Græcorum, ποροβρων ή βοc, ouium mores, in stupidos translatus. Nam vt ait Aristoteles, h ouium simplex, & stupidum ingenium, & stultum: si quidem omnium animalium est inertissimum: prorepat in deserta nulla de causa, ac sæpenumerò hybernis mensibus foras ex septis digreditur, cumque à niuibus occupatum fuerit, ni pastor compulerit, discedere non vult. & c. Sic Aristophanes i taxans vecordiam populi Atheniensis, dicit εκλησιαζεν ποροβρωτα συγαθηριμα, id est, in concione pecus ouile considens,

13 Talis est populus, plebs quælibet ac turba, vt facile fallatur, & ad quoduis inducatur, & illi frequenter idem quod mari accidit, quemad-

quemadmodum enim mare sua natura innoxium est rectè vtentibus & firmum: si verò violenti flatus, & venti in illud irruerint, tale redditur vtentibus quales sunt venti à quibus circumquaque impellitur: ita, & multitudo talis redditur vtentibus, quales habet duces, & consiliarios, vt aiebat Publius eximius dux Romanorum, militibus deficere cupientibus in Iberia. Ita periculosum est nõ tantum principibus, sed aliis quibuscunque se committere populo, vel velle õnino se qui eius sententiam, quæ incerto iudicio inconsideratam suã, vel alterius sequitur voluntatem, & facile retractat quæ sine consideratione vlla decreuit.

a Polybius li. 27.

a Seneca in O Clauia.

õ funestus, inquit Seneca, b multis populis Dirusque fauor, qui cum flatu Vela secundò ratis compleuit, Fixitque procul, languidus idem Deserit alto, saubque mari,

Eò pertinet quod ex Plutarcho refert P. Crinitus, c Anacharsis cum in Atheniensium populi concionem fuisset forsã deductus, ac spectasset ea quidem omnia quæ summa in republica præcipuaque erant iudicio populi decerni: miratum primò esse Atheniensium conditionem, qui cum rebus præclare gestis, & autoritate præstarent, ad tã iniquũ imperiũ pœnæ obnoxii venissent, atq; prudẽtissime dixisse, õ Remp. breui periturã, in qua viri principes consultat, populus autem & imperita rerum plebecula, decernat: cui videlicet proprium sit in minimis maxime trepidare, & in maximis minimè prospicere. accidisse autem iuxta prædictionem eius reipublicæ casum. Charũrundas etiam qui leges condidit Thuriorum, de populo sentiebat: vt qui se populo committat fortunam non rationem sequatur: qui fortunæ fauet, periculo & alex se dare: qui in alea est, ad ruinam, & cladem inclinare. Et si credamus Phalaridi scribenti ad Hegesippum, d *επαγωγὸν γδ ὄχλος εἰς ἀτυχίαν, καὶ τὰς ἀρχὰς πρὸς τὰ τέλη διαφονέσας ἔχον.* id est, is nempe populus se inducit in infelicitatem habens longè separata principia à finibus. addit autem quod tamen aliquantum tyrannicum videtur: se malle populum sibillis prosequi, quàm honoribus: quod odium ipsius citius quàm accendatur, extinguitur.

c Crinitus li. 1. de honesta disciplina. c. 4.

p Episto. 58.

De alia causa mutationis reipublice, vel principatus, aut principum interitus: ex nimia licentia potestate, & indulgentia, quibusdam prius concessa.

CAPVT IX.

N Vtriant plerunque respublice, & principes improvidè, serpentes in sinu, mures in pera, & ferrum porrigunt à quo pereant. Nimiã potestatem quibusdam concedunt, ex qua ad maiora audenda paulatim ambitiose impelluntur, vt tandè si nõ prospiciatur, præfenti

fortuna, qua indigni etiam sunt, non contenti, nihil sibi habere videantur nisi principatum ipsum, necatis etiam dominis aperte vel clandestine, occupant, Ieroboam Nabathi filius & serua matre natus, adhuc iuuenis ædificationi murorum Hierosolomytanorum subseruiens, a Salomone rege primum præfectus operi, dehinc tributo Iosephæorum contribulium, tandem decem tribus regno illi subtrahit.<sup>a</sup>

<sup>a3</sup> regum. c. 11  
et 12.

3 Philippus Arabs præfectus negotiorum imperij, existente adhuc minore Gordiano nepote ex filia Gordiani maioris, dolose concitauit seditionem inter milites, subtractis consulto annonis: eaque occasione indignum esse Gordianum qui imperare facile militibus persuasit, & se potius dignum: quare se primum tutorem creati obtinuit, postea & imperatorem à militibus: atque ita usurpato imperio Gordianum interfici curauit.<sup>b</sup>

<sup>b</sup> Julius Capitolinus in Gordiano. & Aurelius Victor epitome Casarum.

4 Seianus ad summam dignitatem per Traianum euectus, inuadere factionibus imperium tentauit.<sup>c</sup>

<sup>c</sup> Cornelius Tacitus in 5. Dio Cassius in Traiano.

5 Sub Severo Antonino, Plantians Afer natione, ex parua humilique fortuna ab imperatore ad opes maximas prouectus, damnatorum bonis adiudicatis, longe supra cæteros locupletatus, omnibusque dignitatibus excepta tantum imperij participatione: honoratus, cuius & filia vxor data erat filio imperatoris, opibus & licentia abutens, in tantam crudelitatem violentiamque euasit, adeo trux & horribilis, ut nō modo non audiretur à quoquam, sed etiam qui fortuito occurrebant ab eo auerterent oculos: tandemque ausus & ipsum imperium appetere insidijs, cum Saturnino pactus ut abiret in aulam principum quasi aliqua arcana habens ex parte eius mandata, & utriusque & senem imperatorem & filium obrucaret: quod & factum fuisse, nisi Saturninus rem detexisset imperatori, qui paratus ad insidias excipiendas eum obruncauit. tanquam manifestum hostem.<sup>d</sup>

<sup>d</sup> Herodias in 3.

6 De Galba imperatore, alioquin bono principe, scriptum est, multa pernitiōse gesta & cum populi iactura sub eius principatu: quod regeretur trium arbitrio, quos vna & intra palatium habitates nec vnquam non adherentes, pædagogos vulgo vocabant. Hi erant, Titus iunius, legatus eius in Hispania. cupiditatis immensæ: Cornelius Laco, ex assessore præfectus prætorij, arrogantia fœcordiæque intolerabilis: libertus Icellus, paulo antea annullis aureis & Martiani cognomine ornatus, ac iam summæ equestris dignitatis gradu candidatus. Quibus diuerso vitiorum genere grassantibus, adeo se abutendum permisit & tradidit, ut vix sibi ipsi constaret. Quamobrem & ob gesta illorum malo consilio, irritauit in se totius reipublice odiū & offensionē, & inuidiā militū, & exercitus, & tandem trucidatus est.<sup>e</sup>

<sup>e</sup> Suetonius Tranquillus in Sergio Galba. ca. 14. & 16. Dio Cassius in eo.

7 Fuit Cleander Phryx genere, ex ea nota hominum qui publice per præconem vaneunt. Hic cum in domum imperatoriam seruitio fuisse traditus, & cum ipso Commodō imperatore accreuisset, eo honoris & dignitatis pouectus est, ut & corporis custodiam & cubiculi curam, præterea militū præfecturam solus obtineret. Cæterum diuitiæ, & luxus etiam illum ad imperij spem instigabant. Quare grādi coacta pecunia plurimū frumenti coemit, id autem conclusum habebat, ut tēpore necessitatis & famis penuria laborantes sibi con-

sibi conciliaret. Gymnasium quoque maximum ædificauerat, publicis etiam balneis, ut eo modo populum inescaret: Quod fecisset nisi populus infatigabili eius infensus seditione coorta, Commodus sibi timens, restitisset, & ab imperatore caput ei abscindi non fuisset mandatum, & posteris: quo facto pacata fuit seditio, & Commodus Imperium sibi conseruauit.

8 Maiores domus in Gallia in quos administrationis regni summa translata erat à regibus, tandem ipsos reges pepulerunt, & sibi imperium retinuerunt.

*De remedijs aduersus usurpationes & insidias eorum, qui nimia potestate sibi concessa, abutuntur.*

## C A P. X.

**V**T princeps vel respublica prodiones, insidias, factiones & usurpationes principatus caueat, operę pretium est eū solícite vitare debet, ne vni aut paucis summam reipublice administrationem concedat. Hinc enim per gradus crescit gubernatorum ambitio & paulatim perficando sibi frontem, ambire & obtinere tētant primā potestatem. Et inter principalia præcepta quæ Octavius moriens, Tiberio & reipublice dedisse traditur<sup>a</sup>, erant: ut reipublica omnibus qui prudentia rerumque gubernandarum peritia essent præditi, cōmitterent: neque vni alicui eam crederent, ne vel tyrannidem affectaret, vel eo aduersa passio, reipublica corrueret: neve imperium ditare sed conseruare cuperent: Aristophanis<sup>b</sup> quoque altioris prudentię consilium, qui introduxit ab inferis remissum Pericle vaticinantē nō oportere nutrirī in vrbe Leonem: sin autē nutritus sit, ei obsequi oportere. Monet enim ut præcipuè nobilitatis & conuitati ingenij iuuenes, reficiantur. Nimio vero fauore & indulgentia pasci, ne impediuntur, quod stultum sit & inutile eas obiectare vires quas ipse foueris. Solēt ex nimio humore vermes & tineæ oriri in rebus ipsis quas consumunt: & nisi antequam crescant suffocentur vel excutiantur totam rei substantiam in suā transferunt: ad eum modum ad dignitates maiores reipublice admissi & ad interiorē principum amicitia, more tinearum & vermium nimia prosperitate lasciuientes, nisi expellantur oportuno tēpore, solent reipublice substantiam in suum proprium commodum transferre: & eam, quæ illos peperit potestatem, conantur deuorare vel aperte vel clam.

<sup>a</sup> Dio Cassius in lib. 36.

<sup>b</sup> Aristophanes in raris refert. & Vale. Max. xi. li. 7. c. 2.

2. Dum igitur senserint principes illam putrefactionem, in vitā transferre & animari statim occurrere debēt: & antequam omnino reipublicam vorarint, tollere. Exemplo Tyberij Cæsaris, qui cum pluribus modis coniurationibus & factionibus Seiani generi sui infestatus esset, videretque eum in tantum populi fauorem peruenisse, ut etiam sibi cauendum aut de vita sua, aut de salute consulendum esset, iam ex libera Romæ concessa administratione dum Capreis otaretur, eumque videret erectum paulatim ad ambie dnum imperiū, Drusumque

veneno sublatum lento, eiusdem opera: iussit eum comprehendi, & in carcerem conici. Quo facto, plebs quæ ei prosperitate utenti maxime fauerat antea, cœpit. infinitis criminibus detestari, & accusare, quare tandè ab imperatore morti adiudicatus est, bonis in ærariū delatis, punitis etiã potioribus morte eius amicis, qui antequam caperetur, pro magno sclicitatis dono amicitia eius coniungi dicebant.<sup>a</sup> Narrat autem Suetonius<sup>b</sup> principem, ad hanc ultionem non apertè, sed per obliquum peruenisse. Verba eius sunt, Seianum res novas molientem, Tyberius, quanuis & natalem eius publicè celebrari, & imagines eius aureas coli passim videret: vix tamen & astu magis ac dolo quàm principali authoritate subuertit.

<sup>a</sup> Dio Cass. in Tyberio Cornelius Tacitus in 5.  
<sup>b</sup> Suetonius in vita Tyberij. ca. 65.

2 Nam primum vt à se per speciem honoris dimitteret, collegã sibi assumpsit in quinto consulatu, quem longo intervallo absens ob id ipsum susceperat. Deinde spe affinitatis ac tribunitia potestatis deceptum, inopinantem criminatus est. addit & alia quæ fecit, vt illi suspicionem diffidentia adimeret, vt sine metu coniuratorum posset eum intercipere.

3 Sic Antigonus rex, cum audisset Pythonem Mediæ præfectum peregrinum exercitum conscribere, & pecunias colligere, eo cõsilio vt defectionem faceret: simulabat se fidem non habere nunciatis, inquiens: ego verò nequaquam crediderim hoc agere Pythonem, cui ego quinque millia Macedonum armatorum ac Thracum, & mille præfecturæ custodes paravi, quos ei mitterem. Quibus auditis Python credidit, τῆ φιλαυθροῦσις, id est humanitati, & confestim venit ad recipiendum consilium: Antigonus verò Pythonem in medium Macedonum receptum, & introductum, cepit, & morte multauit sine tumultu.<sup>c</sup>

<sup>c</sup> Polyænus lib. 4. Strategematon.

4 Refert Polyænus lib. 6. aliud iudiciū proditorū ad tempus sapienter dilatatum, & dissimulatum Leuconis, qui in bello animaduertens aliquos ex Trierarchis proditionem moliri, & transitionem ad hostes parare, comprehendi iussit, & ad se (inquit) parum honestos sermones de ipsis deferri: verum se fidem his non habere: tamen, ne, si fortuna, & casus, victoriam hostibus dedisset, in suspicionem venirent, illos quiescere iussit: alios Trierarchos in locum eorum sufficiens, & familiaribus suspectorum magistratus, vicorumque principatus commisit, quasi amico animo erga eos affectus.

At postquam bello finè imposuit, iustum dixit esse, vt in suspectos inquisitio fieret, ne sine ratione illis fidem non habuisse putaretur. Ita cum in curiam venissent, ynã cum familiaribus inclusos, armata militum manu ad vnum necari iussit. Dicebat Baldus<sup>d</sup> custodiam regni esse non permittere vllum crescere vltra commensurationem.

<sup>d</sup> Bal. ad 5. cõmenticula. de pace iuramento firmã in fendu.  
<sup>e</sup> Valoich. Zaf. ad l. 2. §. vt ait Gabrias in fabulis, & de orig. iurij.

Primaque reipublicæ pestis est fouere eos qui dominari cupiunt.<sup>e</sup> Et si fouendus non est serpens in domo, multominus in sinu. Nam vt ait Gabrias in fabulis,

Anguem fouebat rusticus suo in sinu  
Brumã rigentem frigore: his igni calens  
Punxit fouentem, sustulit cita nece

5 Erat apud Athenienses suffragiorum quoddam genus, dictum nomine

nomine Ostracismi, eò quòd per calculos, aut testas ferretur: ad hoc repertum, vt per id ciues, qui vel opibus immodicis, vel nobilitate, vel gloria, vel alia quauis insigni virtute, multitudinis inuidiam, vel plausum in se prouocassent, in exilium decennio relegarentur, metum occuparent rempublicam, quo damnatus Hiperbolius, & Alcibiades iustissimus virorum eius temporis. Hocque tanquam ciuitati purgandæ medicamento, ciuitas id ad constitutum tempus, vti confauerat, nec erat Ostracismus improbitatis castigatio, sed elationis ad perpetrandum facinus, ac grauioris potestatis moderatio.

<sup>a</sup> Plutarch. in Alcibiade, et Aristide, & Nicias.

6 Vtebantur simili iudicio, & ob easdem causas Syracusij, sed dictus erat nomine Petalismi, quòd folijs non testis, suffragia exilij darent.<sup>b</sup>

<sup>b</sup> Diodor. Sic. cul. lib. xj.

Aristoteles<sup>c</sup> Ostracismum ait inuentum esse in ciuitatibus quæ maxime æqualitatem complectuntur. vt illi qui superexcellere videntur, vel propter diuitias, vel propter amicos, vel propter aliquam aliam ciuilem potentiam, relegarentur ad tempus determinatum. atq; tradere fabulas ob huiusmodi causas, Hereulem ab Argonautis fuisse relictum, quòd nolisset nauem cum aliis regere, vt nimium superexcellerem inter nauigantes, & eò refert consilium datum à Periandro Thrasibulo, de spicis supereminentibus demetendis.

<sup>c</sup> Aristotel. 3. Politicor. ca. 9.

Hoc quoque fecisse Athenienses circa Samios, & Chios, & Lesbios, quos tamen quamprimùm imperium firmiter habuerunt, contra fœderis æquitatem in multis pessumdarunt. sicque Persarum regem, Medos, Assyrios, & alios qui magnum de se ipsis sapiebant, ob imperium prius habitum sæpe contriuisse ferunt. Et celebre est dictum Aristophanis in raris,

Οὐκ ἔστι λέωντος σὺν ἰμῶνος ἐν πόλει τρέφειν  
Μάλισ τα δὲ λέοντα μὴν πόλει τρέφειν  
ἢν δ' ἐκτραφῆ τις, τοῖς τρώποισι ἐπιηρεῖται.  
id est,

Catulum leonis ne alas in Republica:  
Ac maxime, nec ibi ipsum leonem alas,  
Quòd si quis alitus, obsequendum moribus.

Seuerius Romæ, post exactos reges, affectati regni seu principatus suspensiones, vindicatae sunt: & statim vbi poterat modica oriri cõiectura, morte, & supplicio factum præueniebant, qui rigor perseverauit vsque ad Iulium Cæsarem, aduersus quem Suetonius<sup>d</sup> tradit con-  
iurationis, causam fuisse affectati regni.

<sup>d</sup> Suetonius in vita Iulij Cæsaris.

6 Est & aliud remedium contra potentia nimia elationem, a demptio ipsa potestatis per quam quis possit sibi supra iustum honorem arrogare. Et proinde salubre erit repetere mores antiquarum rerum publicarum, quibus magistratus potestatum magnarum, erant temporales: & dabatur successor tempore elapso, & non licebat repetere eundem magistratum dignitatem, aut potestatem intra certum tempus, aut bis aut pluries gerere. sic enim adimitur occasio crescendi aut audendi, ob modicum tempus, & quia etiã de-  
posito magistratu quis fit priuatus, & exiit armorum & sellitum manus, quibus iuuatur potestas. Prima lex illa de

ca. 79. & 80.

magistratum & potestatum temporali duratione, diu Romanam integram conseruauit rempub. quandiu fuerint consules annui, dictatores semestres & magistri equitum: item & fuerunt temporales rectores & praesides prouinciarum & alij, vt contra, tunc cepit destrui respublica quando facta est prorogatio temporis gerendarum maiorum potestatum, sicque propriis armis confessa & subuerfa, vt accidit etiam ciuitatibus liberis Graecorum, quae subuersae sunt a propriis ducibus, potestatem fiduciarum datam, in propriam conuertebatur. Et ita Iulius Caesar, qui nouerat se ad summam potestatem peruenisse, ob nimiam imperandi concessam & prorogatam seu usurpatam licentiam, lege statuit: ne quis omnino praetor anno, consul biennio amplius a

a Dio. Cass. lib. 43.

b Dio. Cass. lib. 40.

c Val. Max. li. 4. c. 1. ex epl. 3. Plutarchus, in uita Coriolani.

d Val. Max. lib. 4. cap. 1.

e li. 5. Politi. cap. 8.

f Polyani li. 2. stratagem.

g Herodias in 1.

h Herodias in 1.

suo magistratu continuo imperaret, factum & est Senatusconsultum, Caluino & Messala cons. ne quisquam ex his qui consulatum vel praeturam gessissent, exteriorem aliquam prouinciam ante quinquennium acciperet, sperantes hac ratione certamina de occupandis magistratibus tolli posse, si pateret eum qui obtinuisset non statim cum potentia aliqua futurum, quam legem firmavit Pompeius. Lex etiam Romanis Censuram bis eidem homini, quia magna erat potestas, non esse deferendam, nec continuandam in annum sequentem Tribunitiam, aut consularem.

7 Tertium remedium, si magnis dignitatibus & potestatibus, deatur collega, assessores, & aliae potestates opponantur, vel pares, vel maiores ut regibus Lacedaemoniorum oppositi creati Ephori: consulibus Romanis tribuni plebis. Neque etiam statim cuilibet longiores & magni honores conferri debent: ne augeatur quis supra modum. Non enim cuiusuis est hominis ferre prosperitatem ut dixit Aristoteles.

Sic Ischolaus obsidentibus Graecis ciuitatem, audiens aliquos ex custodibus moliri prodicionem, noctu uigilias adiens unicuique custodi mercenarium unum adiunxit, & hoc facto sine tumultu prodicionis periculum effugit.

Et Commodus imperator cum euasisset insidias Perennij, qui solus erat praefectus militum, & iam iam erat illum occisurus, ut regnaret: sumpto de eo, eiusque filio, & sociis supplicio mortis, mox duos constituit praefectos, tutius fore ratus ut scribit Herodianus tantam illam potestatem non uni duntaxat credere, sed dissectam in partes, imbecilliolem contra principem reddere.

8 Quartum remedium inuenerunt principes ad impediendam ambitionem, & coniurationem eorum, quos magna cum potestate aliquo ad regendam rempublicam mitterent: nempe ut retineant penes se, & in aula sua, filios illorum. talisque mos fuit etiam Commodi imperatori, quasi obsides quosdam beneuolentiae, si deique eorum. Cum etiam Darius rex obseruatum in Istro ratem, Histiaeo Milesiorum tyranno locum quendam nomine Myrcinium, prope Strymonem fluium Thraciae, dono dedisset: ut in eo urbem conderet: Megabytus praefectus copiarum Darij in Europa, uidentis loci commoditatem, & industriam Histiaei, ne regnum Thraciae contra Darium aliquando occuparet, suadet Dario, ut eum suscipere ad se uocaret: neque unquam in Graeciam reuertitur

reuertere, cui paruit Darius & Histiaem uocauit, quod eius consilio se opus habere diceret.

a Herodot.

Sic in Zophalensium regis Aethiopum aula, regum filij quos habet stipendiarios nutriuntur: tum ut illis obsidibus, rex eorum parentes in officio & fide contineat: tum ut ea educatione regem debita fide & amore prosequi studeant. Atque secundum Dinarchum in oratione contra Demosthenem, lege Democratiae Atheniensium, & imperatori seu duci electo, & oratori id est consiliario reipublicae, dicebatur, si fidem a populo haberi sibi uellet, ut liberos susciperet, & fundum intra limites, & omnibus aequis pignoribus depositis, sic deum praesse populo institueret.

b Orosius lib. 4. uerum Ema nucliu.

9 Caeterum, accelerandum est principibus & rebus publicis, remedium aduersus huiusmodi magnatum ambitiones, antequam vires & radices capiant firmiores: Nam ubi se detectos vel suspectos intellexerint, celerius conantur perficere quae ceperant meditari: cum quia eadem ambitione impelluntur uehementius, tum etiam quod de periculo capitis sibi metuentes, ut desperatae uitae homines maiora audere coguntur. Quemadmodum Macrinus, qui in mortem coniurauerat Antonini imperatoris, ut imperio potiretur, detectus a Materniano, necem eius per Martialem accelerauit.

c Herodia. in 4.

Initio quidem animus coniuratis inest, sed vires tenerae adhuc donec coaluerint, ideo ab initio tolli facile possunt, ut docetur Apologo cucurbitae, & pinus. Sata enim fertur olim cucurbita iuxta arborem pinum, quae ramis magnis & patulis iam constabat: cucurbita uero cum multis pluuiis atque caeli temperamento creuisset, lasciuire incepit & ramos latius porrigere, iamque serpebat in pinum, ramosque eius inuoluebat, ampliora folia, candentes flores, praegranda poma & uirescentia ostentans, tantoque fastu intumuit, ut pinum ausa sit aggredi, uides inquit, ut te supero, & iam iam ad cacumen conurgo. Sed pinus quae senili prudentia & robore pollebat, nihil mirata insolentiam, respondit tantum. Ego hic multas hyemes, aestus, uariasque calamitates peruici, & adhuc integra persisto, tu uero ad primos rigores minus audaciae habebis, cum & folia concident, & uiror omnis aberit.

Sicque contingit plures esse ambitiosos cucurbitas, qui regna & respublicas annosas aggredi conantur. Sed tamen habent plus animi quam roboris, ideo breui decidunt & arescunt, si factiosis resistatur. Sed cunctandum non est, & extinguenda, ut apparet scintilla, neque manifestanda prius uoluntas uiscendi quam ultro fiat, ne praeniat. quod accidit Armeno imperatori, qui iusserat comprehendere Michaelem Balbum comitem Excubiorum ob coniurationem, noctu autem carcerem ingressus, cum eum somno fere oppressum inuenisset iram agitatione manus declarauit, quam Papias carceris praefectus metuens, cum Michaele denuo conspirauit, & ipsa natalis Christi nocte imperatorem trucidauit. Sic nocuit distulisse uindictam, & eam etiam signo futuram declarasse. Sapientius factum Agesilai, qui cum aduersus rempublicam Lacedaemoniorum conspirationem ortam noctu comperisset: leges Lycurgi continuo abrogauit.

d Zonaras.



gavit, quæ de indemnatis supplicium sumi vetabant: comprehensis autem & interfectis fontibus, easdem è vestigio restituit, & prouidit utrumque simul, ne salutaris animaduersio iniusta esset, vel iure impeditur: atque ut semper esse possent, aliquando non fuerunt. Hic tamen desidero, non esse præcipitem principem, nec Solis denunciationibus credere, ne temere sublatis in fontibus, illos postea desideret. & requirat, ut Alexander Magnus impiè sublatis, inter viuos.

*De alio remedio, contra periculum proditorum ambitio-  
sarum, seruando: ut omnino omnibus non  
confidat princeps, vel rector  
reipublica.*

## C A P. X I.

**Q**uia nihil tam sanctum est, quod aliquando non violet audacia, & regnandi non polluat cupiditas: ideo non ita princeps vel respublica fidere debet hominibus, ut sibi quoque non prospiciat, & sibi aliquam non adhibeat & corporis & actionum custodiam. Si enim, qui satellitio multo fuerunt circumcincti, proditorum non potuerunt euitare insidias, quanto minus poterunt, qui sine custodia omnibus sine delectu se committunt? Et si vigilatissimi & robustissimi bonique principes, in illud inciderunt periculum, quanto magis qui in pace delitiis & somno vacant, patebunt proditoribus? quemadmodum notum est, Viriatum ducem vigilantissimum in Hispania, qui & dormire armatus solebat, & gratia inter suos milites, propter suam disciplinam militarem, clementiam & liberalitatem, in milites valebat, ab Aulace Ditalcone & Minuro fuisse obruncatum & iugulatum, quos dilexerat, & legatos ad Cepionem Romanum miserat, à quo magnis pollicitis, ut illud agerent, fuerunt inducti & corrupti<sup>a</sup>. Certe nec ipsi populo bono etiam principi est confidendum, qui facile ab impijs & ambitiosis commoueri potest, non secus quam mare placidum ventis. Experti id sunt Consules Romani, L. Æmilius, & Virginius, commota seditione ob agrariam causam, & necato tribuno plebis, ereptoque è manibus lictoris Volerone, qui iussu consulum ob seditionem adiudicabatur morti. Experti inquam, parum tutam maiestatem sine viribus esse<sup>b</sup>. Sine armis parum tuta ita maiestas principis. Atque pro regula ponitur administrationis reipublicæ; eos qui Domini sunt armorum, esse dominos status reipublicæ<sup>c</sup>. Ita consulatè Deioces post sibi à Medis delatum regnum, priusquam illud susceperet, voluit sibi ædificia imperio digna erigi, stipatores corporis sui adiungi, quos sibi ex vniuersis Medis quos voluit, delegit. Atque his munitus, & regia cum mœnibus constructa, primus cauit; ne cui ad regem ingredi liceret, sed per internuncios cuncta transigerentur, adeo ut neque conspici regem à quoquam fas esset: ad hæc nec ridere nec spueri, propterea quod omnibus factu deformia essent, coram liceret. Quæ & ideo inquit Herodotus<sup>d</sup>, faciunt circa regem: ne videat eum cernentes, & quales & vna cum eo educati strenui & fortes, indoleant

<sup>a</sup> Appianus  
Alexandri  
lib. de bello  
Hispanico.

<sup>b</sup> Linius in 2  
<sup>c</sup> Aristot. lib.  
7. politic. c. 9.

<sup>d</sup> lib. 1.

indoleant atque insidiantur: quin potius quiddam à reliquis hominibus diuersum ipsis esse videatur, si coram ipsum non intueantur. Eumque morem seruatum fuisse etiam tempore regis Sardanapali apud Assyrios Iustinus meminit<sup>a</sup>, ad quem videndum præfectus eius à Medis propositus nomine Arbactus vel Arbaces, cum magna ambitione admitti obtinuisset, quod nemini antea permissum fuisset, captauit occasionem rebellandi, & regnum vsurpandi, prætextu quod eum effeminatum & voluptuosè volentem conspexisset. Quod & contigit in regno Francorum, cuius aliquando reges non conspiciantur ab omnibus, & inde nata est occasio occupandi regnum, maiori eius domus Carolo Martello aut Pipino.

2 Rectissime scripsit Epicarmus *ὄψε, καὶ μέμνησθε ἀπιστίαν*. Sobrius sis, & memor esto, nulli temere credere seu cōfidere. Sententia Theognidis quoque, res mihi fracta fide, res diffidendo retenta. & Euripides inducit Helenam dicentem.

*--- veraque diffidentia*

*Mortalibus, nihil vsque esse vtilius potest.*

Hancque diffidentiam omnibus hominibus qui sapiunt, à natura communiter ait concessam custodem salutis, per quam Laertiades Vlysses tot pericula euitauit. Hesiodus etiam monet, neque fratri infirmitam fidem esse habendam, dum iubet, ut si quid negotij cum illo gerendum sit, adhibito teste id agere. Fuit sententia quoque Solonis,

*Mortalibus à cunctis caueas,*

*Ne forte quis occultis animo*

*Odijs, animo te appellet vultu hilari*

*Bifidaque ex ore sonet lingua.*

Imo plus à proximis & consanguineis cauendū quā extraneis, docent nos quotidiana exempla. Cognationes, cōmunia studia, nō valde firma sunt repagula. Nam & Atræus Thyestis frater erat, & paruulorum quos concidit patruus. Etheocles & Polynices fratres erant, eadem matre patræque eodē orti: sed qui fidem dederat, alterum regno expulit, & alter alterum non multo post occidit. Theseus, filium Hippolytum calumniis expositum, perdidit. Rhemo fratri, Romulus non pepercit. Ægyptus iugulauit maritum, vxoris prodicione, ut & Gyges Candaulem vxoris impulsu. In summa filius ante diem, patrios inquiri in annos, non hospes ab hospite tutus, sæpe & filia prodiderunt patrem, & cum eius vita & regna: ut filia Nissi. Ambitio, inuidia nulla maior regnandi, quā inter proximis. Vnde vox à tyrannis frequenter vsurpata: Si ius violandum, regnandi causa violandum est, neque est vlla amicitia tam arcta, nulla familiaritas tam sancta quam animus regnandi cupidus non contemnat & violet: ita non proximis, non amicis, non subditis, non confederatis, in causa ambitionis confidendum omnino, sine cautione est. Mutantur voluntates hominum, & quæ prius placuerunt, postea displicere incipiunt, imo & sunt plures, qui seipso desperatè oderunt, & sceleratè se interimunt, & dummodo de inimicis se vindicauerint, vel principem necauerint vitam suam amittere parui aut nihili faciunt.

§ Cuius generis erat Arfacides Perse, qui insidiabatur christianis, &

latenter ceteribus procerum se insinuabant, ut nacti occasionem quem vellent principem aut alium obrupcarent, etiam si intercepti morituri essent, inde beatam vitam se habituros persuasit, quæ fuit etiam prima causa cur reges Francorum acceperint ab eo tempore custodes corporis, à tempore, in quâ, Ludouici noni, cuius ætate frequentes per vniversum orbem mittebantur insidiatores illi homicidæ Arfacidæ<sup>a</sup>, quos consilium Lugdunense quod eos multis pœnis detestatur & fautores, vocat assassinos<sup>b</sup>. Isti se amicitia nomine insinuantur principibus, & inter familiares, vnde, nec postea tutum fuerit se amicitia vel familiaritatis nomine, omnibus committere.

<sup>a</sup> Paulus Aemilius.  
<sup>b</sup> c. pro humani generis, de homicid. in sex.

c. C. Plinius de viris illustribus, ca. 54.

4 Abutuntur & amici, ut plerunque nimia familiaritate: & ita dum in contemptum incidunt, si spiritu ambitionis arripiantur, nihil non audent absque metu, ut Antigonus Syriæ rex, à sodalibus quos temulentus in cœuiuo pulsauerat, occisus est<sup>c</sup>. Secreta non latent amicos, & inde mali nocendi capiunt occasiones: fuerunt qui dixerint ita amandū, tanquā si aliquando his osurus: Sic enim admonent non ita amandū, ut omnia quæ nostra sunt & quæ possumus, & quæ sentimus detegamus, quæ postea possint ab amico inimico facto obici, vel in nostrâ perniciæ cœerti. In qua causa & principes, respublice, ut priuati imitari debent sapientes & peritos nautas, ne facile omnibus aut omnino paucis se committant. Nautæ quippe optimi, quanquam mare sæpe sit tranquillum, ut ei vel timidissimus possit secure se committere: nihilominus, naues anchoris ac clauis, & reliquis necessariis salutis nauigantium instruant, ut incumbentibus postea ventis & tempestatibus, resistere valeant. Et contra tempestatem etiam tranquillæ nunc amicitia, cum in dissidium venire possit remedia paranda sunt, quia nec semper eodem in statu consistere potest. Et Medea sæpe pro liberis suis deos orauit, quos postea crudeliter necauit. Absalon sæpe pro regno patris Davidis defendendo pugnavit, quod postea sibi illo pulso, usurpare voluit. Dominus noster IESVS CHRISTVS, ciuitatem Hierosolymam ingressus, turbam populi laudes suas canentem audiuit, & regem eum dicentem, cum illa præcantione magnifica, benedictus qui venit in nomine Domini, Oziannâ filio David. Sed paulo post, populus idem qui pro rege eum exceperat hebdomoda proxima, eundem ad mortem crucifigendum postulauit. Mortaliū fides, mortalis est. Neque quia possumus obicere quosdam forsan fideles existimatos amicos Pyladem & Orestem, Thesæum, & Pyri-thoum, Achillem & Patroclū, ideo tales omnes existimare debemus. Exiguum enim hoc est, nec pro regula ponendum: per tot lapsa secula tria amicorum paria forsan reperta esse, in quibus inueneris solem sæpius defecisse. Et si vnum vel aliquot reges inueneris, qui per amicos ab amicis securi euaserint intimis, sine prodicione inuidia aut contentione, maiorem inuenies illorum numerum amicorum, qui amicitia regum abusi sunt, & sæpe in eorum vitam & imperium, ut multitudo horum, exiguum bonorum numerum obscuret, ut pene non numeretur vel videatur pro nihilo.

5 Cùm autem non expediat reipublicæ principem vitam heremiticam aut solitariam degere, & negotia multa cum cogant familiaritate, consilio,

filio, amicitia multorum uti, non sunt illi reiiciendi amici imo maxime conciliandi hi que plures, & potius ex suis quàm de alienis vel extraneis, sed cum cautione, & cum delectu, & cum minori suo dano, si omnino incommoda omnia vitare non possit. Quæadmodum Cyrus Cambysem filium moriturus prudenter admonuit<sup>a</sup>. Cambyse, inquit, quod & te non latet, non est aureum hoc sceptrum quod regnum seruet: sed amici multi, sceptrum sunt verissimum, maximèque securum: verum ne putes homines nasci natura fidos: omnibus enim idem fidi apparerent, quemadmodum alia que natura gignuntur omnibus apparet eadem, sed fidos oportet vnusquisque faciat, quorum comparatio nullo modo fit vis, sed beneficentia potius. Itaque si aliquos regni custodes rentes efficere, nunquam aliunde prius incipe quàm ab eo qui eodem loco natus sit. Quare & homines ciues præferendi sunt, & qui vnâ sint habiti, & qui contubernales non sint, & c. ut est apud Xenophontem. Iubet autem potius eligi in custodes compatriotas, ne illi videntes extraneos accitos, principem de se diffidere arbitrentur, & ideo odiū in eum concipiant. Sicuti<sup>b</sup> Herodotus tradit, Ægyptios Psammetici regis odio, quod in bello aduersus Æthiopes exteriorum militum virtuti potius quàm Ægyptiorum videretur, in Æthiopiâ migrassent. Neque etiam cum dicimus, non esse amicis & proximis aut familiaribus fidendum, prohibemus amicos, sunt enim necessarij. Neque qui admonet cauendum esse à scopulis prohibet nauigare, hoc enim facere cogitur. Ita dicimus neque diffidendum omnino, neque fidendum diffidentia aperta, alienat amicos probos, confidentia nimia decipit plerumque confidentes. Quare sequendum præceptum Hesiodi dum ait,

---σὲ δὲ μὴ τι νοὸν κατεργάτω εἶδος

μηδὲ πολὺ ζέων μηδὲ ἄζεων καλεσθαι

μηδὲ κακῶν ἔταρον, μηδὲ ἐθελῶν νεμεσῆρα.

Id est.

Te vero, fac nequid animo arguat vultus

Ne vero multorum hospes, neve nullius hospes dicaris

Neve malorum socius, neque bonorum conuiciator.

hoc etiam modo intelligendus idem Hesiodus, dum ait, μή τις δὲ ἀρεῆς ὁμῶς καὶ ἀπιστίας ἀλλεσθαι ἀνδρας. id est, fides & diffidentia perdiderrunt homines.

6 Non enim potest plerunque simulatio à veritate distingui. Sic Zopiri factum decepit Babylonios. Is enim cum Babylonij à rege Dario defecisset, domi se lacerari verberibus toto corpore iussit, nasum, labia, & aures sibi præcidi, & ita transfuga titulo perfectus Babyloniam, ostendit populo lauiatum corpus, quæstus regis Darij crudelitatem, qui eum ita male habuisse metiebatur, hortatus ne mœnibus magis quàm armis confiderent, & paterentur se commune bellum recentiore ira genere. Quare nota nobilitas viri, & virtus quæ omnibus cognita erat, effecit, ut neque de ira eius timerent, cuius veluti pignora vulnera corporis & iniuriæ signa haberent. Sicque constitutus omnium suffragio dux, & accepta parua manu, semel atque iterum cædetibus Persis, secunda prælia fecit: ad postremum, vniversum sibi creditum exercitum, regi prodidit, vrbemque ipsam in potestatem eius redegit. Et ita decepti Babylonij specie odij in regem, & simulatione amicitie<sup>c</sup>. Simili autem stratagemate, c. Iestio. in x.

<sup>a</sup> Polyannus lib. 7. Stratag.

proditionem passus Darius aduersus Saccas expeditionem habens à Riface equifone quodam Sacca<sup>a</sup>, qui cum nares aureſque ſibi abſciſſet conſulto ac reliquū corpus vehemēter mutilaſſet transfugiens- que ad Dariū dixit, ſe hanc calamitatem à regibus accepſiſſe, quare & Darius magnitudinē calamitatis fidē adhibuit, eiſque temere credidit promittēti viam cōpendioſam docere, per deſerta, per quā ad Saccas opprimendos facile perueniret: cuius loco is deduxit omnē exercitū Perſarum in locum omni aqua carentem, non alia ratione quā ut exercitum perderet ac periculum à Saccis ciuibus ſuis depelleret.

<sup>b</sup> Plutarchus in vita Pelopida.

7 Negligentia inquirendi ſuſpectos, & nimia confidentia eorum, perdidit plures principes, volūtas ne Dei hoc ſit, an vero ſocordie nō cauentiū, non facilē dixerim: utrūque enim eſſe poteſt, ut quod emi- nens periculum ſit, nō liceat vitare. Sicut narratur de Accha tyranno Thebanorū, à Plutarcho<sup>b</sup>, cui cū fuiſſet allata de coniurationis inter con- iuium epiſtola, & is qui pertulit admonuiſſet ut ſtatim legeret, de fe- riis enim ſcriptū eſſe rebus, riſit, & dixit in craſtinū ergo ſeria: ſimūl- que acceptam epiſtolam puluillo ſuppoſuit cui inſidebat, ac ſermonē cæptum pergebat, & ea nocte à Pelopida cæſus eſt, & Thebæ à iugo Sparthanorū liberatę. Eodē modo Nicephorus Phocas imperator o- zientis, ut ait Zonaras, coniuratione Therphanie & Iohānis Zimicis, in lecto dormiens cæſus eſt ſua culpa, quod libellum ſibi traditum, in quo coniuratorum nomina ſcripta erant & ut ſequētem noctem ca- ueret, non legiſſet. Sic accidit Iulio Cęſari, ut die qua necatus eſt por- rectū libellum inſidiarū indicē ab obuiō quodā porrectū, libellis cæ- teris quos ſiniſtra manu tenebat, quaſi mox lecturus cōmiſerit, nec legerit<sup>c</sup>. Dion periit, quam quā ſuſpicaretur inſidias ſibi inſtrui à Ca- lippo, ſed veritus eſt nimium confidenter obſeruare amicum & ho- ſpitē<sup>d</sup>. Antipater Caſſandri filius, vocato ad cænā Demetrio, illōque viciffim ſequenti die vocato, veritas ei diſſidere, à cœna necatus eſt.

<sup>c</sup> Suetonius in vita Iulij Cęſaris cap. 81. <sup>d</sup> Plutarchus in Dione Sy- nacuſano.

8 Nullus non cauet ab inimicis, ab amicis ramen longē deterio- ra patitur. & ut ait Thergius in fine ſententiarum.

*ἔχθρον μὲν χαλεπὸν καὶ δυσμενὴν ἔξαπατήσω. Κύρνε, φίλον δὲ φίλον ῥᾶδ' ἰὸν ἔξαπατήν. Id eſt. Inimicum quidem difficile eſt & maleuolum decipere. Cyrne: amicum vero amico facile decipere.*

<sup>e</sup> Quint. Cur- tius lib. 9. de geſtis Alex.

Et dicebat Alexander Magnus, & Philippus in acie tutior quā in thea- tro fuit: hoſtium manus ſepe vitauit, ſuorum effugere non valuit. A- gliorum quoque regum exitus ſi reputaueritis, plures à ſuis quā ab hoſte interfectos numerabitis. Tempore Acaz regis Iudæ, neca- tus eſt rex Iſraelitarum Rhaceias, dolo cuiuſdā amici nomine Ozias, qui occupauit tyrannidem nouem annis, malignus & Dei contem- ptor ut ſcribit Iosephus<sup>f</sup>. Quāobrē Apollonius Tyanæus, rogatus à rege Babylonis, quonā pacto ſtabiliter tutēq; regnare poſſet, ſapienter reſpondit, ſi multos inquit honoraueris, paucis vero credideris<sup>g</sup>.

<sup>f</sup> Ioseph. lib. 9. antiq. c. 14. <sup>g</sup> Philoſtra- tus lib. 1. de vi- ta Apollonij.

Cæterum monendū ſunt principes, ut diligenter excutiant etiam fi- dem conſultorum quorum conſilio vtuntur in puniēdis deprehenſis coniuratis, ne & ipſi quoque eiſdē factionis eſſe poſſint. Cū enim res ad illos aliquomodo pertinere poteſt, multis vtūtur perſaſionib.

& argumen-

& argumentis ad liberandos reos maiestatis, vel quod ipſi ſint affi- nes, vel ſanguine coniuncti principi offenſo, & quod ſupplicium in opprobrium familiæ conuerteretur, vel quod ipſi ei, vel illorum pa- tres, aut auī, aut conſanguinei, pro deſentione principatus alias occu- buerint, aut ſtrenue ſe geſſerint. aliāque his addunt quibus doloſe elu- dant pœnam, & ut intempetiua & noxia reipublicę & principi miſe- ricordia, liberent reum, & ad veniam dandam principem excitent. Quod certe facinoroſos ad audendi maiorem audaciam reſeruat, ut quæ antea tentauerant, ſecurius & promptius exequi conentur, atque illa abſolutio, nihil aliud eſt quā inſentium delinquendi, & ad fa- ctionem perfequendam pernicioſa dilatio, & acerrimus ſtimulus, vnde principes experiuntur ſententię executionem, quam prædixit pro- pheta ex parte Dei, regi Iſrael Achabo. Quia dereliquiſti hominem dignum morte, erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo illius<sup>a</sup>. Infaulta eſt illa miſericordia, per quam reipublicę & principatus ſecuritas & ſtatus concutitur. Nam ſi illi qui in principē vel eius ſtarum attentarunt, ſunt ſanguine coniuncti, vel affines, tanto celerius tolli debent: quia illi plus audent, maioremque, quia tales ſunt, à populo aucupantur gratiam: ut Abſalon, nec in hac cauſa plus priuata quā publica utilitas perpendi debet. Sunt mihi exempla præ manibus, ſed illa ſilentio prætereo ne armare in proprium ſan- guinem principes videat, qui alioquin regnandi cauſa, ob ſolam ſu- ſpicionem in proprios temere interdum cōcitantur. Sufficiens enim cautiones quibus proſpicere poſſint, ne per proximos aut affines reſ- publica damnum capiat.

<sup>a</sup> 3. Regum c. 20. verſ. 42.

10 Sed neque conuictis de hoc maiestatis crimine reis, benefa- ctorum in rempublicam iſorum vel maiorum, debent prodeſſe excuſa- tiones. Nam hæc ipſa ſolent eſſe cauſæ ſuperbię & ambitionis mo- lientiū aduersus rempublicā, & ex eo magis ſunt puniendi, quod ipſi alias pro republica laborātes honorati, proditorie eandē aggrediun- tur, ut maiori pœna digni ſunt qui clam & per inſidias amicis nocēt, quā qui palam & aperto Marte inimicos inuadunt. Exemplum M. Manlij qui vnde Gallos depulerat, ipſe inde, nempe de Capitolio ut proditor, poſtea præcipitatus eſt. Quia fortiter ante deſeram liberta- tem, nefarie opprimere conatus erat: cuius iuſte vltionis nimirū, hæc præſatio populi Romani fuit. *Mālius eras mihi, cum præcipites agebas Senones: poſtquam mutari caſiſti, vnus factus es ex Senonibus*<sup>b</sup>. Par indi- gnatio aduersus Sp. Caſſiū erupit: cui plus ſuſpicio concupitæ domi- nationis, nocuit, quā tres magnifici conſulatus, ac duo ſpecioſiſſi- mi triumpho, profuerint. Senatus enim populūſque Romanus, non contentus capitali iudicio eum afficere, interempro domum ſuperie- cit, ut penatum quoque ſtrage puniretur<sup>c</sup>. Eadem auſum Sp. Mælium conſimili exitu patria multauit: & domum eius ſolo æquauit<sup>d</sup>.

<sup>b</sup> Valer. Ma- xim. lib. 6. ca. 3. exemplo. I. <sup>c</sup> Linius in 6. Plutarch. in Camillo, & Zonaras. <sup>d</sup> eodem Va- ler. Max. Li- nius in 2. Dio- nyſius Halic- arnaſ. in 8. Cicero pro do- mo ſua.

11 Neque etiam prætextu beneficiorum collatorum in rempub. à maioribus reorum maiestatis, Romani impunitos reliquerunt delin- quentes, quinimo vt degeneres maiori ſupplicio dignos arbitrati ſunt qui contra domeſtica exempla peccauerunt. Viguit in ciuitate Romana Tullius & Cicero Grachorum ſumma nobilitas ac ſpes

mo ſua. <sup>e</sup> Valer. Ma- xim. eodem lo- co. Cicero pro domo ſua. L. 2. in 4.

amplissima: Sed quia statum ciuitatis conati erant conuellere, infelulta cadauera eorum etiam iacuerunt, supremūque humanę conditionis honos filiis Grachi & nepotibus Africani defuit. Quinetiā familiares eorum, ne quis reipublicę inimici amicos esse vellent, de robore precipitati sunt<sup>a</sup>. Dauid rex morti proximus, iussit filio Salomoni successori in regno, vindictā sumere de Ioab magistro militię suę, quod proditoriē necasset tempore pacis & prætextu amicitię, Abner filium Ner, & Amase filium Iether. quādamque alia gessisset contra fidem regis sui, neque ad excusationem pœnæ profuerunt quicquam prælia multa strenuē pro regno Dauidis gesta, quominus à Salomone supplicio afficeretur. <sup>b</sup>

12. Porro quęadmodū nimia indulgentia & clemētia principis in reos maiestatis, sibi & reipublicę nocere possunt, sic etiā nimia credulitate delatorib. habita, possunt amicorū beneuolentiā per calūniantium similitates impiē violare. Sunt enim adulatores & muscę aulicę, qui criminū insimulāt eos quos acceptos principi vident, & sibi præponi, vt illis pulsus, eorū possunt nancisci gradū, cuiusmodi plures inuenti sunt tēporibus Galli Cæsaris, qui in nimia lapsus est sœuitiā suspectos habens sibi subditos ex leuibus relationibus vel criminatio- nibus inuidorū vel adulatorum <sup>c</sup>. Melius Dion Syracusanus, qui, quibusdā mouentibus, vt aduersus Heraclidē & Callippum, quorū fidei plurimū credebatur, tanquā insidias nectētes, cautior esset, respondit, se malle vita excedere, quā metu violentię mortis, amicos inimicōsque iuxta ponere <sup>d</sup>. Pari modo Alexander Magnus, cū incidisset in torporē corporis, obstupefactis mēbris, & omnes medici sententias suę salutis ad vnā potionē direxissent, & eā Philippus medicus qui erat eius amicus & comes, suis manibus tēperatam Alexandro porrigeret, & superuenissent à Parmenione missę literę, admouentes, vt rex insidias Philippi, perinde ac pecunia corrupti à Dario caueret, illas certē legit, & cū legisset, sine vlla tamen cūctatione medicamentum hausit, ac tunc legendas Philippo tradidit pro quo tam cōstanti erga amicum iudicio, dignissimam mercedem à Deo immortalis recepit, qui incolumitatis eius præsidium, falso interpellari iudicio noluit <sup>e</sup>.

Traianus, altiori animo contēpsit calumniā in Surram illatam, simūlque eius amicitia confirmavit cū enim ei significatū fuisset, Liciniū Surram in eum conspirasse, vespere eius diei nō inuitatus, ad eum Traianus cū duobus solis comitibus cœnatū se cōtulit, radiq; ab eius tonsore voluit, atque oculos ab eius medico inspicere. Eidē postea cum de conspiratione denuo affirmaretur, ridens respondit, se nullo modo vt crederet adduci posse, quod eo die periculū fecerat, vt Surra si voluisset id quod insimulabatur agere potuisset: ita in amicitia firmus perstitit, nec multo post Tribunatū eidē Surrę detulit. Et cū, vt mos erat, ensem traderet, eūque non vagina tectum sed ditriciā porrigeret, Surra dixit vt acciperet, si bene imperium gereret, tuendi eius gratia: occidendi autem, si malē imperaret <sup>f</sup>.

De auaritia principum & rerum publicarum, ex qua mutationes quoque & interitus eis adueniunt.

## CAP. XII.

Auaritia principū, & rectorū rerum publicarum, sæpe causam dat

<sup>a</sup> Valer. Maxim. & Cicero in locis ante citatis. Linius lib. 58. & 61. Plutarch. & Apian. lib. 1. de bellis ciuilib. 3. Reg. ca. 2.

<sup>c</sup> Amian. Marcelli lib. 14.

<sup>d</sup> Valer. Maxim. lib. 3. c. 8. Plutarch. in eius vita.

<sup>e</sup> Valer. Maxim. prædicto loco, Plutarch. in Alexand. Q. Curtius lib. 3. Ariam. in 2. Iustinus lib. 11.

<sup>f</sup> Dio. Cassius in Troia.

subuersioni status publici & principatus, vel magnas in eo excitat mutationes tragicas. Siquidem cupiditas possidēdi pecunias, impellit ad illicita & grauiā tributa imponēda, sine causa reipub. necessaria vel vtili, quo fit vt à quib. inuitis pecunia siue iusta causa extorqueatur, in- eant consilium seditionis, mutationis, aut defectionis & rebellionis. Vt Batto Dalmaticis rebellantibus dux, tractās cū Tiberio Romano Cæsare de pace, interrogante Cæsare, cur ita deficerēt & rebellarent Romanis, respōdit, vos inquit ipsi in culpa estis, qui ad vestros greges custodiēdos, nō canes pastorēsve, sed lupos mittitis <sup>a</sup>: id ipsumque cū secundo rebellassent, responderūt <sup>b</sup>. Defecerūt à Roboamo rege filio Salomonis, decem tribus, quod interpellatus & rogatus à populo de remittēdis tributis & oneribus quibus Salomō eos oppresserat, plura imposuerit <sup>c</sup>. Mauritius imperator, Capadox genere, & successor in Romano imperio Tiberij Soceris, primū ob auaritiā desertis à militibus à Phoca Cēturione limitis Scythici captus & securi percussus fuit <sup>d</sup>. Et rursus. Idē Phocas eo nō melior, ob eūdē auaritię morbū contumeliis affectus, postquam tredecim annos regnasset, è medio sublatus est <sup>e</sup>. Defecerūt ad Parthos ciuitates Syrię ab Antiocho magno rege dicto Sedete, cū grauari se copiarū præbitione, & iniuriis militū viderent: quare etiā, die statuta diuisum per hyberna exercitū omnes ag- gressi sunt <sup>f</sup>. Albertus Megapolēsis ducis filius, Sueonū & Gothorum rex creatus, cū exhaustū arariū reperisset cōsiliariorū pessimorū rapinis, coactus est vim subditis inferre, & contractis ad comitia pontificibus, proceribus & cæteris qui in regno prædia possidebant, tertium prædiū ab his pro sua curia sustinēda postulauit, statimque sine consensu possessorum, omnia quę voluit nullo seruato numero occupa- uit. Cæterum ob eam tyrannidem proceres cum Margarita Danicę regina conspirantes, eum regno eiecerunt <sup>g</sup>.

2. Cum Mammæa etiā mater Alexandri imperatoris Romani, simularer ideo se thesauros cōgerere, vt suppeditare Alexandro posset, quod is facillē abūdantēque suis largiretur militibus, & proprios tamē domi thesauros strueret: eā res notā infamię imperatori attulit: quia etiā illo inuito & indignabundo, mulier auida bona quorundam per fraudem, atque hæreditates suppilabat <sup>h</sup>. Fuit & ea auaritia & exactio nimia, causa defectionis ab imperio Africę, & malorū odiūq; popularis in eum imperatorem <sup>i</sup>. Malē audiuit Darius, ob curam vel solā exigendorum tributorum, quę per satrapas certa disposuit, vnde Persę dicebant Darium fuisse inuitorem: Cambysem, dominum: Cyrum verò patrem. Quoniam Darius res omnes quęstui habebat, Cambyses asper erat et mōrosus: Cyrus mitis & omni ratione de illis bene mereri studebat <sup>k</sup>.

3. Inter leges regni datas à Deo, regibus populi sui, illa, rex nō habebit auri vel argenti immensa pondera <sup>l</sup>. Alięque lex <sup>m</sup> non accipiet princeps de hæreditate populi per violentiam, de possessione eorum sed de possessione sua, hæreditatem dabit filiis suis, vt non dispergatur populus meus à possessione sua. Hęcque causa irę Dei & subuersionis domus Achab, Jezabelis, & posterorum, cupiditas habendi vineam Naboth quę induxit homicidium eiusdem <sup>n</sup>.

4. Sæpe qui reipublicas administrāt, pecunias sub colore necessi-

<sup>a</sup> Dio Cass. lib. 55. histor. Rom.

<sup>b</sup> Dion. Cass. lib. 56.

<sup>c</sup> 3. Reg. cap. 12. & Ioseph. lib. 9. antiqui.

<sup>d</sup> Iudæica. c. 15. d. Volateran. lib. 23. Anthrop.

<sup>e</sup> Volaterra prædicto lib. 23.

<sup>f</sup> Iustinus lib. 38.

<sup>g</sup> Iohan. Ma- gnus lib. 21. cap. 12.

<sup>h</sup> Herodian. lib. 6.

<sup>i</sup> Idem Herodian. lib. 7.

<sup>k</sup> Herodot. lib. 2.

<sup>l</sup> Deuteron. c. 17. vers. 17.

<sup>m</sup> Ez. echiel. cap. 46.

<sup>n</sup> 4. Regum cap. 9. & 10.

a in verbo  
εὐθύνη.

b In Julio Cæ-  
sare cap. 30.

c Sic scripsit  
Athenaus  
lib. 7. cap. 17.  
ante A-  
ristophanes in  
equitibus.

tatis publicæ peculantur: & postquam ditati sunt, turbant rempublicam, ne ratione administrationis, & furta reddere cogantur, metuentes iudicio iusto damnari, quod præuere conantur: maximè in republica in qua ex lege administratores huic rationi deposito principatu obnoxij sunt. Sicut apud Græcos ut author est Suidas<sup>a</sup> erat εὐθύνη nempe actio in eos qui aut urbem non rectè gubernasse, aut legationem perperam obiisse, aut publicum aliquod munus administrasse, viderentur. Ac iudicia quidè decēiri logistæ seu rationales dicti, sortiebantur: accusabant autem qui volebant, & permissum erat iudicibus cōuictis multā irrogare. Cuius metu Pericles impensæ Eburnæ Mineræ à Phidia factæ, cū quinquaginta talenta interuertisset, bellum concitauit ne rationes reddere cogēretur. Sicuti quoque Suetonius<sup>b</sup> refert, Iulij Cæsarem ciuilia arma mouisse quod timeret ne eorū que primo cōsulatu aduersus auspicia legesque & intercessionem gessisset, rationem reddere cogēretur, cum M. Cato, identidē nec sine iurādo denunciaret, delaturum se nomen eius, simul ac primum exercitum diuisisset, cūque vulgo fore prædicarent ut si priuatus redisset, Milones exemplo circumpositis armis causam apud iudices diceret.

5 Sunt ut qui auaritiam fatient, suppositia causa & titulo, bellum, tumultus, seditiones concitent, ut ipsi, auxilij & operæ suæ prætextu ditentur, & imitantur eos qui anguillas venantur, nam si stagnū constitit, nihil capiunt: at si cœnum sursum deorsumque vertatur, tunc capiunt, & isti lucentur, vbi ciuitatem aut rempublicam perturbauerint<sup>c</sup>. Quod experti sumus in hoc nostro infœlici seculo, in quo latronum omnium fuit asyllum, hostes fuerunt qui nos defendere proposuerant, qui se ipsos ditauerunt, populi nimium creduli facultatibus, qui dum vi extorquere non audebāt à ciuibus, imponebāt illis, quod hostes fuissent proximi, quod ciuitates egerent maiori præsidio, & contributio esset ad id necessaria, & ita terroribus fictitiis marsupia simplicium & bonorum exhauserunt, & vi tandem propriis facultatibus omnibus spoliauerunt, bellumque civile quibus potuerunt dolis prolongarunt, ne cogērentur deuorata vomere, & bello cessante sylvas & latronum latebras repetere.

6 Sunt principes, qui auaritia illa & habendi inani cupiditate impulsī, multa inducunt quæ paulatim rapiunt secum bonum reipublicæ statum: ut quando vendunt magistratus, & ita pretio indigni promouentur ad iustitiæ exercitium, vel ad beneficiorum ecclesiasticorum dignitates, qui postea efficiuntur nundinatores & propolē iustitiæ & rerum sacrarum, & minutatim vendunt qui ante simul emerant. Sic corruptionibus & impietatibus obnoxij, vnde status reipublicæ & populi turbatur.

7 Alij ærario ditando incumbunt vel ex cōfiscationibus, vel aliis tributis populi subditi: Quo fit, ut quo magis ærarium abundare dicatur, eo magis respublica morbosa & male affecta censeatur. Quem admodum rectissime & Traianus fiscum, seu ærarium reipublicæ, lienem vocabat. Nam ut liene crescente, reliqui artus ac membra tabescunt: ita fisco principis turgente, ciuitatis corpus vna cum mem-

bris lan-

bris languescit & intermoritur. Et ut lien modicus vegetat in corpore membra, & auget robur: sic fiscus principis moderatus nec exuberans, causa est bonæ valetudinis in corpore ciuitatis. Et Apollonius Tyaneus<sup>a</sup> dicebat, apud Philostratum, diuitias non esse æstimandas, quas in occulto princeps retinet. Nam illæ ab arenæ cumulo parum differunt: nec ea quæ ex collatione tributorum, ex gemitibus omnium proueniunt, atrum enim sordidumque æstimandum est aurum, quod ex lacrymis oritur.

8 Auaritiæ species tres constituuntur ab Aristotele<sup>b</sup>: turpis quæstus, tenacitas, & illiberalitas. Turpis quæstus quidè, per quem ditescere cupientes, quærunt vadecunque, & lucrum quam pudorem pluris faciunt: tenacitas autem per quam sumptui parcunt & impensæ in re honesta. Illiberalitas vero est, per quam expendunt quidem, minutatim autem male & plus iacturæ facientes, nullo scilicet habito temporis delectu. Estque auaritiæ, plurimi facere pecunias, nec id probum putare, quod quæstus sum sit: vita mercenaria & seruilis, & fordida, à munificentiâ & liberalitate aliena. Consequuntur autem liberalitatem sordes, pusillanimitas, abiectio, humilitas, immodestia, ignobilitas, hominum odium.

9 Odiosus autem ideo auarus, quia is omnes, aliâque sacra & publica postponit pecuniæ, Sicut Horatius<sup>c</sup> auarum admonet.

Non vxor saluum te vult, non filius, omnes  
Vicini oderunt, noti, pueri, atque puella.  
Miraris? cum tu argento post omnia ponas,  
Si nemo præstet quem non merearis amorem?

Alliam & rationem adfert odij Seneca<sup>d</sup>, quod nunquam auiditas patitur quemquam esse gratum, nec vnquam improbæ spei quod datur, satis est, & eo maiora cupimus quo maiora venerunt. Et rursum<sup>e</sup>, defunt inopia, multa: auaritiæ, omnia: in nullum auarus bonus est, in se pessimus.

10 Consentiunt iuris diuini & humani prudentes, auaritiam vt nimiam habendi cupiditatem, esse omnium malorum radicem<sup>f</sup>, matrem, & idolorum seruitutem<sup>g</sup>. Et Claudianus<sup>h</sup>,

At primum, scelerum matrem, quæ semper habendo  
Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum,  
Trudis auaritiam, &c.

Auaritiæ cæcitas, & damnandæ ambitionis improbitas, aliquorum animos occupantes vrait Gregorius<sup>i</sup>, eos in illam temeritatem impellunt, vt quæ sibi à iure interdicta nouerint, exquisitis fraudibus vsurpare conentur. Et Propertius<sup>k</sup>, de auaritia sic cecinit,

Ergo sollicitæ tu causa pecunia vitæ es,  
Per te immaturum mortis adimus iter.  
Tu vitij animum crudelia pabula præbes,  
Semina curiarum de capite orta tuo:  
Et rursum<sup>l</sup>.

At nunc desertis cessant sacraria lucis  
Aurum omnes victa iam pietate colunt.  
Auro pulsa fides, auro venalia iura,

a Philostrat.  
lib. 5. de vita  
Apollonij.

b Aristotel.  
libello de vir-  
tutibus.

c lib. 1. Saty. 1.

d Seneca lib.  
2. de beneficijs  
cap. 27.

e Epist. 108.  
f 1. ad Timo-  
theum cap. 6.

g cogitatio  
vt iudices sine  
quoquo suffra-  
gio in Nouel.

h ad Ephes.  
cap. 5. c. auar-  
itiæ, de præ-  
bend. ca. 20.

i cum omnis a-  
uaritia, 1. q. 1.

h Claudia. in  
laudibus sili-  
conis.

i c. auaritia 5.  
de election. li.

1. sexti Decre-  
tal. tit. 6. ca-  
no. virum ca-  
tholicum, cap.

bonorum au-  
sthen. 7. et seq.  
47. dist.

k Propert. lib.  
3. eleg. 7.

l 12. Elegia,  
idem.

*Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.*

Et Petronius Arbiter in Satyris, corruptionē status reipubl. Romanæ hinc ortam testatur. De auaritia enim eius agens, quæ eam, & ad ignotissimas regiones eius causa penetrare suaserat, addit,

*Nec minor in campo furor est, emptique quirites  
Ad prædam sceptrumque lucri suffragia vertunt.  
Venalis populus, venalis curia patrum.  
Est fauor in pretio, senibus quoque, libera virtus  
Exciderat, Sparsiſque opibus conuersa potestas,  
Ipsaque maiestas auro corrupta iacebat.*

a 1. Reg. ca. 8. **C**ausa ademptæ potestatis regnandi à domo Samuelis, illa ponitur<sup>a</sup>, quòd filij eius nō ambulauerunt in viis patris, sed declinauerunt post auaritiã, acceperuntque munera, & peruerterunt iudiciũ. Et scriptũ in libro Machabeorum 2. <sup>b</sup> quod Menelaus propter auaritiã eorũ qui in potetia erãt, permanebat in potestate, crescens in malitia ad insidias ciuium. Menæder, Dio Sophista, aliique plures & Græci & Latini appellarunt φιλαργιαν amorem pecuniæ siue auaritiã μέγιστον ἀνθρώποις κακόν, summum malum hominibus, Et μητρόπολιν πόνου κακίας, metropolim totius mali. Nunquam enim illa sola est, sed comites habet perpetuò, rapinam, periurium, mendacium, proditiõnẽ, atque etiã parricidium. Nã eius causa, calūniã, delationes, falsa crimina diuitibus subiiciuntur, vt bona cum vita illis adimãtur: quod nō fit sine dedecore, imo habet periculũ nominis & necis tyranni, et de Vespasiano sic refert Suetonius<sup>c</sup>, *Sola, inquit, est in quo merito culpetur, pecunia cupiditas. Non enim contentus omiſſa sub Galba vectigalia reuocasse: noua ac grauiã addidisse, & auxisse tributa prouincijs, nonnullis & duplicasse: negotiationes quoque, vel priuato pudendas, propalam exercuit, coemendo quãdam tantũ, vt plurius postea distraheret. Nec cãdidatis quidẽ honores, reisque tam innoxijs quã nocentibus absolutiones veditare cunctatus est. Creditur etiam procuratorum rapacissimum quemque ad ampliora officia ex industri solitus promonere, quò locupletiores mox condemnaret: quibus quidem vulgo dicebatur pro spõgũs vti: quod quasi & siccos madefaceret: & exprimeret humentes. Sicque vt auarus vulgo notatus est Vespasianus. Quamquam alij quidem opinentur eum ad manubias & rapinas necessitate cõpulsũ, summa ærarij fisci que inopias de qua testificatus sit initio statim principatus: professus quadringenties millies opus esse, vt respublica stare posset. Quod & verisimilius inquit Suetonius videtur, quando & malè partis, optimè vsus est. Sed hæc hæc teneus de auaritia dicta sunt administrantium reipublicam, cui alia adiungi possunt, quæ illis cum aliis quibuscunque priuatis communia ex auaritia sunt: de quibus nos egimus lib. 40. Syntaxeon cap. 4. & de antidoto auaritiæ cap. 5.*

*De libertate, pro vi remedium est conseruanda reipublicæ contra auaritiã.*

### CAP. XIII.

d Arist. li. 2. de moribus ad Nicom. ca. 7. **L**iberalitas, est<sup>d</sup> mediocritas circa acceptionem & dationem pecuniarũ: excessus est prodigalitas; defectus, illiberalitas, & auaritia.

Prodigus, in largendo excedit: in accipiendo deficit: auarus cõtra, excedit in accipiendo, in dando, deficit. In hoc medio liberalitatis, princeps qui volet sibi & suis firmare principatũ, vtq; diu & pacificè regnet, consistere debet, & summopere cauere, ne animus ea cupiditate vinciat per quã inducatur ad inuadenda subditorum bona, maxime pauperũ, quibus pro anima pecunia est, & pro qua facillè commouentur, facile enim exactiõibus si sint sine publica vtilitate, reddit sibi inimicos subditos, quos semper vt charissimos & filios fouere & tueri debet. Quin si facultates patiantur, potius illis tribuere<sup>a</sup>, quam adimere debet, interdum de publicis, interdũ de suis prouentibus, & bonis & malis subditis, vt eos sibi cõciliet. Est enim princeps Dei simulachrum, qui Solẽ facit suum oriri super bonos & malos<sup>b</sup>. Possunt mali beneficiis acceptis, ne mala moliantur, retineri, & cicurari rebelles: boni autem ad meliora officia excitari, & in fide firmari.

2 Mali inopes, plerunque ad penuriam principibus detrahunt, & pecunia accepta à pessimis facillius alliciuntur: qui si aliquo vel exiguo beneficio à principibus releuentur, eadem facilitate ei benedicunt, & firmius illi adherent. Sicut narrat exemplum Plutarchus, de Nicanore accusato apud Philippum regem Macedonũ per Smicythũ: quod continuo de illo male loqueretur. Cui Philippus respondit, Nicanorem nō esse Macedonum pessimum, & videndum, inquit, nec ubi nos cesserimus in officio: atque vbi cognouisset eum vehementer afflictum inopia, & tamen à se neglectum esse, iussit donum aliquod ad illum deferri: quo facto, cum rursus Smicythus diceret regi, Nicanorem apud omnes perpetuo prædicare laudes ipsius, videtis igitur inquit, in nobis esse situm, vt bene vel male audiamus. Et vt ait Ouid.<sup>c</sup>

*Munera crede mihi placant hominẽsque deosque.*

*Flectitur iratus Iupiter ipse datis.*

*Quid faciet sapiens? stultus quoque munere gaudet.*

*Ipse quoque accepto munere mitis erit.*

Et Horatius<sup>d</sup>.

*Aurum per medium ire satellites,*

*Et perumpere amat saxa, potentius*

*lctu fulmineo: concidit auguris*

*Argiui domus, ob lucrum*

*Demersa excidio: Diffidit vrbiũ*

*Portas vir Macedo, & subruit amulos:*

*Reges, muneribus. Munera nauium*

*Sæuos illaqueant Duces.*

3 Considerant qui accipiunt à principe aliquid, non tam quantitatem donati, quantum honorem quo se affici arbitrantur, idque habent pro magna gratia, & pro sufficienti testimonio bonæ voluntatis principis, & fauoris cui se omnes insinuare fatagunt.

--- Et exigua quamuis res,

*Multiplicat tamen hunc grauias auctoris honorem:*

*Et maiestatem, res data dantis habet.<sup>e</sup>*

--- Sic acceptissima semper,

*Munera sunt, auctor quæ pretiosa facit.<sup>f</sup>*

<sup>a</sup> quod & fecit Seruius Tullius 3. rex Romanorum Dionys. Hælicar. lib. 3. <sup>b</sup> Matth. ca. 5. vers. 45.

<sup>c</sup> Suetonius in Vespasiano cap. 16.

<sup>c</sup> Ouid. 2. de arte amand.

<sup>d</sup> lib. 3. Oda. 17. ode. ad Ne canalem.

<sup>e</sup> Ouid. 4. de Ponto. <sup>f</sup> Ouid. epist. 16.

4. Accedit principibus ex liberalitate etiā hęc utilitas, vt dū alijs largiuntur seipfos iuuent amicos facientes, penes quos thesauros suos vel reipublicę securius recondant, recepturi que maiores vsuras, quā si ærario concluderent. Ex pecuniis namque recōditis & ærario conclusis, nullum fructum interim capit respub. non magis quā Cræsus ex ingentibus auri & argenti annulus, vt nec stultissimus ille & cupidissimus auri Mydas, qui pro voto efficiendi aurum, proximus fuit morti, & accepit auriculas asini: vt ait Quidius pluribus in xj. Metamorph.

a Plato i. E-  
pist. ad Dio-  
nysum.

Expositę etiā sunt pecunię multorum inuidiæ, & furum insidiis, & qui eas desiderant facile in possessores mortem & insidias struunt, cum cōtra liberalibus omnia tuta sint: dicebat Plato<sup>a</sup>, principes non ex defectu pecunię, sed amicorum perire, Plebeij quippe per se parū singuli iuant aut lædunt principem: at coniuncti, & maxime vbi ducem nacti sunt, valde ac nocere possunt, vt

Quę non profunt singula, multa iuuant: Sic

Quę non lædunt singula, multa nocent.

Et pecunię bene collocatę per beneficia, gratiam plurium conciliat, & securitatem.

5. Quare Cyrus rex, dicebat, opera regum & pastorum maximam habere affinitatem. Sicut enim ad pastorem pertinet, curare vt pecora habeat læta & succulenta: Ita par est regem ciues & subditos facere foelices, & opulentos, non quotidianis exactionibus infortunatos & inopes, cum maximē propriū regum sit potius populo addere quam minuire, potius subditis quā sibi consulere. Imitandus erit à principibus qui plena volunt securitate gaudere, Cimon Atheniensium princeps, qui tanta fuit liberalitate<sup>b</sup>, vt cum pluribus in locis prædia hortosque haberet, nunquam eis custodem imposuerit fructus seruandę gratia, ne quis impediretur rebus eius quibus vellet, frueretur, semperque eum pedissequi cum numis sunt secuti, vt si quis opis eius indigeret, haberet quod statim daret, nē differēdo videretur negare. Sæpęque cum offensum aliquem fortuna videret, minus bene vestitum, suum amiculum dedit: quotidie sic cœna ei coquebatur, vt quos non vocatos vidisset in foro, omnes euocaret: quod facere nullo die prætermittebat, nulli fides eius, nulli opera eius defuit, multos locupletauit: complures pauperes mortuos qui vnde efferrentur non reliquissent, suo sumptu extulit. Sic se gerendo, minime est mirandum, si & vita eius fuit secura, & mors acerba.

b Probus in  
eius vita, Plu-  
tarchus in vi-  
ta eiusdem Ci-  
seruandę gra-  
tia, Athe-  
nensium lib. 12.  
ex Theopomp.

c libello de  
virtutibus.

6. Hic certē verē liberalitatem exercuit, cum sint eius partes & effectus iuxta Aristotelis sententiam<sup>c</sup> erogare pecunias in laudabilia, & sit largitio ad honestos sumptus faciendos, & præsto esse in aduersa fortuna, non accipere vnde non oportet. Est etiā liberalis & circa indumenta nitidus, & circa habitationem: est & instructor per magnarum rerum & oblationem habentium, nulla commodi ducta ratione, Comitantur liberalitatem morum facilitas, comitas & humanitas, misericordia, erga amicos beneuolentia, hospitalitas, honesti studium. Amantur vt idem ait Aristoteles<sup>d</sup>, supra alios qui hac virtute præditi sunt, vtilitatem enim adferunt, quia dant quibus oportet,

d. Aristo. lib.  
4. de moribus  
cap. 1.

quę &

quę & quando oportet, quibus circumstantiis, & à prodigo distinguitur qui eas non obseruat, quique temere & nulla adhibita ratione expendit vel effundit.

7. Efficitur autē liberalis princeps, & magnificus, cum circa magna versatur, vt liberalis circa parua<sup>a</sup>, qui eligit in magno sumptu decentem magnitudinem, & eam mediocritatem cum eiusmodi voluptate expetit, magnificus est<sup>b</sup>. Disputat Fufius ea de re Arist.<sup>c</sup> & magnificentiam constituit in sumptibus factis circa magna, durabiliora, maximęque publica circa templum ædęque publicas, collegia, scholas, hospitalia, & similia. Insuper.

8. Tanta vis beneficentię, vt antiqui, Deum ignorantes, cœlū, lunam, bones, & alia à quibus cōmoda accipiebant, pro diis honorauerint, nolentes oculis ad creatorē creaturarum qui eis illā vim iruandi concedit, attollere<sup>d</sup>. Imo tantum valuit principum erga subditos liberalitas, & paterna beneficentia, vt pleraque illorum vitia obscurata sint & pro diis apud posteros haberi eos fecerit, quia & velut inuiti, qui liberalitate donantur, liberales diligere coguntur: cum & fera animalia, benefactis cicurentur & canis ipsa, anet benefactorum domos, vt dicebat Anacharsis<sup>e</sup>.

In hac tamen liberalitatis causa, cauendum erit principi, ne potius videri quā esse liberalis velit. Sunt enim plures hodie principes, qui pollicitis, & magnificis sponsonibus, omnibus petita promittentes, liberales haberi volunt, cum tamen nihil aut illud exiguum præstent, imo tantę sint perfidię, vt etiā interuentibus promissionū obsignatis tabellis, sigillatis magno & secerō sigillo chartis, iisque proprio chirographo subscriptis, nō erubescant imponere, illudere et decipere: fidem ruptam technis artibusque aulicis, et excusationibus, fictis causis, eludentes, adhibitis causationibus quas etiā puderet tanquam illicitas priuatos obficere creditoribus. Et si quod munus principes tales promittant, aut si quid creditoribus caueant, solent maiores impensę in prosequendis concessis in aula vel alibi fieri, quā vtilitas concessorum sit. Eadem enim leuitate et fraude qua vt liberales dicantur promittunt, nihil aut parum præstandum cum suis thesaurariis ex composito statuerunt. In quos tamē reiciunt culpam, et postea aditi quæstores impudentiores, plura comminiscuntur, ex quibus inanes prorsus distantur in auras, mandata et iussiones principum. Et hic est hodie vt plerunque mos principum liberalium verbo tenus. Tales etiā illi consequuntur amicos et subditos, quales ipsi merentur, et fumum vendentes, fumo suffocantur. Talisque fides illis ficta iuratur, qualem illi exhibent. Sicque maiestas principatus perit, cuius verbum pro lege haberi debet irreuocabili. Neque mihi videtur saluo meliori iudicio, dignū principem vel quæstoribus eius aut cōsilijs, dicere reuocādū esse promissū à principe, vt illis quotidianis tergiuersationibus, quod princeps non habeat vnde soluat<sup>f</sup>, quod per importunitatē petentiū cōcessio facta sit, quod illi quibus concessū est, non mereantur. Etenim quod pertinet ad paupertatem ærarij, hoc certe ad ignominiam principis quodammodo pertinere

a Aristo. lib.  
2. ethicorū ad  
Nicomach. c. 7.  
b Aristo. lib.  
3. moralium ad  
Eudemum.  
c Aristo. li. 4.  
moralium ad  
Nicomach. c.  
2.

d Paulus ad  
Romanos c. 1.  
e Anachars.  
epistola vlti-  
ma ad Cra-  
sum.

f dicunt Iurif-  
cons. intelli-  
gendum do-  
natarium ca-  
gi posse dedu-  
cto ne egeat.  
Paul. l. inter  
eos. 19. de re  
iudi. lib. 42. P.  
iii. 1. Vlpian.  
in l. qui ex do-  
natione. 12. de  
dona. lib. 39.

P. iii. 5. Iterū  
Paul. in l. ma-  
ritim. 54. solu-  
matri. lib. 24.  
P. iii. 13. Vlp.  
in l. in condem-  
natione. 124.  
de regu. iur. P.  
§. 1. de notis  
feudorum lib.  
2. feudor. situ.  
58. sed hæc in  
priuatis.

g Ideo præsta-  
ri non debeat  
l. 1. de petitijs  
bonorum sub-  
laris lib. 10.  
C. tit. 12. cum  
in iuuentute  
12. §. ceterum  
de purgatio.  
canonica lib.  
5. Decreta. tit.  
44.

videtur, cum etiam priuatorum interlit non detegi paupertatem rerum familiarium aut vilitatem, sicut nec expedit, inuidiæ patere diuitias. Importunæ vero petitiones, non debent adigere principem vt sciens prudensque mentiri ex composito velit. Neque etiam sacra pagina retractat donum amici, amico per importunitatem factum, Christus etiam rex ad importunitatem mulieris Cananæ, donum concessum non reuocauit. Dicere autem non mereri donum cui promissum est, hoc non conuenit grauitati principis, qui nisi consulto quippiam & sapienter agere debet, nec est sapientis dicere, non putabam. Et proinde cauendum est principibus, ne præcipitibus & inconsideratis promissis fidem suam adstringant, quam nisi cum decore fallere non possint. Atque ideo ante perpendet quid, cur, cui, quando & quare det aut promittat. Expendet facultates suas, ne præter corium lora longiora fiant: neque quod vni supra vires largitus fuerit, cogatur ab aliis cum iniuria exigere. Secunda Geometrica proportio in personis quibus datur, ne præter eorum dignitatem concedatur. Non enim dicemus liberalem principem, qui in citharædum, mimum, histrionem, meretriculam, nanum, venatorem, morionem, vel similes nihili personas, aut in ministros voluptatis, cocos, lenones, adultores, pecunias infumat. Commendat autem liberalitatem dare merentibus, personis vtilibus reipublicæ, hisque non postulanti- bus, quia carè emitur quod precibus impetratur.

10 Liberalitatis erit & laudabilis, subditorum comoda procurare, tributa quæ necessaria non sunt publicis negotiis, remittere potius quam in proprium lucrum aduertere. Laudatur merito Cn. Marcus Ancus regis clara progenies, cui Corioli Volscorum oppidum captum cognomentum dedit: quod cum, post editas conspicuæ fortitudinis operas, à Posthumio Communiono consule, accurata oratione apud milites laudatus, omnibus donis militaribus & agri centum iugeribus, & decem captiuorum electione, & totidem ornatis equis, & centenario bouum grege, argentovæ quantum sustinere valuisset, donatus: nihil ex his præter vnus hospitii captiui salutem, equumque quo in acie vteretur, accipere voluit. Sic Æmilius Paulus proconsul, Perse rege deuicto, cum Macedonicis opibus veterem atque hæreditariam vrbes Romæ paupertatem, eo vsque satiasset vt eo tempore populus Romanus primum tributum præstandi onere se liberaret, penates suos nulla ex parte locupletiores fecit. Præclare secum actum existimans, quod ex illa victoria alij pecuniam, ipse gloriam occupasset. Contemptus hic diuitiarum in vtilitatem publicam, magnum ducem maiorem & illustriorem & admirandum reddidit. Simile propemodum adfertur Mumij Curij, qui Samnitum diuitias vt patriæ suæ consuleret excelso animo contempsit: Et Samnitum legatis, agresti se in scamno, assidentem foco, atque catillo ligneo cœnantem, spectandum præbuit: Et cum ad eum, auri magnum pondus attulissent publice missum, benignis verbis inuitatus, vt eo vti vellet: vultum risu soluit, protinusque, superuacua inquit, ne dicam ineptæ legationis ministri, narrate Samnitibus Curium malle locupletibus imperare, quam ipsum fieri locupletem. Ferrur & istius Curij

a lib. 2. de all-  
mentis pupil-  
lo præstan. lib.  
5. C. tit. 50.  
l. 2. quando et  
quibus quarta  
pars debeatur  
li. 10. C. ti. 34.  
b Luc. cap. 11.  
c Math. c. 15

d Dion. Ha-  
licarnas. lib.  
6. & Plutar-  
chus.

e Valer. Ma-  
xim. lib. 4. ca.  
3. exemp. 8.  
Plutarch. in  
vita eius Ci-  
cero 2. Offic.  
& Plutarch. in  
Aphrodisium  
Athenais li.  
10. Cicero in  
Catone. Va-  
lerius Maxim.  
in 4. cap. 3.

Curij, post triumphos immensumque terrarum adiectum imperium, nota concio permitiosum intelligi ciuem, cui septem iugera non essent satis, quæ tamen mensura plebeo post exactos reges assignata est.

a Plin. lib. 18.  
cap. 8.

De contemptu cultus diuini & mandatorum Dei, vt de  
causa mutationis & interitus reipublicæ,  
& principatum.

## CAP. XIII.

Vnus est regum & populi rex, Deus: si quis eius mandata non seruet, vltra infelicem statum æternæ mortis quam sibi acquirit, status sui & suorum in hoc seculo imminutionem cõsequitur. Et qui rebellis Deo est, sibi subditos rebellare in se, ordinario iure sentit. Duo fundamenta totius bonæ societatis sunt, religio, & iustitia, vbi cõceptum ab illis declinari, & pro modulo minuitur fœlicitas reipublicæ. vbi populus Iudaicus incipiebat deflectere à via præceptisque & religione Domini, continuo tyrannos sibi manus iniicere, & sibi dominari experiebatur, vt liquet ex libris Iosue & Iudicum. Quando filij Heli & Samuelis reliquerunt Dei cultum, & mandata transgressi sunt amiserunt principatum. In libro I. Regum, perinde ac primus homo transgressus præceptum Dei, perdidit imperium in creaturas, saltem sensit eas sibi rebelles & contrarias.

2 Et cum Salomon auertisset mentem à Domino, & non custodisset præcepta eius, audiuit à Propheta terribilem Dei sententiam: quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, & præcepta mea quæ mandavi tibi, disrumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo, &c. Alia sententia Dei pronunciata per Samuelem Prophetam regi & populo. Si timueritis Dominum & serueritis ei, & audieritis vocem eius, & non exasperaueritis os Domini: eritis & vos & rex qui imperat vobis sequentes Dominum Deum vestrum. Si autem non audieritis vocem Domini sed exasperaueritis sermonem eius, erit manus Domini super vos, & super patres vestros: &c. Quod si perseueraueritis in malitia, & vos, & rex vester pariter peribitis. Et sapiens, Audite, inquit, reges & intelligite, discite iudices finium terræ, præbete aures vos qui continetis multitudinem, & placetis vobis in turbis nationum: Quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab altissimo qui interrogabit opera vestra & cogitationes scrutabitur: Quoniam cum essetis ministri regni illius non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrendè & citò apparebit vobis. Quoniam iudicium durissimum in his qui præsumunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. Monet sacer Ecclesiasticus, regnum de gente in gentem transferendum, propter iniustitias, iniurias, contumelias, & diuersos dolos: & contra, quoddam iudex sapiens iudicabit populum suum, & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium: quod in manu Dei potestas terræ & execrabilis omnis iniquitas gentium, &

b 3. Reg. c. 11.  
c 1. Reg. c. 12.  
v. 14 & 25.

d cap. 6. ver.  
2. & 31.

e Ecclesiasticus  
c. 10. v. 8.  
& seq.



vtilem rectorem suscitabit in tempore super illam.

Cepit discessio fieri per Iudæos à regno, ante occupato per genus Machabæorum ferè per centum annos, tempore Alexandri Iannis, qui post mortem Aristobuli, Alexandrâ Aristobuli viduam cum regno accepit: & fuit hæreticus Sadducæus, & inimicus Iudæis verè de fide sentientibus: ideo crudelis in illos, ex quibus sex millia occidit, septingentos Phariseos crucifixit, cæteros in fugâ abire coegit, quæ fuit causa quare plebs quæ sub eo erat cœpit tumultuari. Regnavit post eum Alexandra, quæ tamen voluit vnâ Phariseos & Sadducæos conuenire & pacificè inter se viuere, quod tamen non potuit assequi:

a. Iosippus lib. 12. antiquita. c. 12. & 18. & final. Egesippus lib. 2. c. 13.

Quare regno perturbato, & filiis de imperio disputantibus, regnum in Romanorum venit potestatem. Tradit Eghinartus Caroli Magni notarius, in vita Caroli Magni, cum in Oriente Imperatorum in curia hærefes reciperentur paulatim collapsum imperium Orientale, in Pipinum & Carolum eius filium translatum fuisse.

3. Faciunt peccata populi, vt Deus irriteretur, & ad extremum eum in manibus consilij sui relinquat, adimatque ei principes, duces & pastores bonos, subuerso optimo statu, ab eodem corrupto & neglecto. Quemadmodum ante diluuium, Deus, videns quod multa malitia hominum esset in terra & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum, quod hominem fecisset in terra, & præcauens in futurum tactus dolore intrinsecus, delebo,

b. Gen. c. 6. c. Ezechiel c. 7. d. Eodem c. 7. ver. 23. & seq.

inquit, hominem quem creavi à facie terræ. Per Ezechielem rursus Deus, postquam prædixit mala propemodum infinita ventura, ob scelera, super populum Israel, addit eadem: *Fac conclusionem, quoniam terra plena est iudicio sanguinum & ciuitas est plena iniquitate: & adducam pessimos de gentibus, & possidebunt domos eorum: & quiescere faciam superbiam potentium, & possidebunt sanctuaria eorum. Angustia superueniente requirunt pacem & non erit. Conturbatio super conturbationem veniet, & auditus super auditum, & querent visionem de Propheta & lex peribit à sacerdote, & consilium de senioribus. Rex lygebit, & principes induentur merore, & manus populi terra conturbabuntur. Secundum viam illorum faciam eis, & secundum iudicium eorum iudicabo illos, & scient quia ego Dominus. Inter maledicta etiam transgressiones præceptorum Dei, minatur Deus translationes rerum publicarum & vastationes, ducitque te Dominus, inquit Moyses, & regem quem constitues super te, in gentem quam ignoras, tu & patres tui: & seruias ibi dijs alienis, ligno & lapidi. & eris perditus, in prouerbum ac fabulam omnibus populis ad*

c. Deut. c. 28. ver. 36. & 37.

quos te introduxerit Dominus. Et iterum in Deuteronom. c. 29. minatur Deus populo suo dispersionem, terræ solitudinem, non seruanti mandata: addit & postea ver. 24. *Et dicent omnes gentes. Quare fecit Dominus sic terræ huic: quæ est hæc ira furoris eius immensa? Et respondebunt, quia dereliquerunt pactum Domini, quod pepigit cum patribus eorum, & c.* Id ipsum contestatus Deus apprensus Salomoni di. 3. Reg. c. 9. *cæs f, Tu quoque si ambulaueris coram me sicut ambulauit pater tuus, in simplicitate cordis & in aqutate: & feceris omnia quæ præcepit tibi: & legitima mea, & iudicia mea seruaaueris: penam thronum regni tui in sempiternum,*

*sempiternum, sicut loquutus sum patri tuo dicēs, nō auferetur vir de genere tuo, de Throno Israel. Si autē auersione auersti fueritis, vos & filij vestri, non sequentes me, nec custodientes mandata mea & ceremonias quas proposui vobis, sed abieritis & colueritis Deos alienos, & adoraueritis eos, auferam Israel de superficie terræ quam dedi eis, & templum quod sanctificauit nomini meo proiciam à conspectu meo: eritque Israel in prouerbum, & in fabulam cunctis populis, & domus hæc erit in exemplum: omnis qui transierit per eam stupebit, & dicet, quare Dominus fecit sic terræ huic, & domui huic? & dicent quia dereliquerunt Dominum suum, & c.*

a. Hac verba repetita ex le remie cap. 22.

4. Tolluntur à Deo populo boni principes, propter eius peccata, quibus iram Dei & afflictionem promeruerunt, donec in illum destinata flagella impleantur, vtque mali diutius viuât duces vt tortores, boni illis adimantur. Sicut & dæmones coacti sunt suis oraculis respondere Mycerino regi: qui cum ex vrbe Buti accepisset, fore vt sex omnino annos viueret, septimo moriturus: agrè tulit, vicissimque misit ad oraculū contumeliosas querimonias: quod cum pater suus & patruus qui deorum immemores templa clausserant, hominesque perdiderant, tam diu vixissent, ipse pie faciens tam cito foret vita defuncturus, cui rursus oraculum respondit, propterea prope eum vitafiniturum, quod non id faceret quod deberet: oportere enim Ægyptum centum quinquaginta annis affligi, idque reges qui ante eum fuissent, fecisse, ipsum vero nequaquam.

b. Herodotus lib. 2.

Britanni Anglosaxonum, Occa diuinitus profligato, successu elati, contemptis saxonis armis, neglectisque suis, popinis & ganeis se adeo addixerunt, vt turmatim biduum nonnunquam triduum, teste Beda, potando epulandoque consumentes, ex strenuis, in sordidissimos plerique verterentur ganeones: quod agrè ferentes pontifices Britannæ illis vaticinati sunt inter concionandum frequentius, vt si tanta pestis in gente non exterminaretur, fore vt Britannæ regnum, toties obiectum extremo discrimini, totiesque Dei benignitate in pristinum decus restitutum, tandem in vltimum dilaberetur exitiū, quod & accidit. Occa enim paucis post annis, Britannos flagitiis infames, denuo bello adortus, quindecim millibus cæsis, victor euasit.

c. Helias Boethius lib. 9. historie.

Se d hæc hactenus de concitatione iræ Dei ad perdendum populum & principatum, ob delicta quæ expiatione emendatur, & remediis ecclesiasticis. De his autem quibus prætextu religionis erratur, deque remediis, nihil addam: cum iam dictum sit, ex professo à nobis antea libris duobus lib. 12. & 13. Subiiciam pro coronide cuiusque principi & reipublicæ memorandum oraculum redditum Sybaritis.

*Semper eris felix venerans gens numina diuum:  
Donec plus superis fueris venerata virum quam,  
Intima seditio tunc & tibi prælia surgent.*

d. Athenæus lib. 12. diploma. sophi. c. 6.

Trāsimus autem ad aliam causam mutationis & subuersionis principatus & reipublicæ, quæ ex seditionibus nascitur, de quibus sequenti libro dicemus latius.

# DE REPUBLICA

siue,  
DE SEDITIONIBVS REMPV-  
blicam turbantibus, aut euertentibus & reme-  
diis earum.

LIBER XXIII.

De causis seditionum in Republica, & principatu ge-  
neraliter.

C A P. I.

**N**omina hæc duo, seditio & bellum, secundum Plato-  
nem, <sup>a</sup> vt diuersa sunt, sic differunt: vt aliud quidem  
proprium & cognatum sed aliud alienum, & extraneum.  
Inimicitia, quæ inter familiares est, seditio est: quæ  
inter extraneos, bellum vocatur. vt quoties Græci  
aduersus barbaros, vel aduersus Græcos ipsi Barbari pugnabunt, di-  
cemus ipsos bellum gerere, & hostes esse natura: quando verò Græci  
inquit Plato, aduersus Græcos insurgēt, dicemus quidem amicos na-  
tura esse, morbo autem laborare: & has inimicitias dicemus seditio-  
nem, eamque pessimum morbum. Seditio, ciuiliū bellorum causa est  
sepe, à quibus tamen differt. Quod ciuile bellum sit cum subditi  
in principem, aut inter arma mouent, quo nomine & factiones ar-  
matae continentur. At Seditio est, subitus & violentus motus populi  
vel multitudinis in principem vel magistratum. Seditio à secedēdo.  
vel seorsum eundo, <sup>b</sup> cum multitudine discordante itur ad manus,  
qualem describit Virgilius <sup>c</sup>.

<sup>a</sup> Plato 5. de  
republica, vel  
de iusto.

<sup>b</sup> Cicero 6. de  
repub.  
<sup>c</sup> Virgilius. 1.  
Æneid.

*Ac veluti magno in populo, cum sepe coorta est  
Seditio, fauit que animis ignobile vulgus  
Ianique faces & saxa volant, furor arma ministrat.*

Dicitur & seditio etiam in omni multitudine tumultuante, vel inter  
ciues, vel inter milites, periculosiores autem sunt militares, propter  
arma quæ in manibus parata habent, & ante remedium cladem irre-  
mediabilem exequi possunt. Ideo Iulius Cæsar, quauis omnia delicta  
non puniret nec pro modo exequeretur: tamē erat desertorum & se-  
ditiosorum, & inquisitor, & punitor accerrimus, coniebat in ceteris: <sup>d</sup>  
2 Omnes porro Seditiones cuiuscunque generis sint, exemplo  
morborum in corpore Physico, vel ex nimia repletionē, vel ex nimia  
exinanitione oriri solent. Vt Plato <sup>e</sup> existimat in ciuitate oriri vel ex  
nimia copia, vel ex nimia inopia. Opulentia desideria, delicias, re-  
rumque nouarū studiū parit: inopia cū rerū inuolutione, illiberalitatē,  
& maleficia gignit, in omnibus opinio inæqualitatis, habet radices  
seditionum omnium. Nobiles, opulenti, immo plebeij, ambi-

<sup>d</sup> Sueton. in  
Iul. Cæsare. ca.  
67.  
<sup>e</sup> Plato libro.  
35. seu dialogo  
4. de republi-  
ca. vel de iusto

bitione vel auaritia ducuntur, & non sibi satis esse, causantur, ho-  
norum aut rerum: aut excludi indignè ab illis: aut iniuria-  
rum ducuntur, vindicta. hæc enim aliàs impulerunt mentes ad com-  
mouendas factiones & seditiones, & tollendos status rerum publica-  
rum, vt alij subrogarentur ex animo, vt scribit Aristoteles <sup>a</sup>. Exem-  
pla tradit Florus lib. 4. de reb. Romanor. & nos lib. 35. Syntagma c. 6.

<sup>a</sup> lib. 5. Polit.  
c. 1. & 2.

3 Dissident in vniuersum in ciuitate, regno, & vbique paupertas  
& diuitiæ: virtus et vitium nobilitas et plebs, et interdum oriuntur  
contentiones ex grauioribus, interdum ex leuissimis causis: Ex qui-  
bus reipublicæ sequitur mutatio & subuersio. Nec dubium est, in ci-  
uilibus discordiis reipublicæ ab vtraque parte detrimentum cape-  
re <sup>b</sup>. Et quamuis in exitium reipublicæ non contendatur expressè vel  
indirectè, læditur tamen <sup>c</sup>. Omnia enim sunt misera <sup>d</sup> in bellis ciui-  
bus, sed miserius nihil quam ipsa victoria, quæ etiam si ad meliores  
venit, tamē ipsos ferocios impotētioresequ; reddit vt etiāsi natura ta-  
les non sint, necessitate tamen esse cogantur. Multa enim victori,  
arbitrio eorum per quos vicit etiam inuito facienda sunt.

<sup>b</sup> Dio Cass.  
lib. 41. histor.  
Roma.  
<sup>c</sup> Vlpia. in l.  
si quis ingenuū  
21. §. f. de ca-  
ptiuis & post  
liminio reuersi.  
lib. 49. P. ii.  
15.

Quemadmodum autem crudelis admodum habetur persona eius  
qui sibi mortem intentat, & tanquam desperatæ vitæ homo dignus  
est qui morte puniatur, multò magis in alium aufurus qui sibi ipsi  
non parcat <sup>e</sup>: Sic corpus ciuile tunc efferatum, & bestiale efficitur,  
dum bellis ciuilibus sibi ipsi infert manus: quod bifariā fit: vel quan-  
do in principem qui caput societatis est, vel inter se populus arma  
mouet: vtrumque enim exitiosum est pugnantibus, & consequenter  
reipub. quæ ex singularibus conflatur.

<sup>d</sup> Cicero 4.  
epistol. Mar-  
cello. & li. 12.  
Cornificio.  
<sup>e</sup> l. 3. §. sic au-  
tem, de bonis  
eorum qui ante  
sentent. mor-  
tem sibi consti-  
uer. l. 16. 48.  
P. ii. 21. l. 23.  
§. 3. de adilit.  
edic. P.  
<sup>f</sup> Horat. lib.  
epodon.  
<sup>g</sup> Lucan. li-  
bro 7.  
<sup>h</sup> Salustius  
oratione Le-  
pidi.

*Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus*

*Vnquam, nisi in dispar, feris <sup>f</sup>.*

*Et miserum, vt ait Lucanus <sup>g</sup>, videre parentes*

*Frontibus aduersis, fraternaque comminus arma.*

*Cognatasque acies.*

Miserum & videre proscriptiones innoxiorum ob diuitias, crucia-  
tus virorum illustrium, vastas vrbes fuga & cadibus, ciuium afflicto-  
rum bona quasi prædam, venum & dono data <sup>h</sup> quando etiam.

*Nobilitas cum plebe perit, lateque vagatur*

*Ensis, & à nullo reuocatum est pectore ferrum.*

*Stat cruor in templi, multaque rubentia cæde*

*Lubrica saxa madent, nulli sua profuit ætas,*

*Non senis extremum piguit feruentibus annis*

*Præcipit asse diem, nec primo in limine vitæ*

*Infantis miseri nascentia rumpere fatā <sup>i</sup>.*

Quod etiam turpius quam cum eo bellum gerere: qui cum fami-  
liariter vixeris <sup>k</sup>?

<sup>i</sup> Lucan. in 2.  
<sup>k</sup> Cicero de  
amicis.

Sed quod summa miseria est, plerumque discordiæ & seditiones  
in tantum perueniunt furorem vt cum illis tandē subuertatur omnis  
reipublicæ status, & sunt vt ait Lucanus <sup>l</sup>.

<sup>l</sup> Lucan. in 1.

*Publica belli*

*Semina, quæ populos semper mersere potentes.*

Et enim per discordias ciuiles, reipublicæ compages paulatim dif-

soluuntur, & aperiant hostibus viam facilem ad subiiciendos iam debilitatos & contractos. Illudque fuit certissimum prælagium Crispi ad Cæsarem, de reipublicæ Romanæ excidio. Ego, inquit, sic existimo, quoniam omnia orta intereunt, qua tempestate vrbi Romana fatum excidij aduentavit, ciues cum ciuibus manus conferturos: ita defessos & exangues regi aut nationi prædæ futuros. Aliter non orbis terrarum, neque cunctæ gentes conglobatæ, mouere aut contundere queant hoc imperium. Sic naus compactis & coniunctis tabulis, infinita propemodum maris pericula, syrtes & cautes superat & vitat, at vbi tabulæ dissolutæ sunt, per rimas & fissuras seu commissuras, paulatim aqua ingrediens in profundum, & ipsam & vectores & nautas demergit: & sicut modicæ commissuræ, aquæ dant ad submersionem initium, & nisi iungantur, causam interitus: sic quoque leues ab initio causæ, reipublicæ nisi citò subueniatur, aut mutationem aut subuersionem adferunt, solent autem procedere ex factionibus, & seditionibus. Vocamus verò factionem plurium vel paucorum inter se aduersus alios coniurationem, cõtionem aut consensum.

4 Ita factiones fuerunt eruntque pluribus populis magis exitio quam bella externa, quàm fames, morbiue, quæque inquit Lilius, alij in Deum, (Ethnicè pro Deo) iras, velut vltima publicorum malorum vertunt.

5 Turbata republica, remedium vix reperitur, cum boni deprimentur, mali & pessimi imperent. Et vt verbis vtar Plutarchi, *ἢ ἐν δὲ δίχως ἀσπίδι καὶ ἀγυμναστικῶν ἐπιμορῶν τιμῆς*: id, rebus turbatis, vel pessimus est in honore.

b Plutarch. in comparatio. Esfandri & Syllæ.

De seditionibus & mutationibus status, ex causa luxuriæ & voluptatis.

## CAPVT II.

Quamuis antea libro superiori dixerimus, de subuersione & mutatione principatum & rerum publicarum ex causa voluptatis & luxuriæ: tamen hic pauca addemus exempla seditionum, quæ originem habuerunt ex iisdem causis, vel affinibus nuptiarum, vnde potest ad subuersionem peruentum est.

Præterò quomodo ob Tarquinianum stuprum, vel adulterium à monarchia in Democratiam Romana respublica conuersa est: & à decemviratu ad popularem statum per luxuriam Apij Claudij decemviri. Referam Syracusis mutatum fuisse ciuitatis statum propter duos adolescentes: qui in Magistratu constituti: simultates habuerunt ex causa amatoria: Altero enim absente, alter cum sodalis absens esset, puerum quem ille amabat sibi conciliauit: at is reuersus, cum id grauitè ferret, uxorem eius persuasit ad se venire: ex quo qui versabantur in republica diuerso fauore diuerterunt.

c Lilius in primo.

d Lilius in 3. Dionys. Halic. in 10. Pompeius in 2. cum placuisset, leges de orig. iur. lib. 1. p. 11. 2.

e Aristot. 5. politico. c. 4.

2 Lygdamus:

2 Lygdamus in tumultu Naxiorum, præfectus ad vindicandam iniuriam commissam in Telegoram & filias eius constupratis ab adolescentibus, arrepta tyrannide postea patriam oppressit.

a Athenæus lib. 8. Aristot. in polit.

Mutatus status Epidamni ciuitatis, propter seditionem ortam causa nuptiarum. desponderat enim aliquis filiam: cum verò pater sponsi magistratū gerens illi multam irrogasset, omnes qui præsentis ciuitatis statui infensi erant, per factionem ad se recepit: Ardeates ad interfectionem vsque seiplos consumpserunt, orta discordia ob nuptias cuiusdam egregiæ formæ forminx.

b Aristot. lib. 5. c. 4. & lib. 4.

De factione & coniuratione, causa seditionis.

Factio & factiosus, vt ait Festus, initio honesta vocabula erant: vnde inquit adhuc factiones histrionum & quadrigatorum dicuntur: modò autem nomine factionis seditio & arma vocantur. Nonius Marcellus, & opulentiam rerum, abundantiam & nobilitatem, significare factionem notat, sed maximè factionem dici malorum consensum & conspiracyonem. vt & Salustius dixit in Iugurthino bello, *vne ligue ou faction*. fuerunt enim ab omni seculo ferè vbique tales factiones vel bonæ ad bonum ad se defendendum, & se mutuo iuandum, vel malæ ad inuadendum respublicas, aut regnum, aut magnates, aut ad obstitendum iustè vel iniustè potestatibus.

Vt fuerunt in Sicilia factiones partium: & in omni Græcia, vt Doricæ potissimum & Ionica. Inter Dores erant Lacedæmonij: inter Iones Athenienses: Athenas quoque in tres factiones diuisas referunt, in Diachreos, Pedios & Paralios: aliquando in duas, Thucydidis vnâ, Periclis alteram: aut in Plebeiorum cui Polyarchon: & optimatum, cui Cassander præerat. nonnunquam in plures erant & Thessaliæ factiones, diuisæ in Egestaretes & Petieros: & in Argo, Aristipi & Aristæi. Apud Milesios, vna Plutis, altera Cheromacha factio fuit: sicut apud Carthaginenses, Barchina & Hannonis.

Atheniensium & Lacedæmoniorum partes & factiones, Græciam perdiderunt his Aristocratiam illis Democratiam in ciuitatibus constituere laborantibus.

d Amilius Probus, in Phocione.

3 Dux factionum Atheniensium, Pisistratus Tyrannidem inuasit. Sub Iustino Magno factio Veneta ab Antiochia sumpto initio, Præsinam multis damnis in toto Oriente affecit, vt nec Magistratum vi coerceri posset. In sextum vsque annum Iustiniani. Huicque factionum discordiæ, attribuitur magna seditio quæ sub Iustiniano Magno contigit Constantinopoli, ex cuius clade quadraginta ferè hominum millia desiderata sunt.

e Cedrenus. f Procopius libro 1. bell. Persici. & Zonaras in hist. m. 1. c.

Aa 4

Magnus dissensus populi & senatus, & civilis inde exitiosa & crudelis seditio, diuisa in diuersas partes Cæsaris & Pompeij, quæ subuertit statum rei Romanæ. Quippe inquit L. Florus, <sup>a</sup> si duces inspicias vniversa multitudo diuisa fuit in partes & ipse senatus, & exercitibus hinc vndecim legiones, inde x. & viij. flos omnis & robur sanguinis Italici: item diuisa auxilia sociorum, Gallici Germanici delectus. hinc sequuta dominatio vnus Iulij Cæsaris, suis ipsius viribus pereunte Romana republica, vetus est prouerbiū: concordia res paruas crescere, discordia maximas labi, & corruiere: quæ & de republica qualibet dicta esse etiam non ambigitur.

4 Quod vel docet liberarum ciuitatum in Græcia, vt dixi dissidium, quæ dum inter se discordarent, & aucupabantur imperare inter Græcos, dederunt amisso statu proprio, occasionem occupandi vtrasque partes Philippo regi Macedonũ. <sup>b</sup> Omne regnum in se diuisum desolabitur (inquit Deus) & domus supra domum cadet. <sup>c</sup> quod dictum de contrariis sententiis, & seditione, seu factione explicatur: <sup>d</sup> & dicebat Baldus <sup>e</sup> partialitatem in ciuitate esse tanquam vermem in casco. Et Andreas Barbatia <sup>f</sup> portam patentem ad introducendos inimicos: quod discordia omnia & seipsum destruat. Sic Plato <sup>g</sup> recentis victoriis pluribus obrentis de barbaris ab Atheniensibus, Tantam, inquit, est nostra ciuitas victoriam consequuta, vt nunquam expugnari posse, nec ab omnibus hominibus crederetur. Et sanè id verum esse visum est: neque enim aliorum viribus, sed nostris ipsorum dissidiis oppressi sumus. Nam, vt ait Liuius <sup>h</sup>, pars factionis quæ domesticæ certamine inferior est, externo potius se applicat, quàm cui cedat. Neque solet esse, vt dicebat Cicero <sup>i</sup> discordiarum exitus inter claros, aut potentes viros, nisi aut vniversus interitus, aut victoris dominatus, & regimen.

5 Valachorum dux factiones, vna Danorũ, altera Dracularũ, dederunt occasionem per quam se subiecerunt aliis principibus. Nam Draculæ cum Danis impares essent, atque ab illis multasiam opprimerentur, Turcas in auxilium vocauerunt, quorum armis adiuti, Danos pene ad interuentionem deleuerunt. Danis verò Iohannes Huniades Hungarorum imperio fretus, opem ferens non tam illos restituit, quàm sibi ipsi claritatem, & opes acquisiuit. Quippe qui Danorum agros ex potestate Turcarum ereptos, & sibi, & posteris perpetua possessione possidendos occupauit. <sup>k</sup>

Iason & Menelaus Simonis filij, cum de pontificatu Israelis inter se Hierosolymis contenderent, & populus Iudæorum Iasonem, nobiles Menelaum sequerentur tandem Menelai factio, Antiocho Epiphani regi Syriæ portas aperuit, qui urbem grauissimis affecit claudibus. <sup>l</sup>

6 Genuenses qui cuncta quondam maria peruagati, relictis clarissimis vbique victoriarum monumentis, cæteras gentes omni tempore nauali gloria superauerant: cum domi seditiosi, atque discordes esse ceperunt sæuissimis factionum fluctibus agitati, in Sforriano- rum clientelam concesserunt. <sup>m</sup>

5 Gibellinorum, & Guelphorum factiones horrendæ in imperio & Italia

<sup>a</sup> Florus lib. 4. verum Romanarum.

<sup>b</sup> Justinus li. 8.

<sup>c</sup> Luca c. xj. ver. 17.

<sup>d</sup> c. 4. si ea de struerem. 7. 9. cap. 2.

<sup>e</sup> Bal. ad leg. vnic. de cadu. tollen. C.

<sup>f</sup> An. Barbatia. ad c. licet. eol. 15. de probatio.

<sup>g</sup> Plato in lib. 30. in Me- nexemo.

<sup>h</sup> Liuius lib. 34.

<sup>i</sup> Cicero de Aruspicum responsis.

<sup>k</sup> Aeneas Sylvius in ca. 2. Europæ.

<sup>l</sup> Ioseph. lib. 12. Antiquit. c. 7.

<sup>m</sup> Paulus Iouinus. lib. 1. hi- storia.

& Italia, maxime sub Friderico 2. imperatore, à duobus fratribus propagata: quorum Guelphus pontifici, Gibel imperatori militabat tanta vesania, vt non solum diuersa haberent insignia militaria: sed etiam colores, tetræ fructus, vestitus, habitus ipse, hominis incessus, digitorum concrepitus, & oris hiatus suam haberet partium significationem: imò & sciendi alij, diuersam haberent formulam. <sup>a</sup>

Fuerunt sub annum Domini 1300. apud Pistorienses, duæ aliæ factiones. Alborum vna, alia Nigrorum dicta: & inde magnæ clades ibi & postea apud Florentinos, & Lucenses. <sup>b</sup>

6 Narrant historiographi quantum detrimenti Britannia, seu Anglia acceperit, ex factionibus quas vocant partialitates, domorũ, seu familiarum, Leucastræ, & de Iortz <sup>c</sup> Quantum item in Gallia nocuerit factio duarum domorum Aureliæ, & Burgundiæ, quæ cepit inter Ludouicum ducem Aureliacensem, fratrem Caroli 6. regis Galliarum, & Iohannem ducem Burgundiæ. tumultus, clades, cædes, quæ per sexaginta annos perseuerarunt, docent abundè.

7 Anno Domini 990. Mediolani ingens seditio exarsit, quæ nouam Reipub. mutationem induxit. quippe Bonicius dux ab imperatore Othone 1. constitutus, Gothifredo archiepiscopo, mortuo dignitatem illam ab Othone 3. Landulpho filio suo impetrauit, populòq; Landulphum repudiante, ad arma ventum est. Bonicius ipse in seculo confossus clam. Landulphum verò cum ducis præfecturam mādari fratri suo natu proximo vellet, populus ira percitus, vrbe cū frustoribus eius exegit, ac ducis magistratum abrogauit, consules qui regerent ciuitatem, more etiam in Italia instituto creauit. Atque hæc seditio ciuitatem Mediolanensem in duas partes distraxit, & nobilitatem, & plebem, quo veneno semel infecta nunquam postea planè inualuit. <sup>d</sup>

8 Sunt factiones istæ de quibus dictum sine præiudicio principatus inter ciues maxime in Aristocratia, & Democratia: Et quando mutatio fuit aut extinctio reipublicæ ex illa causa: illud accidit non ex prima intentione dissidentium, sed ex pertinacia dum altera pars alteri non vult cedere. At in principatu, coniurationes, & factiones, in principem, habent speciem proditiōis, & criminis maiestatis: vnde periculosissimæ euadunt, nisi occurratur: atque omnis factio, & coniuratio huiusmodi, siue fiat per subditos inter se, siue cum extraneis principibus, ad destructionem pertinet principatus, si sine consensu principis fiant. Nam si consensu principis, vel reipublicæ, fiat amicitia, aut foedus publica authoritate cū extraneis principibus, vel æquo iure, vel alio modo probato: principi, vel reipub. hæc confœderatio, seu foedus, & non factio dicitur: de quibus diximus libro decimo. superius capite vndecimo.

At quando sine consensu reipublicæ, vel monarchæ fit à parte plebis, vel populi inter se, vel cum extraneis confœderatio dicitur factio: crimen maiestatis, schisma, separatio, seu diuisio, vnitatis principatus, rebellio contemptus principis, insidiæ, proditiōes: & ma-

<sup>a</sup> Cranthius lib. 8. Saxonia c. 8.

<sup>b</sup> Blondus li. 9. Decadi 2.

<sup>c</sup> Philippus Comines lib. 1. c. 27. plenè Polydor. Virgil. lib. 24. historia Angliæ.

<sup>d</sup> Sigonius lib. 7. belli Malici.

ximè quando relicto primo statu reipublicæ, alium introducere, vel alium principem aduersus legitimè imperantem, qui tumultum, & rebellionem excitant, moluntur ex professo, prætextu aliquo melioris inuentionis, vel colore alicuius alterius causæ.

9. Tyrannorum, & ad tyrannidē aspirantium mos, nutrire factiones, & discordiæ semina inter populū, & principē inter principē & nobilitatem: vel inter nobiles, & plebem: confugiētium ad se subditorum alterius, protectionem suscipere, auxiliari, vt gradus fiat ad principatum, vt tutando fortiores, dominationem vsurpare possint. Sunt plures qui spiritu tribunitio inflati, plebem clam vel apertè commouent, & dum libertatem præferre videantur, subuertere imperiū conantur. vt postquam euertent à plebe instabili, dominationē impetrent, vel armis concessis sibi conferuent. Et sunt, ait Tacitus, qui tam præmiis periculorum, quam ipsis periculis læti, pro certis, & olim partis, noua ambigua, & ancipitia malunt: quibus facile vulgus adhæret, & leuissimus quisque, futuri improvidus vana sperans, commotus stabellis ducum, seditiosorum, ambitiosorum, & cupidorum qui ex dissidiis, & exitio publico sibi segetem impietatis metit.

10. Populus vt mare extrinsecus ventis, intrinsecus subitis halitibus turbatur.

Motus suggeruntur subito plebi, vt non detur spatium cogitandi, aut perpendendi quod agitur, quod specie recti illum decipit. primū enim fucus fit, sub fuce latet malitia impostorum, qui prius demulcent populum, inferunt querelas, & ambiguos de principe, aut de optimatibus, si sit Aristocrata: aut de administrantibus, si sit Democratia, sermones: qui turbant mentem populi, obiciunt oppressionem ob tributa, vitia præfidentium, diuitum opes, sceleratorum obiectiones. Fingunt, & persuadent tyrannicum presentem statum, pollicentur mutationem in melius splendorem reipub. præmia iuuantibus, aut temporalia, aut diuina. Interim nocturnis, aut sub vesperam, aut secretis conuentibus, absentibus melioribus, deterrimū quemque, scelestum, temerarium, criminibus oneratum, ære alieno onustum, sibi ob crimina metuētem, ambitiosum, aut similis farinae homines ex fece hominum conuocant, & in ministerium adhibent, & congregant.

11. Si resistat legitimus princeps vt solet, & debet, seditio, & factio interdum in schisma conuertitur, & eligitur antiprinceps: vt quando Ieroboam scidit decem tribus à regno Roboami legitimi principis. Hinc facti tot antipapæ in schismate, & schismata in Ecclesia Dei diuisa vnitate principis, spiritualis reipub. non iure. Et fuerunt diuersi reges in vno, & eodem regno alias coronati. quod certè abominabile coram Deo est: & quanuis sæpe videatur quædam iusta occasiōem reprehendendi legitimū, & naturalem principem: sit tamen ipsa discessio, & vnitatis diuisio, & schisma, ita Deo displicet, vt vix relinquatur hostia expiationis istius peccati. Quod docetur ex sacra pagina, vbi postquam à tribu Iuda & Benjamin 10. tribus scisse sunt &

<sup>a</sup> Cornel. Tac. lib. 2.

<sup>b</sup> 3. Regum c. 12. & 13. & 4. Regum. ca. 17. ver. 20. & 21.

sunt, & relicto rege suo alterum sibi constituerunt foris, sic scribitur, *Et indignatus est Dominus, in omne semen Israel, proiecitque & afflixit eos, & tradidit eos in manus diripientium, donec proiiceret eos à facie sua. Et eo iam tempore quo scissus est Israel à domo David, & constituerunt sibi regem Ieroboam filium Nabat: Separauit enim Ieroboam Israel à domino, & peccare eos fecit peccatum magnum: & ambulauerunt filij Israel in peccatis Ieroboam quæ fecerat: & non recesserunt ab eis, usquequo Dominus auferret Israel à facie sua, sicut locutus fuerat in manu omnium seruatorum suorum prophetarū translatisque est Israel in Assyriam usque in diem hanc.*

Quæ explicat Cyprianus fusè. Indignatum esse dominum, inquit, & eos in perditionem dedisse: quod ab vnitate dissipati essent, atque alterum sibi regem constituerunt.

Et tanta indignatio domini extitit aduersus illos, qui schisma fecerant, vt etiam cum homo Dei ad Ieroboam missus esset qui ei peccata exprobraret, atque vitionem prædiceret, panem quoque apud illos edere & aquam bibere vitaretur.

Quod cum non custodisset, & contra præceptum Dei prandisset, statim diuinæ censuræ maiestate percussus est: vt inde regrediens impetu & morsu Leonis in itinere necaretur, &c. hæc Cyprianus. Rursusque tanta apparuit in eos Dei ira, vt perpetuo, qui se tunc separarunt à Iuda & in Samariam secesserunt, inter prophanos & gentiles connumerati sint, atque cum primū discipulos Christus prædicandum misit, mandauerit, dixerat.

In viam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis. Quam horrenda etiam est mors core, Dathani & Abironis & asseciarum, qui schisma mouerunt contra Moysen principem, & sacerdotem Dei summum Aaron.

Siquidem dirrupta est terra sub pedibus eorum, quæ aperiens os suum deuorauit eos cum tabernaculis suis & vniuersa substantia eorum, descenderuntque viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis: & cum sequente die adhuc populus tumultuaretur, & exprobraret Moysi & Aaroni, dicens, vos interfecistis populum Domini, & tanta seditio & tumultus fieret, vt Moyses & Aaron coacti fuerint fugere ad tabernaculum fœderis: rursus excaudit ira Dei & voluit perdere omnem multitudinem, egressaque ira & plaga desauit donec esset iussu Moyses, Aaron apprehenso thurribulo, hausto igne de altari mittens incensum desuper, & accessit ad populum rogans pro illo flans inter viuos & mortuos, & plaga cessauit: occisis à Deo nihilominus quatuordecim millibus hominum & septingentis, præter illos qui perierant in seditione Core. Admonet & sapiens. Time dominum inquit, fili mi, & regem: & cum detractoribus non commiscearis, quoniam repente perditio eorum: & ruinam vtriusque quis nouit? Et iterum gloria Dei: est celare verbum & gloria regū inuestigare sermonē. Cælū sursum, & terrā deorsum, & cor regū inscrutabile, aufer rubiginē de argēto egredietur vas purissimū: aufer

<sup>a</sup> lib. 1. epistol. ad magnum, relatus à Gratiano in ca. 9. demique cum sit, 7. q. 1.

<sup>b</sup> 3. Reg. c. 13.

<sup>c</sup> Math. 23. 10.

<sup>d</sup> numer. c. 16.

<sup>e</sup> Sapient. ca. 24. ver. 21.

<sup>f</sup> ibidem ver. 1.

<sup>g</sup> sequ.

impietatem de vultu regis, & firmabitur Iustitia thronus eius.

Quaedam remedia contra  
factiones.

CAP. IIII.

**Q**UUM factiones sint, quaedam hominum iuratae ad malum con-  
urationes: prius occultae, & crescentes ex quotidianis additio-  
nibus hominum incautorum: primum respublica aut principes, de-  
bent prohibere consiliabula conuenticula, & congregationes homi-  
num priuatorum in quibus haec solent concludi sub praetextu alterius  
causae licitae, & proinde videnda & obseruanda sunt quae diximus de  
collegijs licitis & illicitis, & de abusu illorum superiori lib. 13. c. 2. 3.  
& ibi remedia contra abusus sequenda. Declaratur ab Archadio & Ho-  
norio, ec. reus lesae maiestatis, quisquis cum militibus, vel priuatis,  
vel barbaris scelestam iniecit factionem, aut factionis ipsius acceperit  
sacramentum vel dederit, & puniendum gladio adiectis bonis fisco  
cuius inquit lex<sup>b</sup>. poena animae amissionem sustinet, & memoria rei  
etiam post mortem damnatur. Maiestatis in quam crimem committit-  
tur, quando qui molitur quippiam contra imperatorem, regem, re-  
publicam non recognoscentem superiorem: contra securitatem &  
tranquillitatem populi: quo tenetur is cuius opera, dolo malo con-  
siliium inutum erit, quo obsides iniussu principis interciderent: quo  
armati homines cum telis lapidibusque in vrbe sint, conueniantve ad-  
uersus rempublicam, locaue occupentur vel templa: quouae caelus co-  
uentusve fiat. honinesve ad seditionem conuocentur. Cuiusve opera  
consilio, dolo malo, consiliium inutum fuerit quo quis magistratibus  
populi Romani, quiue imperiumve habet, occidatur quouae quis  
contra rempublicam arma ferat: Quiue hostibus populi Romani nu-  
cium, literasve miserit, signumve dederit, feceritve dolo malo,  
quo hostes populi Romani consilio iuuentur aduersus rempublicam,  
quiue milites sollicitauerit, concitauerit-ve quo seditioi tumultus-ve,  
aduersus rempublicam fiat. c. qui iniussu principis bellum cesserit, de-  
lectum militum habuerit, exercitumve comparauerit, quiue cum ei in  
prouincia successum esset, exercitum successori non tradiderit: qui in  
bellis cesserit, aut arcem dereliquerit, qui hostem concitauerit<sup>d</sup>. Addi-  
tur his crimen & poena legis Iuliae de vi publica<sup>e</sup>.

2 Heluetij in suis confederationibus. stabilitis suis rebus publicis  
post expulsos principes, cauerunt, ne qui excōfœderatis, cum alijs nō  
comprehensis, factionē societatemve nouā inirent, sine cōsensu totius  
societatis & pagorum confœderatorum.

Reges quoque Galliae habito committiorum consilio, prohibue-  
runt omnibus regnicolis & subditis, sub poena criminis lesae ma-  
iustatis, societatem seu linguam inire cum alijs principibus ex-  
traneis, neve ad illos literas chrisas mitterent, aut ab illis acciperent  
seu ab illorum subditis de rebus status

a l. quisquis,  
5. & l. f. ad l.  
Iulii maiesta.  
c. li. 9. ti. 8.  
b S. publicae  
autem iudicia  
de. pub. iudi.  
ap. Iustitia.

c l. 1. ad leg.  
Iul. maiesta.  
lib. 48. P. ti. 4.  
d l. 3. de P. cu  
similibus ibi  
notatis per  
glossam. ad le.  
Iul. maiesta.  
e l. 3. ad legē  
Iul. de vi pub.  
lib. 48. P. ti. 6.

& causis regni sine expressa regis permissione & licentia.<sup>a</sup>

3 In poluita ecclesiastica, de coniurationibus clericis, sic in consilio  
Chalcedonenfi statutum est, coniurationum & conspirationum crimen  
quod apud Gregos dicitur opaleia publicis etiam legibus certum est inhi-  
beri. hoc multo magis, in sancta Dei ecclesia ne fiat conuenit abdicari.  
Siqui vero clerici aut monachi inuenti fuerint coniurantes aut conspiran-  
tes, aut phatrias, aut factiones componentes aliquas suis episcopis, aut  
clericis alijs, omnino cadant de proprio gradu<sup>b</sup> quod & alijs consilijs &  
pontificalibus constitutionibus firmatum est<sup>c</sup>.

4 Aristoteles, d adfert precautionem contra factiones: vt nobi-  
lium contentiones & partes quas dicunt nunc partialitates, legibus  
expresse latis prohibeantur. Nobilium enim factiones facile in par-  
tes discidunt populum, & Mœcenas existimauit optimum pro con-  
seruatione reipublice, & ita suauit Cæsari Augusto, inimicitias om-  
nes & ambitiosa certamina prorsus excindere, adeo vt nec nomina  
noua, aut quidpiam aliud ex quo dissidia oriri possint, permittantur.  
Et si oriantur statim inintio comprimuntur.

Sapienter itaque Paulus 2. summus pontifex 8 idibus Octobr. 1466.  
edidit constitutionem anno 3. sui pontificatus, de sumptibus vindi-  
cta contra propinquos offendentes, ac vt ipse loquitur de brigosis,  
& de officio paceriorum i. qui pacem componunt. ibidemque repro-  
bantur coniurationes & consortia brigosorum, qui conueniunt in vna  
domo, & coniurant alicuius arbitrio se vindictam sumpturos de inferre  
te vulnus, aut mortem, vel de eius propinquo atque in eos qui id fecerint,  
peruaserint, & eos receperint, poena maiestatis lesae, cum confiscati-  
one seu p̄scriptione honorum. & in clericos, vt omni honore, dignitate  
ordine, beneficio, officio, ipso iure sint priuati, & bona eorum sint came-  
oli apostrae, confiscata. & qui eos receperint etiam sub praetextu quod  
dicunt quidam, de far debene, vt rebelles & conspiratores in reipub. & fau-  
tores anathemate & superioribus poenis pleciantur. statuēs qui brigam in-  
ter se habent, veniant ad generales vrbes vt vocant pacerios qui eorum  
rixas componunt: & si illorum sententiae stare nolint, superioribus  
poenis afficiendos esse, firmavit hoc ipsum Xistus 4. in constitutione  
7. incipiente perniciosum. Innocentius 8. constitutione 11. incipiente  
licet ea. auxit & poenas non tenentibus arbitria paceriorum Iulius 2.  
constit. 5. incipiente cum homines.

5 Arbitrantur quidam, legem Solonis quandam ad remedium  
factionum, & coniurationum pertinere: qua iubetur sub capitali  
poena, in seditionibus, & factionibus alterutram partem sequi, sic  
enim ait: Si ob discordiam, dissentionemque, seditio, atque dissensio populi  
in duas partes fieret: & ob eam causam irritatis animis vtrunque arma  
caperentur, pugnareturque: tum qui eo tempore, eoque casu ciuilitis discor-  
dia, non in alterutra parte sese adiunxerit: sed solitarius, separatusque à  
communi malo ciuitatis secesserit, is domo, patria, fortunisque omnibus  
careto. exul, extorrisque esto. Quam legem quidam non ad augendam  
sed ad finiendam seditionem pertinere dicebant. Quia si boni vt pu-  
tabant homines, qui principio coercenda seditionis impares fuerint  
populumque percitum ira, & amentē non deterruerint, ad alterutra  
temperari

a in edicto  
Caroli. 9. de  
pacificatione.  
ed. 10. 1562. ar-  
tic. 5. & in edi-  
cto 1563. artic.  
7. & 9. in edi-  
cto Henrici 3.  
& constitutio-  
nibus eomico-  
rum Blesensium  
ann. 1579. ar-  
tic. l. 183. & in  
constitutio. an-  
ni 1580. artic.  
44.  
b in consilio  
Chalcedonenfi,  
capit. 18. & in  
Vormacensi,  
c. 74.  
c cap. coniu-  
rationum. 21. ca.  
conspirationum,  
22. cum 2. fr-  
quentib. xj. q. i.  
in consilio To-  
letano, consilio  
Aurelianensi  
3. c. 21.  
d Aristot. lib.  
5. Politic. ca. 8.  
e Aristot. 5.  
Politico. c. 4.  
f Dio Cassi.  
lib. 52.  
g extat con-  
stitutio hac in-  
ter eius consti-  
tutiones ordine  
5. in Bullario  
Cherubini.  
h Extant i-  
sta constitutio-  
nes in predi-  
cto Bullario  
Cherubini

temperari, ac regi cœperint: cōcordia potissimū per eos restitui, cōfiliarique possit: dum suos apud quos sunt regunt, ac mitificant, & aduersarios seruatos magis cupiunt, quā perditos. Et hoc idem Phauorinus philosophus inter fratres quoque, ac amicos dissidentes, oportere fieri censebat. vt refert Gellius<sup>a</sup>, iisdem fere verbis ex Aristotele.

<sup>a</sup> Gellius lib. 2. cap. 12.

Sunt & qui putent hanc legem quoque pertinere ad vtilitatem particularium ciuium: ne si singularis quis neutram partem sequatur exponatur prœdæ, & iniuriis vtriusque partis, aut factionis: & ne rursus cōcordantibus vtriusque factionis partibus sit vtræque parti odio, & inimicus omnibus, tanquā qui illorum malis lætaretur. Quod etiam accidit his, qui pugnantibus vicinis spectatores tantum sunt, & neutras sequuntur partes. Siquidem fœdere facto inter dissidentes, isti non comprehenduntur: & ita prœdæ relinquuntur, vel si ab aliis inuadantur, sine auxilio relinquuntur. Alij etiam putant, illam legem conuenire populari statui tantummodo, in quo periculosissimum putatur neutram partem fouere in medio incendio ciuili belli, cum possit induci tertiæ factionis suspicio. Iuxta illud quod Christus dicebat, *Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit.*

Et videntur qui non sunt ex aliqua parte tepidi, neque calidi, neque frigidi, & quibus conuenire forsā potest, quod Deus iussit diuo Iohanni scribere episcopo Laodicæ ecclesiæ. *Scio opera tua, quia neque calidus es, neque frigidus: vtinam frigidus esses, aut calidus. Sed quia tepidus es, & nec calidus, nec frigidus. incipiā te euomere ex ore meo.*

<sup>b</sup> Apocalyp. cap. 3. vers. 15. & seq.

Sed sub monarchia, dicunt esse tutius neutri parti factionis adhærere. At Iulius Cæsar denunciante Pompeio, pro hostibus se habiturum qui reipublicæ defuissent, ipse medios, & neutrius partis, suorum sibi numero futuros esse pronunciauit.<sup>c</sup>

<sup>c</sup> Suetonius in Iulio Cæsar. c. 75.

Aliis pluribus, Solonis lex meliori iudicio videtur in omnibus reiicienda: siue agatur de factione in Democratia, vel in alia specie reipub. suborta. Nam & Solon ipsemet facto, videtur legem suam reprobasse. Seditio enim inter vrbanos agrestes maritimos exorta, neutrorum se partium fecit.<sup>d</sup> Atque Cicero ingenij acutissimi vir, ad Atticum scribens, ego verò inquit, Solonis popularis tui, & vt puto etiam mei, legem negligam, qui capite sanxit: si quis in seditione non alterutrius partis fuisset, nisi tu aliter censes, & hinc abero, & filij: & c.

<sup>d</sup> Diogenes in eius vita. lib. 1.

Bellum etiam non est legitimum, quod inter se ciues gerunt, ideo qui se seditiosis, vel diuisis non iunxerit, argui non debet hostilitatis.

Et in ciuilibus dissentionibus, quanuis per eas sæpe reipublica lædatur, tamen in exitium reipublicæ non contenditur. Et qui in alterius partes discedunt in Democratia, vice hostium non sunt, vt dixit Vlpianus Iurisconsultus, eorum inquam hostium inter quos iura captiuitatum, aut postliminij fuerunt.

<sup>e</sup> in l. si quis ingenuam 21. de captiuis. & postlim. reuers. p.

Arma ciuilia neque parari, neque haberi, aut inferri possunt per bonas artes:<sup>f</sup> & finis eorum malus, cum duces bonum publicum & mulantes, pro sua quisque potentia certat.<sup>g</sup>

<sup>f</sup> Tacitus 1. annalium. <sup>g</sup> Salustius in bello Inguir. c. 11.

Quemadmodum & stultissimum videtur prudenti homini, vt se factionibus miscere cogatur eorum, qui pertinacia, pernicacia, ambitione, malitia, fraudibus, rebellionibus, potius quam iusta ratione turbant & inuoluunt malis rempublicam, & ita fiant stultitiæ malitiæ & coniurationis participes, & sua accessione eorum malitiam & audaciam augeant: maxime quando causa factionis non pertinet ad eum qui abstinet a seditione, vt nihil pertinet ad priuatum contentio magnatum de dominatione, cum is in potestate sua non habeat, tantas inter illos componere lites, nec illorum forsā sit subditus, cliens aut vasallus, vt imperio eorum cogatur armatus factiones eorum defendere.

Et quamuis, causa dicatur rebellionis & armorum, vtilitatis reipublicæ: tamen priuati hominis non est, qui ignorat factioforum aut rebellium animos, de illis iudicare, vt potius vni quā alteri parti se coniungere debeat.

Neutri tamen detrahare debet in causa & animo incerto: nam vni detrahendo, alteri accedere videtur: sed expectare negotij definitiōnem à quibus conuenit oportet.

Quod si quis etiam interdum vellet alterutram factionem sequi eorum quorum iusta putatur causa: si is non sit subditus, sæpe cum illis angeretur arma mouere contra propriam conscientiam, in parentes, filios, & proximos, qui forsā essent diuersæ factionis.

Magis etiam sapientiores arbitrantur conducere reipublicæ, si alicuius sit opinionis, qui nullas partes sequitur, nulli se adiungere: vt sine suspitione affectionis, possit pacis mediator effici. Nam contententes, aduersariis non cederent, & neutris potius se committunt.

Alij gloriari solitum Quintum Hortensium, quod nunquam ciuili bello interfuisset.<sup>a</sup>

Fertur quoque Asinij Pollionis<sup>b</sup> factum, ac dictum memorabile: Qui cum rogaretur à Cæsare, vt secum proficisceretur ad bellum Actiacum, Ego, inquit, discrimine vestro me subtraham, & ero præda victoris, Et Cicero, <sup>c</sup> Melioris, inquit, medius fidius ciuis, & viri puto: quouis supplicio affici, quā illi credulitati non solum præesse, verum etiam interesse.

<sup>a</sup> Cic. lib. 2. familiarum epist. 16.

<sup>b</sup> Velleius paterculus, lib. 2. historia.

<sup>c</sup> Cicero ad Atticum li. 9. epistola. 4.

Siquidem nullomodo opem ferre, aut mederi incendio non possit excandescentibus factionibus: vir enim bonus tunc eliget oppidum aliquod vacuum à bello, dum hæc decernuntur: ea tamen conditione ne propensior ad turpem causam videatur.

*De alia causa rebellionis & seditionum ob iustum vel iniustum, & inconsideratum dolorem tumultuantium.*

**A**ccidunt interdum seditiones in republica, non ex intentione prima subuertendi vel mutandi statum reipublicæ: sed ex aliquo concepto dolore in administrantes, vel principes, vel contra eorum administratos illius doloris: ob quam obtinendam solent plerunque reipublicæ turbari, vt cum putant se opprimi tributis, iniuriis, iniustitia, contumeliis.

2 Apud Hestiazam popularis status diuisus, ex contentione diuisionis hæreditatis duorum fratrum. cum enim vnus alteri non communicaret partem integram, is populum pro parte sibi conciliauit, alter ditiores. Ita & Mytilenæ seditio ex hæreditate coorta, magnorū malorum fuit origo, indeque bellum Atheniensibus contra Mytilenæos susceptum, in quo vrbs à Pachele duce capta fuit. Explicat hæreditatis quæstionem Aristoteles, <sup>a</sup> ex Timocharis diuitis obitu, additque apud Phocenses etiam, seditionem ortam ex hæreditate inter Mnaseam Mnasonis patrem, & Eutychraté Onomachi: quæ fuit initium belli quod sacrum appellarunt.

<sup>a</sup> Aristot. 5. Politic. 4.

<sup>b</sup> Vide rationes vniuersæque partis apud Dionys. Hælicarnas. lib. 6. & Appian. libr. 1. de bellis civilibus.

<sup>c</sup> Dionys. Hælicar. lib. 7.

<sup>d</sup> Appian. lib. 1. de bellis Punicis.

<sup>e</sup> Dionys. Hælicar. lib. 9.

<sup>f</sup> Linius in 3.

<sup>g</sup> L. si prætor, de iudiciis P.

<sup>h</sup> L. si ne quid in loco pub. P.

<sup>i</sup> L. qui restitueret, de rei vind. P.

<sup>j</sup> Diog. Laert. de vitis philosoph. in 1.

<sup>k</sup> Plutarch. in Solone.

<sup>l</sup> Plutarch. in Iulio Cæsare.

<sup>m</sup> in l. 1. & si. C. de cessio. bonorum. citum. qui bonis cedere pass. P.

<sup>n</sup> in cap. Odoar. de solutio.

<sup>o</sup> in cap. Odoar. de solutio.

<sup>p</sup> in cap. Odoar. de solutio.

3 Fuit Romæ sæpe seditio mota à plebe ob res alienum, quo premebatur à creditoribus diuitibus, quæ & aduersus eos qui creditores sustinere, & defendere volebant peruagata est. <sup>b</sup> item ob annonæ caritatem, contra diuites <sup>c</sup> ob inopiam, in c. Grachi Tribunatu <sup>d</sup> ob frumenti penuriam. <sup>e</sup>

4 Apud Ardeatos ob nuptias puellæ, vsque ad interitum ferè reipublicæ inter plebeios, & nobiles seditio, dum plebeius illam sibi denegari, à tutoribus impetratam doleret. <sup>f</sup>

Fuerunt & aliæ seditiones ortæ ex quadam cuiuspiam rei quæ non placeret, occasione, vt ob consulum electionem ob rem agrariam propter reipublicæ statum, ob colonias deducendas ob stipendia re-tenta, & similia.

6 Quibus obuiam ire oportet, & mederi, causis ferè contrariis. In litibus enim, ex quorum decisione nõ grata, oriuntur, operæ pretium est curare, vt magistratum auctoritas cum effectu sit, sic enim interest reipublicæ iudicia non esse illusoria, & contumaces etiam manu militari obtemperare cogendi sunt. <sup>b</sup> Si dolor ex tributorum exactione oriatur nimia, leniendus est, vel tollenda causa, & tributa abolenda.

7 Si inopia magna populi, largitiones quædam tritici faciendæ, imponendum pretium annonæ, legitima taxatione. Fuit aliquando contra foeneratores lex publicata, de remittendis vsuris: imò & lex à Solone lata, quæ *σισυγχευα*, de remittendis debitis: <sup>i</sup> quam aliquando renouauit Iulius Cæsar apud Romanos. <sup>k</sup>

8 Fuit & commune miserabile beneficium indultum debitoribus, quod illos eximeret à carceribus, & litis vexatione, cessio bonorum, <sup>l</sup> vel iuratoria cautio præstita creditoribus, de soluendo cum ad pinguiorem fortunam peruenerint debitores. <sup>m</sup> Atque quanuis in reliquis petitis in seditione non expediat semper morem gerere populo, tamen non statim & contrario impetu resistendum est ferocienti

cienti, ne excandescat ira in peius, sed vel promissionibus vel applausu quodammodo est consentiendum, donec ira efferbuerit. Sicuti equis ferocibus non statim virga aut flagella, sed popismata ad placandos affectus adhibentur. Paulatim autem se remittente feruore & ira, tunc prudens sapiensque princeps & rector, leui sermone & paternè debet populo periculum seditionis explanare, & quantum illis et reipublicæ si non cohibeatur, sit futura pernitiosa. Ita narrat Plutarchus <sup>a</sup>, Terpandrum Lacedæmonis inter se dissidentibus, vocatum ex oraculo, à Lesbo, seditionem cantus suauitate sedasse.

<sup>a</sup> Plutarch. lib. de Musica.

Sunt et alia remedia et præcautionis, et pœnarum de quibus Deo fauente paulo post in remediis generalibus seditionum agetur.

*De alia causa seditionis, propter admissionem extraneorum.*

## CAPVT VI.

**S**olent quoque plerumque oriri seditiones, ex peregrinorum admissorum in ciuitatem consortio, nec bene ab initio aduenæ cum ciuibus conueniunt, donec eadem cum ciuibus sentiant. Quod accidit ex diuersitate morum, ex odio & inuidia felicitatis aduenarum, ex contemptu eorundem: quæ cum aduenæ pati nequeant suscitantur contentiones: ab illis, ad manus peruenitur, & tandiu inter se conflictantur, donec alterutri dominantur & alios excludant.

2 Neque enim ciuitas ex qualibet multitudine conficitur, nec omnes qui in vrbe sunt, ciues sunt, aut municipes. Ciuem aut natiuitas facit, aut manumissio, aut allectio <sup>b</sup>.

Ciuitas societatem morum, legum, ac voluntatum habet: peregrini & aduenæ diu cunctantur antequam alienis moribus assuescere possint, & suis magis applaudunt. Et proinde ex diuersis moribus, legibus, & voluntatibus, oriri necesse est discordiam: ex illa, seditionem, quæ fortioribus palmam dat.

3 Et ita Aristoteles <sup>c</sup> obseruat, omnes qui inquilinos & aduenas receperunt, ferè seditionibus iactatos. Quemadmodum cum Tæzenij cum Achæis vnâ Sibarim incoluerunt: nam postea in maiorem numerum crescentes Achæi, Træzenos pepulerunt. Idipsum fecerunt Sybaritæ de illis qui eos receperant, prætextu agrorum quos maiores habere volebant. Sed & Zancleij qui Samios receperunt, mox ab eis repulsi sunt propria ciuitate. Ita Apolloniæ qui sunt in Ponto, incolis receptis, seditione agitati sunt: Amphypolitæ receptis Chalcidensium colonis pulsi tandem ab ipsis ferè omnes fuerunt: Byzantij peregrini, in oppressionem ciuium coniurati, & cognita re, non nisi prælio & armis ægrè pulsi sunt. Sic anno Domini 1389. Teutones Belge, cucullati fratres dicti, in ciuitate Stocholmia, celeberrimæ Succæ emporio, quod, ob æs alienum in patria contractum, fugerant, tempore regis Alberti, seditionem maximam excitarunt: coniectis enim in indigenas comitiis, quorum sunt impatientissimi Sueones, ad rixas & lites prouocauere vt demum apud regem delatos, vita

<sup>b</sup> Vlpia. in l. 1. ad municip. pal. l. 50. P. ti. 1. Dioclet. & Maxim. in l. ciues 7. de incolis lib. 10. cap. tit. 39. c. 5. Politic. cap. 3.



aut fortunis spoliarent. Origo odij ex commerciis cœpit, quorum lucra ad se solos alienigenæ transferre conabantur, nulla facta æstimatione reliquorum ciuium: & tandem Teutones ipsi imparatos Sueones adorti, partim necarunt, partim grauissimis tormentis affectos, combufferunt<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Iohan. Max. lib. 21. historia Gothorum. Lib. 43.

Antiffæi, exules ex Chio susceptos, tandem armis deicere coacti sunt. Refert Iustinus<sup>b</sup>, mortuo Senano, Segoregiorum rege, qui potestatem Græcis dederat condendi Massiliam urbem, regulam quandam Comnano eius filio dixisse, quandoque Massiliam finitimis populis exitio futuram, opprimendamque in ipso ortu, ne mox validior ipsum obrueret, et subiecisse & fabulam. canem aliquando partu grauidam locis à pastore precario petiisse in quo pareret: quo obtento, iterato petiisse, ut sibi educare in eodem loco catulos liceret: ad postremum adultis catulis, fultam domestico præsidio, proprietatem loci sibi vindicasse. Nec aliter Massilienses qui tunc inquilini videbantur, aliquando dominos regionis futuros. Et constat etiam eos quos nos hostes dicimus, olim peregrinos dictos fuisse<sup>c</sup>, et in ea significatione verba concepta legis 12. tabularum: aduersus hostem æterna autoritas esto<sup>d</sup>.

<sup>c</sup> I. quos nos hostes, 234. de verbor. signif. P.

<sup>d</sup> Macrobi. lib. 1. Saturnaliorum cap. 16. Aulus Gellius lib. 16. cap. 4.

4 Satis etiam liquet, respublicas ex auxiliariis copiis, quæ extraneæ sunt, detrimentum magnum aut interitum accepisse. Nam si auxiliares milites assuescant locis & dulcedine eorum capiantur, fortiores existentes, incolas & indigenas suis sedibus pellunt. ut contingit in Gallia Æduis & Aruernis, cum Secanis factionibus se mutuo bellicantis & contendentibus de principatu: aduocatus enim in auxilium Ariouistus cum valida manu militari Germanorum à Secanis & Aruernis, Æduis attritis, Secanorum sibi agros vsurpauit & ibidem suis sedes delegit<sup>e</sup>.

<sup>e</sup> Iulius Cesar. lib. 1. de bello Gallico cap. 7.

Sunt alia quæ de peregrinis seu Allophylis hic tractari possent, verum quia de his supra lib. 4. c. 4. egimus supersedendam putauit, ibi etiam & de delectu extraneorum & quæ illis permittenda vel prohibenda sunt in ciuitate dictum est, vnde & remedia & cautiones, contra seditiones & tumultus quæ causa peregrinorum seu extraneorum oriri solent, accipi possunt. Sunt creandi Magistratus peregrinorum, Romæ præter peregrinus dehinc, aut non sunt admittendi, aut admissi non sunt opprimendi, delectus etiam eorum habendus, in probitate, fide & sufficientia, antequam de republica negotium aliquod illis demandetur, aut priusquam inter municipes & ciues computentur.

*De otio, tanquam de alia causa corruptionis reipublice & seditionum, & remedijs quibusdam, aduersus easdem.*

## CAPVT VII.

Solent otium subditorum ex nimia cœlitate, satietate, aut indulgentia, turbare rempublicam: quod animis, sine aliquo subiecto sui honestè se dare possunt, vacuos omni exercitio, semper quippiam  
vi im-

ut immortales cogitare & versare necessum sit prouiores autem sunt homines natura quadam corrupta ad mala. Sic Appium Claudium crebro solitum dicere accepimus<sup>a</sup>, negotium populo Romano melius quàm otium committi: non quod ignoraret quam iucundus tranquillitatis status esset, sed quod animaduerteret præpotentia imperia, agitatione rerum ad virtutem capescendam excitari: nimia quiete in desidiam resoluti. Et sane negotium nomine horridum inquit Valerius Maximus<sup>b</sup>, ciuitatis nostræ mores in suo statu continuit: blandæ appellationis quies plurimos vitiis resperuit. Dicit insuper Q. Metelli cum grauem tum altam in Senatu sententiam: qui deuicta Carthagine, nescire se an illa victoria boni ne plus aut mali reipublicæ attulisset, asseueravit: quoniam ut pacem restituendo profuisset, ita Annibalem submouendo non nihil nocuisset. Eius enim transitu in Italiam, dormientem iam populi Romani virtutem excitatam: metuque debere, ne acri emulo liberata, in eundem somnum deuolueretur. Eadem protulisse Scipionem Nasicam euerfis Carthaginensibus, scribit Plutarchus<sup>c</sup>.

<sup>a</sup> Valerius Maxi. lib. 7. cap. 2.

<sup>b</sup> Vti supra.

<sup>c</sup> Lib. de vita. cap. 14. de vita inimic.

Sic etiam Catone Censorio detentam esse Carthaginem censente, Nascica restitit. futurum enim asserbat, ut potentis hostis metu liberati Romani, vel otio vel ignauia torpescerent, vel in se mutuo arma conuerterent: quod non multo post euenit euerfa Carthagine. Tribunitiis enim Gracchorum furoribus coortis, bellorum ciuilium seminaria iacta fuere. Celebratur & ab Aliano<sup>d</sup> factum apud Chios, huc pertinens. Cum enim Chij grauissimo seditionum morbo laborantes, tumultum inter se excitarent, quidam inter illos homo natura ciuilis, & pacis amans, ad eos qui omnes amicorum suorum aduersarios ex vrbe volebant deicere, nequaquam inquit, sed cum victoriam obtinuerimus, relinquamus aliquos: ne procedente tempore non habentes aduersarios, nobis ipsis mutuo bellum inferamus: atque hoc dicto eos persuasit: hæc enim adferens rectè ac bene dicere videbatur.

<sup>d</sup> Alianus lib. 14. de uicia historia.

Atque Aristoteles<sup>e</sup> existimat, ad conseruationem reipub. conducere, vigilanter ei intendere: metum etiam inter ciues hostium fingere ut caueant. Sic expugnato à Lacedæmoniis oppido certo, dixerunt Ephori, sublata est pubis nostræ palæstra, non habebunt posthac quibus tum luctentur, aduersarios<sup>f</sup>.

<sup>e</sup> 5. Politicor. cap. 5.

2 Otium iniquitatem generat cum saturitate, & inde ira Dei ad tollendam rempub. Sicque apud Ezechielem<sup>g</sup> Deus. Ecce hæc fuit iniquitas Sodome sororis tue superbia saturitas, & abundantia, & otium ipsius & filiarum eius: & manum egeno pauperi non porrigebant: & eleuatae sunt & fecerunt abominationes coram me, & abstuli eas sicut vidi. Sed & milites otiosi pace impetrata, qui prædationibus assueti, honesta obliti sunt artificia, vel cum ex militia quippiam dignius sibi arrogant, solent seditiones excitare tempore pacis: obfidunt vias, spoliant viatores, cessantibus bellicis stipendijs.

<sup>f</sup> Plutar. in apophibegm. Laonicis. cap. 17. v. 49.

Quare sapientes principes præcauent ne otiosa multitudo, maxime militum pace adepta, impunita sit: aut ne retineatur in otio: & consueuerunt eos honesta aliqua occasione ex ditione seu republica pelleri.

Solent enim mali quidam non secus quam in corpore humano morboſi humores, aut herbæ noxiæ in ſatis, etiam in republica ſuccreſcere, qui niſi euacuentur aut euellantur, putreſcunt & ſuffocant alios, & febres id eſt tumultus interdum exitiales generant in republica. Proinde rectius fit ſi in hoſtes bellum moueatur, vel amicis vel aliis confederatis auxilia militaria dentur vel coloniæ deducantur, ad exonerandam rempublicam talibus hominibus.

Quandiu Rōma fuit bellis in exteros occupata, tandiu tranquillus eius fuit ſtatus, pulſis & amandatis huiusmodi, in bellum otioſis hominibus, ad quod audaciores & pernicioſiores confugere ſolent & confluere, maximè qui metu pœnarum ſine inuolutione ſe defendere in patria nequeunt, & qui prædandi libertatem ibi ſe aſſequi poſſe arbitrantur. Et Gallia quamdiu cum vicinis & exteris, Italis Hispanis, Germanis, bellum habuit, purgata ab exuberante & bulliente militum ſanguine, febribus ſeu tumultibus qui ex agitarunt, & concuſſerunt poſtea eius ſtatum, caruit vt & maxima pars Germaniæ, nō alia ratione tranquilla manet, à ſeditionibus, quamquod militares in quieti & otioſi per copias auxiliares ferè quot annis exhauriuntur & exeunt. Contra vbi pax cum Gallis ab externis, hoſtibus impetrata, ſanguis militarium hominum exuperans craſſus & infectus non natura i calo e, ebullire & ardere cœpit, & tumultibus ſeditionibus rebellionibus, factionibusque, omnes eius partes concuſſit, atque ita Gal à bellis immunis, ciuilia arma in ſe tanquam phrenetici conuertunt.

Præcauens hoc malum preſtantiffimus dux & moderator reipublicæ Pericles & Athenis ſexaginta triremes emittebat, in quibus magnus numerus ciuium nauigabat octo meſes æra merens, meditantique ſimul & diſcēs naualem diſciplinā. Ad hæc mille colonos Cherſoneſum miſit Naxum, quingentos: Andrum eius dimidium: in Thraciam mille adſcripſit Biſaltis: in Italiā alios cum inſtauraretur Sibaris, quos appellauere Thuriōs. eaque agebat quod otioſa, & ex otio importuna turba urbem leuaret, & populi ſubueniret difficultatibus, timoremque & præſidium, ne res nonas moliretur, adiuſſerit focis<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> 1. Plutar. in Pericl.

3 Romani, ſi quādo Tribuni nouis factionibus rempub. turbaret, bello aliquo, ſeu de in duſtria, ſeu caſu aliquo excitato, parabant verfare ciues & diſtrudere, ne domi reſides intenderent Tribunalium concionibus & ſeditionibus. Quo remedio ferè ſemper utebantur, medicorum more, ad motus turbulentos extra urbem propellendos<sup>b</sup> Cretenſes in crebris ſeſſionibus & bellis ciuilibus, ſi quando ingruerent hoſtes externi, iuncta inter ſe pacē arma ſociabant. Quod induxit Chiorum concionatorem ſeu oratorem Onomademum, ne permitteret, cum in ſeditione fuiſſet ſuperior vt omnes diuerſæ partis vrbe pellerentur: ne inquit, ſi ſemel ab inimicis fuerimus expediti, certamem nobis oriatur cum amicis

<sup>b</sup> Plutar. in Camillo.  
<sup>c</sup> Plut. de pietate erga fratres.

Hocque ſtratagemate uſus Theognis Athenienſium dux, videns milites de ducibus & ordinibus diſceptare, vt quosdam equites ac duces miſerit, præcipiens, vt quaſi hoſtes in quodam alio loco ſe oſtenderent, in quo maximè conſpici ab exercitu poſſent. Quibus apparentibus Theognis cum tumultu ac perturbatione milites ipſos, quaſi hoſtes iam in conſpectum veniſſent, iuſta loca capere iuſſit. Illi metu hoſtium adducti, priſtinos ordines conſtituerunt<sup>a</sup>. Eodem ſtratagemate Eudocimus uſus, videns milites inter ſe tumultum mouere. cum enim ſedare diſcordiam nō poſſet, iamque etiam ſe armis mutuo peterent, currentibus nunciis mandauit vt proclamarent, hoſtes aduentare ac vallum diſcerpere velle: & ita metu hoſtiam abſtracti, ſeditionem reliquerunt<sup>b</sup>. Pari modo L. Sylla, cum legiones Romanæ pernicioſa ſeditione furerent, propere annunciare iuſſit, hoſtem ad eſſe, & ad arma vocantium clamorem tolli & ſic diſcuſſit ſeditionem, vniuerſis aduerſus hoſtes conſentientibus<sup>c</sup>.

<sup>a</sup> Polyæn. lib. 5. Stratag.

<sup>b</sup> Idem Polyæn. lib. 5.

<sup>c</sup> Frontinus lib. 1. c. 9.

4 Poſſunt & aduerſus otioſos inquisitiones fieri, vel per politicoſ Magiſtratos, vel per Cenſores & virorum rectores, & ita mendici validi vagi, nebulones, ad opus ſunt cogendi vel publicum vel priuatum, & ſi operari nolint, ex urbibus et ſocietatibus ſunt pellendi: & ſi reuertantur, ſuſtigandi, & contumaces adhuc ad triremes vel aliud opus remittendi & colligandi.

De oratoribus, tanquam de cauſa alia ſeditionum & tumultuum.

## CAP. VIII.

AD rebelliones, ſeditiones & tumultus plerumque concitarunt plebem & populum, oratores ſeu rhetores, & qui ſe Philoſophos dixerunt. Mouent enim animos publicè & priuatim, ſæpius rationibus fictis, ſuco orationis, doſoſe rectis compoſitiſque, ad finem quem ſtatuunt, inductionibus & arte veritatem obſcurantes, ſcrupulos iniicientes, magna extenuantes difficilia & impoſſibilia poſſibilibus lingua æquant, parua & impia ad virtutem traducentes, affectus mouentes, & animos à ſua ratione, veluti ſcandali mouentes, vt eò quod velint impellant ad bellum vel pacem, ad nutum vel ſuæ vel alienæ ambitionis. Et certè nihil deterius poſſet eſſe in republica ſeditioſis & impoſtoribus rhetoribus & concionatoribus, qui linguam venalem habent vel ambitioſam, nihili plerumque homines, quorumque nihil intereſt tranquillam eſſe rempub. faces quæ ignem ſubiiciunt, cotibus ſimiles quæ ferrum acuunt, ipſæ autem ſcindere nequeunt, timidiſſimi inanes, nihil aliud quam verba verum illa ſeditioſa, effundentes dum enim ad manus ventum eſt, in angulos vel longinquas regiones periculis ſe ſubtrahunt: Sic pernicioſiſſimi, non ſecus ac venti validi qui impetu tempeſtates in mari commouent, & paruam ignis & iræ populi ſintillam, in voraciſſimum conuertunt incendium, aut ſub cineribus igne ſopitos

cum vniuersorum damno excitant. Sicut sunt tubæ, sunt tympana in bellis, quæ quidem non pugnant, sed acrius animos quam ipsa pugnae causa, commouent. *Mæ* & *molæ*, campanæ, quæ quodam interiori motu cerebrum turbant, & furore implent subitis & repetitis ictibus, & aliquando magnis seditionibus concitandis & populis armandis, occasionem dederunt, Norunt Germani & Galli quantum iacturæ passi sint ex concionibus seditionis, quot fuerint hinc clades & strages populi sequutæ, quot vrbes rebellant aut prodicionem inierunt, quot vastatæ, principes inuasi, rerum publicarum sacrosancti status violati, mutati, aboliti, fuerint. Tyræus Elegiacus, & Melicus, Sparthanos ad Martem aduersus Messenicis animantur<sup>a</sup> Demosthenes Athenienses aduersus Philippum regem & alios, qui non tam strenuus manu quam lingua atrox, ideo è bello Cheroneo quo Philippus Athenienses vicit, abiecto clypeo fugit vnde & dictus est *ἀσπίς*.

<sup>a</sup> Pausanias in Messenicis seu lib. 4.  
<sup>b</sup> Plutar. in vita Demost.

2. Remedium aduersus huiusmodi loquendi licentiam est, illis imponere silentium: aut si silere nollent, exilium, quemadmodum & non diu est, anno Domini 1547. In Aquitania, post vindicatam rebellium Marensium rebellionem ob falsi tributum, omnes locorum depositæ sunt nolæ & campanæ, quibus ad concitandas societates & ad seditionem vsi erant: Possunt & puniri huiusmodi zizaniarum seminatores aliquando exemplari pœna, vt eius meru alij linguam moderentur. Nihil vero vltra hac de re adiciam, cum iam dixerimus supra libro 13. caput. 3. numer. 10. de Philosophis turbantibus rempublicam: & de aliis, cap. 7. & 14. numero 14. & sequentibus, Admonebo tantum huiusmodi populi oratores vel turbatores, valde sibi periculosum munus aggredi, eo quod, qui operam vtuntur, si non potuerint ad tyrannidem peruenire: vel si se postea retraxerint, soleant ipsos interimere. Sicuti accidit quo tempore Sparthani Leutrica calamitate affecti fuerunt à Thebanis, in ciuitate Arginorum, in illa seditione populari quæ à genere & modo cædis dicta Seyralismus: in qua putans populus nobilitatem contra se coniurasse, iuuatus à fictis criminationibus oratorum interfecit ex nobilibus & potentioribus, & ditissimis duo millia ducentos & amplius. Et cum Oratores timentes ne sibi inopinatum aliquod malum accideret, accusandi studium deseruissent, à plebe existimante se derelinqui ab eis, capitis supplicio affecti sunt, & inde ad pristinam benevolentiam reuersi.

<sup>c</sup> Diodot. Siculus lib. 15.

*De remedijs quibusdam generalibus contra seditiones & perturbationes reipub.*

### CAPVT IX.

NON putavi vltra immorandum in causis quibusdam aliis recensendis seditionum, cum id nimium curiosum existimem, & ad predictas causas referri posse arbitrer. Verum tamen non omittendum censui admonere quadam quæ generaliter omnibus quibuscumque motibus

motibus & tumultibus mederi, & conseruare statum reipub. immotum possunt.

Tria porro remedia in vniuersum & in genere, seditionibus conuenire possunt. vnum & primum consistit, in præcautione & prouidentia ne accidant: secundum in emendatione oportuna priusquam motus incipientes vires acceperint, & peruenerint ad effectum perniciosioris perturbationis. Tertium in pœnis & supplicio exemplari seditionum quod alij deterreantur, à similibus.

2. In præcautione, virtus, sapientia moderatoris reipub. laudabilior est: quia in melius & vtilius est intacta iura seruare, quam post vulneratam causam, remedium querere<sup>a</sup>. Et melius est occurrere, quam post exitum vindicare<sup>b</sup>. Proinde sagacem, esse & in præcautionibus vigilantem principem, aut alterius generis reipub. moderatorem, siue is vnus, siue plures fuerint, expedit. Neque ita securi, & in vtramque vt dicitur aurem, dormire debent, vt arbitrentur inter pacatos valde etiam populos, tumultus & furias excitari non posse: exemplo optimorum nauarum, qui dum mare est pacatus, eò magis de futura eaque subita præcauenda, cogitant tempestate. Nam licet quidem inuenire regionem vbi venena non sunt, vt de Creta affirmant & aliis quibusdam.

<sup>a</sup> Iustitia, in l. fin. in quibus caus. in integ. restitutio non est necessaria. lib. 2. c. 11. 41.  
<sup>b</sup> Theodof. & Arehad. cc. in l. vni. quando liceat vnicuique sue in di. se vindica. lib. 3. c. 11. 27.

3. At non licet inuenire rempublicam, quæ non alat inuidiam, contentionemque: quanquam interdum illæ contentiones sint reipublicæ non semper noxiæ sed salubres, vt interdum exitiales. non secus quam in corporibus stupidis, aliquando febres vtilis sunt: quæ in aliis si continuæ sunt & si in phrenesim transeant, sunt exitiales.

Scorpius lætale venenum habet, aconitum lætalius: tamen hoc in potu datum aduersus scorpionum ictus, remediū habet. Ita dum venenum cum veneno colluctatur, seruat homo. Itidem duorum ciuium pestilentium discordia, nonnunquam reipublicæ saluti profuit. Sic cōseruata aliquandiu respublica Romana, dissidentibus Tribunis cum Patritijs: & Lacedæmoniorum, dissidentibus Ephoris cum regibus. Et in hoc casu forsitan verum esset, quod Aulici in ore habent ex Cornelio Tacito in vita Agricola: nihil principi aduersus subditos vtilius, quam si in commune non consulant: nempe si leuiter, citra arma tamen & coniurationes & odia cruenta, inter se finitima oppida aut prouinciæ dissideant, ne cōiunctæ cōiurare possint. Sicuti Cato contentiunculas aliquas, aut dissensum inter seruos callide seerebat, suspectam habens metuensque nimiam concordiam eorum<sup>c</sup>. In qua re vtitur pulchra similitudine Seneca<sup>d</sup>. Quod societas nostra lapidum fornicationi simillima sit, quæ casura, nisi inuicem obstarēt, hoc ipso continetur. At quando dissidium, in factiones transit, diuiso populo in partes, tūc discordia perniciosissima est, quæ vix recōciliari absque vtriusque partis pernicie potest: aut sine subuersione vel aliqua insigni mutatione reipublicæ vt accidit in Schismate summorum Pontificum & regnorum: & in factionibus Thebeorum Boetiorum, quarum altera Ismenia & Androclida libertatis studiosa: Altera Archia Philippi & Leontila, qui oligarchiæ studebant<sup>e</sup>. Sicut etiam paulo ante de aliis factionibus annotauimus.

<sup>c</sup> Plutar. in vita Caton.  
<sup>d</sup> Epistol. 97.

<sup>e</sup> De quibus Plutar. in Pelopida.

4 Remedium præcautionis esse potest. ut rectæ, & inuiolabiles sint leges quæ ad religionem pertinent, easque rectores obseruent, & diligenter à subditis obseruari procurent. Religio enim sincera, Deique cultus, primum debet esse principatum, rerumque publicarum omnium, & totius humanæ societatis fundamentum, super quo facile dehinc ædificari, & tutò potest. *Principium Sapiëntia timor Domini.* ibi hominum voluntates minus mali audent, detrahentibus cogitationibus pœnarum æternarum à maleficio: ut & spe remunerationis, fœlicitatis humanæ, abstinere à maleficiis inducuntur: ubi non est timor Domini, ibi nec timor mandatorum eius, multo minus mandatorum principum nempe legum humanarum: <sup>b</sup> ibi nõ est intelligens, aut requirens Deum: omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum. Sepulchrum patens, est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, venenum aspidum sub linguis eorum, quorum os maledictione, & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, contritio, & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt, & non est timor Dei ante oculos eorum. Scimus autem, quòd quæcunque lex loquitur, iis qui in lege sunt, loquitur: ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo. Malle ego inter feras versari, quàm inter homines, quibus timor Dei non inest. Nam feræ natura quadã sibi indita fugiunt, & metuunt quodammodo hominem: & cuiuscunque sint feritatis, tamen benefactores agnoscunt, nec eos facile lædunt. At inter homines in quibus nullus Dei timor est, non potest firma esse humana societas, cum nihil non audeant, cum Deum non reuerentur, qui est causa omnis principatus.

5 Secundo præcautionis loco erit, tollere omnes occasiones discordiarum, ipsasque rixas, discordias, otiositatem, contemptum, iniurias, calumnias, caritatem annonæ, vsuras, & similia de quibus antea separatim dixi.

6 Tertiò optimum erit arma priuatis adimere, quæ sunt instrumenta rebellionum, & addunt animos rebellibus, non minus quàm tyrannis, & non valde difficile est, si arma concedantur, armatos tempore pacis inermes opprimere: & non prospicientes, vel incautos inuadere. Suntque qui arma possident ad dissidia proniores, quibus etiam, si careant potest facilius imperari, oportebit ergo, edicto armorum delationem omnibus priuatis prohibere, ut fecerunt aliàs principes, <sup>c</sup> Corcyraeis, quoniam crebris seditionibus agitabantur, mos erat, gestare flagra ingentia, ansis eburneis exornata. <sup>d</sup>

Prohibuit & Pius 4. in constitutione sua ordine 65. in Bullario Cherubini, incipiente, *cum vices*, ferre, tenere, vendere, Archebutios, seu Bombardulas, breuiore mensura duorum palmorum, sub pœna criminis, & pœnæ læsæ maiestatis, & rebellionis incurrendæ ipso iure. quam constitutionem postea Pius 5. in constitutione sua 151. incipiente, *cum vices*, in eodem Bullario Cherubini, extendit ad deferentes cultellos, pugiones, & aliud genus armorum breuioris mensuræ trium palmorum: ad vitandas cædes, & rixas, quæ ex delatione horum, sequuntur. Tempore Saulis, non inueniebatur faber ferrarius

a *Proverbio. cap. 1. ver. 7. et cap. 9. ver. 10. Ecclesiastici. j. ver. 16.*  
b *ad Roma. 6. 3.*

c *in Capitulis Caroli magni libr. 3. cap. 4. & 5. & cap. 22. ut nullus ad malum vel placitum arma portet, l. vnicæ. ut vsus armis. in consil. principi. interdictus sit. Nouel. 85. de armis prohibuerunt reges Gallia. Carol. 8. anno 1487. artic. 2. Francisc. I. anno 1532.*  
d *Ut ait interpretes Aristophanis in alybis.*

ferrarius in terra Israel: cauerunt enim Philistini. ne fortè facerent Hebræi gladium, aut lanceam, cumque venisset dies prælij non est inuentus ensis, aut lancea in manu totius populi qui erat cum Saule, & Ionatha. <sup>a</sup> Inuenitur quoddam edictum Regis Gallia. anni 1288. quo vetatur, nequis Lutetia, seu Parisiis, cultrum gerat acutum, seu cum mucrone, scutum, seu clypeum, ense, aut arma, sub pœna carceris, neue quis, conuiuium noctu faceret nuptiarum, aut alterius rei causa, sine licentia, aut permissione regis, aut præfecti Parisiorum. Lege Macabæi regis Scotorum, qui armis corpus tegeter, præterquã si ad bellum proficisceretur, amissis illis armis, pro modo facultatù multabatur. <sup>b</sup> Fuit hæc lex sæpe repetita in Gallia, & interdictum sub grauissimis pœnis extra causam militia, armatos incedere.

Charondas Thuriõrum legislator ad vim, & cruorẽ vsque seditiosas conciones ciuũ, pacauit, lege cauẽdo, ut si quis eas cù ferro intrasset, continuo interficeretur, ut referunt Cicero 2. de legib. Diogen. Laert. in Pythagora. Aristot. 2. Politic. Extat & Friderici constitutio: de pace tenenda, & eius violatoribus. lib. 2. feudor. tit. 27. vbi in §. si quis rusticus, ver. ad palatium dictum, ad palatium comitis, i. iudicis nullus miles ferat arma, nisi rogatus à comite, idque ne dissidendi daretur occasio, violandæque pacis.

7 Quartò curabunt principes, & qui rempublicam administrat ut quos præstantiores, & præcipuos, atque proniores ad factiones, tumultus, & seditiones viderint excitandas, beneficis fauore, & largitione in suas partes adducere, subtilitèrque inquiri de causis ob quas possent seditiones mouere: num, quia pauperes, diuitias quærant: aut quia nobiles, ambitione moueantur: aut num odio in aliquos, & quam ob rem concitentur. Et pauperes quidem pecuniis venari oportet: ambitiosi dignitate, & fauore trahendi: odio irritati, satisfatione aliqua placãdi, antequã in factiones, & cõiurationes prorũpant: aut si eas iã parauerint, poterunt ex his ad dissolutionẽ earũ impelli. Etenim satius puto plerũque his remediis quàm vindicta vtẽdum, ne exasperati animi, in desperationem, & audaciam maiorem perueniant, canes latrantes, obiecto offe silent. Et Philipus rex Macedo cum audiret Pythiam bonum quendam pugnatorem à se alienatum, quòd tres filias habens vix eas aleret, nec à rege adiuuaretur, monentibus aliquibus, ut ab eo caueret, familiaritèr ad se aduocatũ Pythiam, cognitãque difficultate rerum domesticarum, pecunia instruxit, ac meliorem, fideliorẽque habuit, quàm haberet, antequã offenderet. <sup>c</sup>

Iulius Cæsar militum erga se amorem, & fidelitatem incomparabiliter comparauit, auxit, & retinuit: primum immensa largitione, & honoribus: ostendens non ad priuatum luxũ se opes parare, ex hostibus, sed communia virtutis præmia, apud se seruanda deponi: hætenus autem se ditescere, quatenus in bene meritos profunderet milites: deinde quod nullum non periculum vitro subiret, neque laboribus fatisceret in vllis.

Nolæ M. Marcellus Prætor, cum magis principum quàm plebis ope retinere, & ciuitatem pro magno habuit negotio, l. Bantium

a *1. Regum. 6. 13.*

b *Hector Boetius. lib. 12. histor.*

c *Frontin. lib. 4. c. 7.*

principem iuuentutis sibi conciliare, iam à Romanis abalienatum, quòd putaret sibi non fuisse gratiam habitam, quòd Cannensi strage ex caëlorum cumulis Romanum seminecem extractum diligenter curasset: cumque eum videret ad res novas spectantem, ad se vocatù benignè alloquutus, laudauit quod pro Romanis strenuè gessisset, e quo donauit insigni, & quingentis bigatis numis: in futurum maiora pollicitus, lictoribus imperans, vt quoties Bantius vellet, ad se darent aditum. Qua prætoris munificentia ferox iuuenis animus, adeo est mutatus, vt sociorum nemo fideliozem operam Romanis, eo, bello deinceps exhibuerit.<sup>a</sup>

<sup>a</sup> Frontinus lib. 3, c. 6.

8. Cùm etiã princeps Carthaginensiu Hãno, ob opes suas, quibus reipub. superabat vires, dominationem concupisset, & intendisset regnũ inuadere occiso Senatu: scelerique implendo solemnem nuptiarum filiæ suæ diem elegisset, vt religione votorum, nefanda cõmitteret, & infandã commenta facilius tegerentur, cumque parasset in publicis porticibus plebi epulas, & Senatui in domo sua, poculis veneno infectis, vt Senatum sine arbitris secreto interficeret, orbãque rempublicam facilius inuaderet.

Magistratus per ministros re prodita, arte potius scelus declinarunt, quàm vindicarunt, contenti cohibuisse edicto, & modum sumptibus nuptiarum statuisse, idque obseruari non ab vno, sed ab omnibus iusserunt. Quo consilio præuentus Hanno, coniurationẽ illam non potuit implere, vnde postea conuersus ad seruos concitãdos, & proditum se videns timens iudiciũ, cum viginti millibus armatis suorum castellum munitum occupauit: vbi captus, tandem virgis cæsus, effossis oculis, cruribus, manibusque fractis, in conspectu populi necatus est, & corpus eius verberibus lacerũ, crucifixũ est.

<sup>b</sup> Iustinus ex Trogo, libr. 21.

9. Quintò ad præcautionem pertinet, & est vtile principibus, ne pro quibuscunque exiguis, & parui momenti rebus, innouationes faciant: neque enim ordo, aut modus omnium rerum turbandus est, inquit Plutarchus, <sup>c</sup> sed aut pro necessariis, & quæ dilationem, siue perniciem pati non possunt: aut pro rebus illustrissimis. In his enim etiam aliter obseruatis mutationis reipublicæ causam ponit Herodianus.<sup>d</sup> Et dum ex mutatione principum, multos, variosque casus tulisse Romanos refert: quippe, inquit, ætate prouecti principes, vt pote rerum, negotiorũque periti, diligentius sese, suosque regebãt: contra adolescentes molliter, atque indulgenter habiti, noua per multa designabant: quo factum est, vt dispari ætate, & licentia, disparia quoque studia, & mores sequerentur. Natura inquieti, & ambitiosi animi, nouationibus: prætextu noui melioris studet: vt turbatis rebus præsentibus, prædã, & ambitioni suæ satisfaciãt. Quos vbi detexerit princeps, ab officio submotos, nulla data suspicionis significatione, in aliud officium aliũque locum vbi nocere nequeant, transferre debet: & in suspectos semper animum aduertere: quemadmodum Alexander Magnus Ptolomæi dexteritatem suspectam habens eum obseruabat, vt Arij turbulentiam, & Pythonis nouarum rerum studium timebat.<sup>e</sup> Melius tamen Domitia, illo noluit timore angi, sed Saluidienum Orphicium, Acilium Glabrimonem, exilio quasi

<sup>c</sup> Plutarchus in Politicis.

<sup>d</sup> lib. 1.

<sup>e</sup> Aelianus lib. 13, de var. hist.

quasi nouarum rerum molitores affecit.<sup>a</sup> Et Q. Seruilius Hala, Sp. Melium nouis rebus studentem, manu sua occidit:<sup>b</sup> cum enim tempore famis melius frumentum populo largiretur, Hala magister equitum atque Patres, rati sunt id ab eo fieri, vt ob pecuniam regimen sibi pararet.<sup>c</sup>

<sup>a</sup> Sueton. in Domitiano c. 10.  
<sup>b</sup> Cicer. 1. Ca. iulianaria.  
<sup>c</sup> Linius in 4.

10. Pro secundo remedio adhibendo seditionibus exortis, quædam dum incipiunt, quædam dum vires acceperunt, adhibenda erunt. Statim ergo vbi apparuerint & extulerint caput comprimenda si fieri possit, sunt initia. Nam sæpe modicis remedijs primi motus confedere<sup>d</sup> & omne malum nascens, facile opprimitur: inueteratum fit plerumque robustius<sup>e</sup> & mora damnosa est, vt ait Ouidius<sup>f</sup>

<sup>d</sup> Cornelius Tacitus 14. annal.  
<sup>e</sup> Cicero 5. Philipp.  
<sup>f</sup> Metamorph. lib. 21.  
<sup>g</sup> Ouid. 1. de remed. am.

-- nec res dubitare remittit

Dum superest aliquid cuncti obeamus ad arma: & iterum  
Quæ præbet latas arbor spatientibus umbras,  
Quo posita est primum tempore, virga fuit.  
Tunc poterat manibus summa tellure reuelli:  
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.

Dixerunt sacri interpretes, erroris Arrij sintillam, potuisse ab initio tolli, quæ dum postea paulatim inuasit orbem, sine remedio per secula quædam turbauit Ecclesiam Dei. Atque Pindarus ait<sup>h</sup>

<sup>h</sup> In pythijs. hymno. 5.

Ἡρόδωτος μὲν γὰρ πόλις αἰεὶ  
Σαί, καὶ φαιρόμενοι, ἀλλ' ἔτι γὰρ  
ραε ἀυθις ἐσται δ' ὑπὸ ἀλῆς. id est,  
Facile est enim urbem concutere  
Etiam imbecillioribus: sed in sedem suam  
Rursum collocare, difficile.

Siquidem paulatim ante robur perficitur seditio, cum illa nihil aliud sit iuxta Platonem<sup>i</sup>, quàm naturalis cognationis corruptela, ex discordia proueniens.

<sup>i</sup> Plato lib. 13. in sophista vel de ente.

Qui timent incendia, prouident, vt etiam minima ignis sintilla extinguantur: Qui formidant tempestatum procellas in mari aut terra, ad prima signa vel leuia vestigia, sibi & suis prospiciunt, & vt norunt cælo quanuis sereno, nubeculam quantumuis exiguam ventum procellosum prædicere, sibi cauent. Sic princeps & rerum publicarum rectores ex minimo diffidio, posse magnum in republica tumultum nisi caueatur, exitiosum oriri præuidentes, celeriter vt illud extinguatur, debent diligenter intendere.

Sicut ex festuca incensa, vel lucerna neglecta domi, nonnunquam conflagrat vrbs tota: & lignum ligno additum, fomentum igni tribuit, eumque ardentiorẽ reddit: sic ex domesticis odiis, & priuatis neglectis à magistratu, publica perniciës exoritur: & sociis factionũ alij socij accedentes, acerbiorẽ & implacabilem reddere possunt. Visibilia equidem & sensibilia sunt hæc exordia mala, quæ possunt à prudentibus & vigilantibus rectoribus facile iudicari, in morbos acerbos & perniciem publicam, si non curentur, respicere. Corpus enim reipublicæ exemplo corporis physici, non est in suis morbis siue symptomatibus, crisi bus & diebus, decretoriis, dum ad

ad interitum properat vel ad salutem, quæ possunt principi tanquam bono medico, cognita esse, ut illis succurrat in tempore. Sunt signa tempestatis futuræ de proximo, cum bruta solitum naturæ morem relinquunt, cum mergi fugunt maria aut stagna, cum absconduntur formicæ aut ova progerunt, Lumbrici ex terra diffugiunt: ita cum audent facinorosi, taent integri, sapit vulgus, desipiunt principes, sacerdotes pro terrenis digladiantur, perniciem humanæ vitæ præstant & significant.

11 Vbi sunt quidam principes pro hoc remedio, auxilio exploratorum seu delatorum, qui incogniti se cætibus hominum clam miserent, & collecta dicta, facta, aut intellecta, principibus dehinc referrebant, maxime quo tempore suspectos haberent subditos rebellionis fuit techna sapientissimi ducis Chusai amici Davidis, qui venit ad Absalonem rebellantem, tanquam futurus ex eius factione, & suo consilio dissoluit, consilium Achitophel, & dedit occasionem Davidi fugiendi & euitandi manus coniuratorum. Sed iuuabit, vnum ex coniuratis si fieri possitprehendere, & quæstionibus diligenter de sociis inquirere, & eum seuerè punire.

Sic enim alij sibi timentes statim quiescunt, & vires amittunt extimantes se iam detegendos, hoc tutius remedium. Nam vti delatoribus & exploraribus & illis qui officia dicuntur, periculosum est propter falsas relationes & calumnias, & quia plures existimant hoc pertinere ad principatum Tyranni. Et Cæsares etiam Valentinian. Gratianus & Theodosius recte statuerunt in publicis criminibus, non oportere iudicis emendicatis vti suffragiis, aut relationibus à publicis personis destinandis credere, sed rei veritatem inquirere.

12 Prodest etiã sedandis furētibus seditionibus, viri cuiusdã insignis & cōstantis autoritas & reuerentia. Sic M. Popilius cōsul Romanus, cum sacrificium publicum cum Læna faceret, erat enim flamen Carmentalis, plebis contra patre concitatione nunciata, ut erat læna amictus ita venit in concionem, seditionemque cum autoritate tum oratione sedauit paucis id ipsum explicat Virgilius versibus:

*Ac veluti magno in populo cum saepe coorta  
Seditio est, sequiturque animis ignobile vulgus,  
Iamque faces & saxa volant: furor arma ministrat:  
Tum pietate grauem ac meritis, si forte virum quem  
Conspexere, silent, arrectisque auribus adsunt:  
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.*

13 Ad hoc remedium pertinet prudentia regentis, cum moderata patientia. Sicut enim musicus chordas dissonantes non statim abiicit aut incidit, sed sensim intendens aut remittens, ad contentum adducit: ita princeps leniter demet emendare peccantes, non protinus tollere: quemadmodum Saul, dissimulauit se audire ad tempus verba eorum qui eum despiciebant.

14 Adhibenda & autoritas inflexibilis, quæ cum ratione constantè & intrepidè iubeat: exemplo Iulij Cæsaris, qui inter

a 2. Regum. c. 16. & 17.

b 1. ea quidē.

7. de accusati-

one. libro 9. C.

tit. 2. l. unica.

de primatis car-

cerib. in hiben.

lib. 9. C. titu. 5.

c l. singuli 14.

de accusa. C. di-

scimus de ma-

lis delatorum.

in syntagma.

iuris. lib. 32. ca.

4.

d Cicero in

Bruto.

e lib. 2. de

Ac-

neid.

f 1. Regum. c.

x. in fine.

milites seditiones ciuiles sic comprimebat, ut celeriter ad officium redirent: nec tam indulgentia ducis, quam auctoritate: non enim vnquam cessit tumultuantibus, atque etiam semper obuiam iit: & nouam quidem legionem apud Placentiam, quamuis Pompeius adhuc in armis esset, totam cum ignominia missam fecit: egræque post multas, & supplices preces, nec nisi exacta de fontibus pœna, restituit. Sicque scribit de Iulio Cæsare Lucanus.

-- Stetit aggere fulti.

*Cessitis, intrepidus vultu, meruitque timeri,  
Nil metuens.*

Vt etiam Augustus, vultu, & aspectu Actiacas legiones exterruit. ferocior plebs ad rebellandum, quam ad bellandum: eique insitum potius tentare, quam tueri libertatem: & facile modica auctoritate, cedit: maximæque incipiens, & nondum adulta seditio, melioribus consiliis flectitur monitoribusque facundis, & concitatur, & pacatur ab his qui norunt artem mulcendi vulgus cum auctoritate, quæ certè aliquid diuini numinis secum adfert, quo exterrerentur inuisibili potestate, & metu seditionis: non enim est potestas nisi à Deo.

15 Tertium diximus remedium seditionum: dum illæ iam conspicuæ sunt, in pœna consistere: quæ & exacerbanda, & temperanda est secundum qualitatem, & speciem seditionis: aliquando in multos aliquando in paucos animaduersione vtendum est, vbi periculum magnum imminet. præcipuè autem puniendi authores factionum, & seditionum. seueritas exercenda est in peccata paucorum: vbi autem imminet populorum strages, detrahendum est aliquid seueritatis: vt maioribus malis sanandis, charitas sincera subueniat. Ita cum Lacedæmonij ciuile bellum cepserent, Philopenen Megapolitanus Achæorum dux, trecentos seditionis authores Peloponneso eiecit: publicorum seruorum tria millia vendidit, vrbis muros demolitus est: puberibus omnes ea exercitatione in quibus ex Lycurgi lege versabantur, interdixit. Cæde in theatro admissa per discordiam, & seditionem, Tiberius relegauit capita factionum, & histriones propter quos dissidebatur, nec vllis precibus ab eo euinci potuit, ut vnquam reuocaret. Tiberius etiam Gracchus, cum turbulentissimam legem Agrariam contra decretum Senatus tulisset, ut nulli plus quam quinquaginta iugera possidere liceret, nouasque alias non minus perniciosas ferre contenderet: duce Scipione Nasica, concursu populi facta, interfectus est: vt & alius C. Gracchus Tribunus plebis rempublicam seditione vexans, duce Opimio consule, serui manu cæsus, occubuit.

Sic in seditione Hierosolymis, orta ob detractam templo aquilam auream, quam in honorem Romanorum Herodes posuerat, rex alios comprehensos, carnificibus laniandos concessit: & duos sophistas, Iudam filium Sephoræ, & Matthiam filium Margali, qui illud persuaserant occasione legis patriæ, cum quibusdam aliis, viuos incendi iussit: iustissimū enim est, ut nefariæ seditionis authores sanguine pœnam luant, & vnde orta culpa est, ibi pœna confi-

a Suet. in vi. Iulij Cæs. ca. 69.

b Luca, lib. 5.

c Cornel. Tacit. lib. 1. annal. d eod. Tacit.

e ca. comess. tionis. 44. distinct.

f cap. 25. vt consistueretur. 50. dist. cap. 5. ordinationis § q. 1.

g Pausanias n Arcadici.

h Sueton. in Tiberio. ca. 37.

i Plutarch. in Gracchis. Livius Florus. et alij.

k Iosephus li. 1. de bello Iudaico.

l Linius lib. 28.

a Idem Livi.  
lib. 38.

stat. a & si imperium detrectetur, bello certandum erit.

b Iustinus in  
5. Plutarch. in  
Politico.

c Plutare in  
Politico.

d Cicero I. o-  
ratione in An-  
tonium.

e Habetur in  
titulo de pace  
Constantie in  
extravaganti-  
bus post Fendo-  
rum libros.

f Appianus  
lib. 2. bellorum  
civil. Velleius  
Paterculus. li.  
2. histor. Rom.  
g Flavius Vo-  
piscus in A-  
dria.

h Alexand.  
ab Alexand.  
duo lib. 2. c. 13.

i Quint. Curt.  
lib. 9.

k Paul. Iovius  
lib. 34.

l Aelian. li.  
14.

16 Verum si iam rebelliones diu, multumque grassatae sint, & ad maiorem interitum spectare adhuc videbuntur, ad lenitatem profummo remedio declinandum erit principi, quibusdam insignioribus tantum punitis: & reuocandus erit mos, quo electis tyrannis Athenienses facilius conuenerunt, lata lege<sup>b</sup>, *μη μνηστανειν*, quam Plutarchus<sup>c</sup>, vocat, *το τινος αμνησιας* *λησισμα*. obliuionis plebiscitum. nempe quo Athenienses vsi erant, & omnem memoriam discordiarum sempiterna obliuione abolendam censuerunt. <sup>d</sup> Hoc etiam remedio vsi Fridericus, & Henricus 6. Imperatores, in reconsiliandis Langobardorum, seu Insubru ciuitatibus: vt liquet ex eorum constitutione, in qua Fridericus, nos, inquit, *solita benignitatis nostrae gratia, ac fidem & deuotionem Lombardorum, qui aliquando nos, & imperium nostrum offenderunt, viscera nobis unatae pietatis aperientes eos, & societatem, ac fautores eorum in plenitudinem nostrae gratiae recipimus: offensas omnes, & culpas quibus nos ad indignationem prouocauerant, clementer eis remittentes: eosque propter fideliam deuotae sinceritatis seruitia: quae nos ab eis credimus certissime recepturos, in numero nostrorum dilectorum fidelium computandos, censemus. Pacem itaque nostram, quam eis clementer indultam concessimus, presenti pagina iussimus subscribi. &c.* Eodem remedio obliuionis, vsi Romani post mortem Iulij Caesaris, pro sectatoribus Bruti, & Cassii reconsiliandis. <sup>f</sup> item sub Aureliano Caesare & Gallia reges, in edictis, de pacificatione controuersiarum ortarum ratione religionis.

17 Seditionibus tamen grauior imposita poena militaribus, quod magis armorum licentia in seditione erat metuenda, ne ad ducis, & reipublice calamitatem, vel ad defectionem progredieretur. Atque ideo Romani, ubi multitudo militum obnoxia esset, auctores turbarum ad palum deligabant, & securi percutiebant: reliquaque multitudinis, decimum quemque sorte ductum, ad supplicium ducebant. <sup>h</sup> Possunt tamen leniter sedari tumultus militares, qui leuiter concitari solent. omnis namque multitudo mobili impetu fertur: ita seditionis non remedia, quam principia leuiora sunt, inquit Q. Curtius, <sup>i</sup> meminit Paulus Iovius, Alphonsum Vastium ad Timetam expeditionem profecturum, quosdam, qui pertasi nauis maris, & longinquae nauigationis incommoda reformidantes, concepta de victoria spes maligne extenuare, stipendij tenuitatem detestari, consternaque multitudinem, vt signa desererent seditionis sermonibus ceperant, inuolutos saccis, profundo mari, inspectante classe mississe. <sup>k</sup> Laude etiam dignos iudicat Aelianus, qui nascentibus malis semper occurrunt, & ea priusquam aliqua virium sit accessio facta, delent, & extinguunt: vt recte consuluit Agesilaus, cum etiam indicta causa, ad mortis supplicium rapi iussit, qui noctu sub impressionem Thebanorum coitionem fecissent. <sup>l</sup>

# DE REPUBLICA

sive,

DE CONSILIO.

LIBER XXIII.

De consilij necessitate.

CAP. I.

**M**odus generalis & communis omnibus rebus publicis conseruandi statum illarum, est vti consilio. Postquam inquit Sa-  
lustius<sup>a</sup>, *mibi et as ingeniumque adoleuit: haud ferme armis atque equis corpus exercui, sed animum in literis: quod natura firmitus erat, in laboribus habui: atque ego in ea vita, multa audiundo & legundo ita coepi: omnia regna, ciuitates, vsque eo prosperum imperium habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt: vbicumque gratia, timor, voluptas: ea corrumpere; post paulo imminuta opes, deinde ademptum imperium, postremo seruitus imposita est. Nulla republica ab initio fere si bona fuerit, instituta est, cui non fuerit datum consilium alicuius formae veluti pro animae regula.*

Prudens consilium quaerit: dum ille magis studiosus cognoscitur, qui cautior frequenti interrogatione monstratur, vt habetur in formula archiratorum apud Cassiodorum<sup>b</sup>. Illud inquit Quintilianus<sup>c</sup>, satis habeo dicere, nihil esse non modo in orando, sed in omni vita, prius consilio. Vulgoque dicitur vt refert Plato<sup>d</sup>, dixisse Socratem, consilium rem esse sacram neque diuinius aliquid esse, quo de quis consulere queat, quam de institutione sui atque suorum in arte gubernatoria. Et rursus, <sup>e</sup> hominis ars & scientia gubernandi respicitur, multa alia dicitur; quam bonum consilium: bonum autem consilium hoc vocatur, quod ad meliorem ciuitatis institutionem salutemque, ad consensionem populi & tranquillitatem, pertinet. Atque Laeprius in Alexandro Seuero, dicebat, tutiorem esse statum publicum sub malo principe, cui boni consiliarij assident: quam sub bono principe, cui adsunt mali consiliarij. Quia vnus malus potest per plures bonos emendari: at plures mali, ab vno bono superari nequeunt.

Inter imperatoris virtutes, enumerat Cicero<sup>f</sup>, consilium aiens tales esse, laborem in negotiis, fortitudinem in periculis, industriam in agendo, celeritatem in conficiendo, consilium in prouidendo. Melius quippe curantur quae consilio geruntur, quam quae sine consilio administrantur: & parum est <sup>h</sup> arma esse foris, nisi sit consilium domi.

2 In omnibus negotiis priusquam aggrediare, adhibenda est praeparatio diligens: & maxime in rebus magnis memoriaeque dignis consilia.

a In fragmentis  
vix que ei tribuuntur.

b Cassiod. lib.  
6. cap. 19.

c Quintil. lib.  
6. institutio. c.  
fin.

d Plato lib. 3.  
seu in Theaet.  
vel de sapientia.

e Plato lib. 5.  
seu in Alcibiade. ca. 1. vel  
de natura homini.

f pro lege Manilia.

g Cicero I. de  
inuentio.

h Cicero I. of-  
ficio.

primum, deinde acta, postea euentus spectantur. Consilium vnum solum non admittit, sed in vnam sententiam plurium collationem: vnde & nomen compositum videtur. Plura autem conferri possunt, vel ab vno solo expertissimo, vel alio quocunque, vel à pluribus, vnde quidam sibi consulere, & suam causam expendere dici possunt, & deliberare quæ facturi, dicturiue sunt. Existimatur etiam & ducis, & imperatoris boni, pars prior consultò agere. Præclarum inde elogium Mithridatis apud Velleium Paterculum, quod consiliis dux, miles armis esset. Dictys Cretenensis in laudem Hectoris dixit, nunquam ei vires consilio potiores fuisse. vt Pacatus Drepanus Theodosio tribuit, quod dux fuerit consilio, miles exemplo. Dicebat & Terentius, *Omnia prius experiri consilio, quam armis sapientem decet. Quia secundum Floratium, vis consilij expers mole ruit sua.*

3 Docuit Seuerus factò ipso, non ad vires corporis, sed ad mentis vim pertinere consilium. Cum enim esset cum Bassiano filio in exercitu, & podagra laboraret, & iussisset sibi adferri lecticam: cumq; intellexisset conquerentes milites, quod haberent ducem podagra laborantem, & vellent sibi in Imperatorem eligere Bassianum, mandauit cogi in vnum omnem exercitum, & presentibus omnibus sermone habito, iussit occidi huiusmodi conquerentes, & addidit, vt animaduernerent, non pedes, sed capitis mentem imperare, & bonum consilium.<sup>a</sup>

<sup>a</sup> Spartianus in Seuero.

Caro in libris de re rustica, abiisse in prouerbum ait, Romanus sedendo vincit. magis enim Romana respublica iuuata est, aucta & conseruata consiliis Senatus, & magistratuum prudentia, quam armis.

<sup>b</sup> Prouer. ca. 20. ver. 18. <sup>c</sup> in Antiope.

*Cogitationes inquit Salomon, consiliis roborantur, & gubernaculis tractanda sunt bella. Et Euripides,*

Γνώμη γὰρ ἀνδρῶν ἐν μὲν οἰκῶνται πόλεις,  
 Ἐν δὲ οἴκοις εἶ, τ' ἀν πόλεμον ἰχθυεῖ μέγα.  
 Σοφὸν γὰρ ἐν βέλεια τὰς πολλὰς χεῖρας.  
 Νικᾷ, σὺν ἄλλῳ δ' ἀμαθία, πλεόν κλον.  
*Viri prudentia facit, vt bene habitentur ciuitates,  
 Itēque familia: & ad bella magnum eius momentum est.  
 Consilium enim sapienter initum, multas manus  
 Vincit: imperitia vero cum multitudine deterius malum est.*

*De diuisione, aut distinctione consilij.*

C A P. II.

Consultationes: consilia, & consiliarij, & ad causam boni & mali reduci possunt, inde bona, & mala consilia: boni, & mali consiliarij, qui bona, aut mala suggerunt, & persuadent consilia. Mala interdum ob ignorantiam boni, interdum dolo, & malitia. Sic Græci à consilio distinguunt *ὑβουλῶν* id est bonam consultationem, quæ est prudentia in consiliis.<sup>c</sup> Boni consiliarij rempublicam conseruant mali lædunt, & diruunt.

<sup>d</sup> Clemens Alexandrinus li. 2. Strom.

2 Consilium bonum & salubre est, quod ad finem utilitatis publicæ dirigitur. Et quod Græcis *συμβουλία* seu consiliotū dicitur contributio, sumitur vel à præterito, vel à præsentī, vel à futuro. Sicque tripartitum esse consilium Plato dicebat<sup>a</sup>. Præteritū tempus exemplum suppeditat, dum attenditur, quid, cur, quæque gens passa sit, vt caueamus: aut quid prudenter egerit, vt imitemur. Præsens autē, rem ipsam quæ est in manibus considerare monet, puta imbecilles muros, homines timidos, annonæ charitatē & cetera huiusmodi. Futurum prospicere suadet, vt neque fiat temere, habeatur bonæ opinionis ratio: vt non esse violandas suspicione legationes, ne Græcia gloriam honestatis amittat. Consentit Clemens Alexandrinus<sup>b</sup>. Consilia dandi, inquit, tres sunt partes, vna quæ sumit exemplum de præteritis, vt quid Hebræis aduenerit quia fornicati sunt<sup>c</sup>, quia vitulum adorauerunt, altera, quæ ex præsentī intelligitur, vt quæ sensu comprehenduntur, vt Deus responsum dedit interrogantibus an ipse esset Christus<sup>d</sup>, abite dicite Iohanni, cæci vident, surdi audiunt, leprosi mundantur, &c. Ita David<sup>e</sup>, sicut audiuius sic vidimus, &c. Tertiam ex futuris, quæque ventura sunt iubet cauere: vt, qui peccauerit, eiiciatur in tenebras exteriores<sup>f</sup>. Atque Polybius<sup>g</sup>, non præsentia tantum, sed futura etiam prospicere debere, rectè consulentem, tradit. Quædam enim facillè aggredi possumus, quæ habent difficilem exitum: vt facilis est consultatio & expeditio de aggrediendis vicinis nihil de bello cogitantibus, sed consultatione maiori eget, de liberare, num postquam ex improviso quis vicinorum agros inuaserit, sine periculo ibi consistere aut regredi possit. Facilis descensus auerni, sed reuocare gradum, hoc opus hic labor est.

<sup>a</sup> Dioge. Laertius. lib. 3. in vita Platon.

<sup>b</sup> Clemens Alexand. lib. 3. in pedagogia ca. 10.

<sup>c</sup> Exod. c. 32.

<sup>d</sup> Matth. c. 11.

<sup>e</sup> Psal. 47.

<sup>f</sup> Matth. cap. 8. & 22.

<sup>g</sup> in 1.

3 Boni consilij circumstantia adiicitur, vt non sit præcipitatum, sed deliberatum, & maturè expensum & agitarum, maximè dum agitur de instituenda, conseruanda, & defendenda republica, negotiisque eius grauioribus belli aut pacis. Canis, quia celerius parit, cæcos veluti adhuc non maturos adit catulos. Octavius Cæsar, nihil minus in perfecto duce, quam festinationem temeritatēque conuenire arbitratur. Crebroque ideo iactabat illa, *πεῦδ' εὐερεδ' εὐως, ἀσφαλὴς γὰρ ἔστι ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης*, id est, *festina aut matura lente: cautus enim melior est quam temerarius dux, & sat celeriter fieri quicquid fiat satis bene<sup>h</sup>, per quod mouebat, vt industria celeritas, & diligentia tarditas, ad rem simul adhiberentur: id enim est, festinare lentè, quod non præcipitare, sed paulatim & suis conuenientibus gradibus & temporibus perficere, quod vnico nomine Latini dicunt, maturare: quæ enim matura sunt, nec excedunt nec deficiunt neque præcocia, neque decreta sunt<sup>i</sup>. Prouerbum hoc certè vere regium. Et quamuis quoque ad alios priuatos commodè deferri possit, tamen magis gerentibus rempublicam, conuenit: quia grauius in his quæ plures quam quæ paucos lædunt, peccatur. Peccant autem facile nimia celeritate præpositi, quod naturali quodam vitio, potestatem sequatur superbia, quæ affectibus & motibus repentinis rapit transuersos principes, vt sapius agant ex impetu immeditate & præcociter, vnde se ipsos, priuatos, & imperij molem in in-*

<sup>h</sup> Sueton. in Octauio. c. 25.

<sup>i</sup> Sic explicat Gellius libr. 10. cap. 11. & Macrobius lib. 6 Saturna. ca. 8.



finita poenitenda mala praecipitant: M. Fabij cunctatio, plus vicit Annibalem, & rempublicam mutantem Romanam conseruauit, quam Q. Minutij pugnandi feruor & nimia celeritas<sup>a</sup>. Noceret tamen cunctatio nimia, si ea non temperaretur consilio, & si esset necessitas accelerandi. In consultatione tamen tutior cunctatio, celeritate, quia facta pro infectis haberi nequeunt accedit Lucianus<sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Plutarchus in vita Fab. Max.

<sup>b</sup> in Andalogia.

Ἡ βραδύτης ἐστὶ μετ' ἀμείνων, ἢ δὲ ταχέια,

ἀλλ' ἐφελομένη τὴν μετάνοιαν ἔχει.

Id est,

Tardum consilium longe praestantius est, praecipit autem

semper habet comitem poenitentiam.

Est & Biancis sententia, μίσει τὸ ἄχρηστον μὴ ἀμαρτίας: μετάνοια γὰρ ἀπολύθει, id est, Celeritatem in loquendo oderis ne aberres: sequitur enim poenitentia.

De utilitate boni consilij.

### C A P. I I I.

QVemadmodum ex malo consilio, damnum, sic ex bono, magna utilitas, atque vtriusque rationes persequitur Pythagoras

<sup>c</sup> in suis carminibus aureis.

Βαλένε δ' ἐπὶ τῶν ἔργων, ὅπως μὴ μωρὰ πέλῃ.

Δεῖ δ' ἐπὶ τῶν λόγων, λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς ἀνδράς.

Ἀλλὰ τὸ εἰς ἐπιτέλειαν, ἄσπε μὴ μετέπειτ' ἀνίστα.

Πρῶτον δὲ μὴ δὲν τῶν μὴ πρὸς ἀσπεί: ἀλλὰ διδάσκου.

Ὅσα χρεῶν, καὶ τερπνότατον βίον ὁ δὲ διαξείς.

Id est,

Consilium praecedat opus, ne absurda sequantur,

Est miser, quod quis stulte loquitur que facit que.

Effice quin potius nequeant quae facta dolere.

Nec tu quod nescis geris: sed discere cura.

Quae fas, periucunda sic tibi vita futura.

Non enim inquit Herocles ad ea carmina, molestus ille obnoxius est eorum quae temere accidunt, qui recte consilium inuit priusquam res geratur, nec se rerum principia occasionesque dare ignorat, quarum finem atque exitum reformidat, sed semper ei adstipulatur quod adest rationibus expendens eorum casus & euentus fortuitos, quae solent aliter contingere. Potest ita prospicere quae dicere & facere conueniat: si quid autem Dei voluntate vel alio modo contigerit, rationi & Deo parere deliberat. Sicque vtens hominis mente, & quae diuina lex statuit, non in incertis vagatur: amputatis incertarum opinionum causis, ad scientiae notitiam actiones suas reuocat, vnde incundissima & optima viuendi ratio sequitur cautio nihil aggrediendi quae non sciamus, efficit, ne peccemus, & inculpabiles reddit. Sic consultatio, reddit idoneos ad discrimen rerum occurrentium faciendum, & persuadet ad medendum vel ad moderatè ferendum diuinitus missas calamitates. Sine peccato vita,

atque

atque foelix, quae se opinione purgauerit. Inducit in errorem inscitia, Peritia, in consultatione tempus quaerit opportunum.

Consultatio secundum veram naturam humanam, habet boni electionem: secundum degenerem vero naturam, habet prauam causam. Etenim natura nostra rationis est particeps, atque ideo deliberationis capax, & cum propria voluntate ad bonum recipiendum ducitur, tunc naturam suam conseruat & sequitur: Quando vero eligit quae non decet, corrumpit eandem.

Et ita aeternae naturae vel immortalis animae corruptio est malitia, mater autem eius, consilij prauitas seu mala consultatio. Prouidentia maximum mortalibus lucrum, quae sequitur ex bona consultatione: Affectio mentis quae contemplationem perficit, sapientia est: quae rationis indaginem, scientia & prudentia. Scientia quidem eorum quae natura facit, prudentia consultationem in his quae nos agimus. Inter prudentes & priuatos quoque viros, vox illa, non putabam, valde reprehensibilis: multo magis in moderatoribus rerum publicarum. Sicque Iphicrates.

χειρὶ φωνὴ στρατήγῳ, ἐκ τῶν προσηδόντων. *Pessima est vox imperatoris non putabam.*

2 Prodest perre multis rationibus bonum consilium, non modo regno aut reipublicae, sed etiam principibus ipsis & moderatoribus rerum publicarum: quae enumerare, nec datur otium, nec expedit, cum in promptu res sit, & apertam habeat considerationem.

Primum enim quantum distat homo pictus & brutum, ab homine viuo & sapiente vtente ratione, tantum princeps bene consultus ab imperito.

Quantum damni, imperitus artis tractandi equos, potest ab indomito & ferocissimo equo pati si ei insideat tantum potest pernicietiae & subuersionis consequi populo, princeps non consultus, quique bestiam multorum capitum, sine arte & consilio velit regere.

3 Dehinc ex principis bene consulti iussis, & consiliariis probis, hoc commodum respublica cum principe capit, vt si quae etiam dura imperentur, non nisi recte mandata & iusta videantur. nec alia ratione, quam quod ea à principe bene consulto processerint, neque æquum sit causas populo recensere, cur ita statutum fuerit, sed sufficiat hoc adiecisse, ob iam conceptam bonam opinionem quod nihil temere aut sine consilio facere non consueuerit, ipse dixit.

Quin & si quaedam mandata subditis & populo videantur acerba & insolita. Si ex consilio fiant, non adscribitur principi, sed suo consilio culpa, ita sepius auditur vox conquerentis plebis, bonum se habere principem, sed male consultum esse, malunt enim tribuere consilio quam principi causam, quanuis interdum absoluta potestate praeter aut contra consilium quippiam statuerit quod displiceat, vt contra, mos est populi, ob quandam in suum legitimum principem naturalem dilectionem, si quid probe factum fuerit in consilio principis, iam

dem soli deferre principi sicuti Iustiniano, qui secundum communio-  
rem sententiam etiam erat analphabeticus, tribuuntur sanctissimæ le-  
ges, & iuris Romani restitutio & ordinatio: quam tamen, non ipse  
perse, sed per alios viros prudentes, ad id opus ex consilio adhibitos  
curavit componi & consarcinari, quemadmodum utrumque is fate-  
tur ingenuè, in epistolis ad Senatum missis, titulis de nouo Codice  
faciendo, de emendatione Codicis Iustiniani, de veteri iure enuclean-  
do, & alibi.

4 Possimus tertio addere, ex consilio recto & consueto princi-  
pis, maiorem illi accedere maiestatem, & populi reverentiam au-  
geri simul & timorem delinquendi in eum cum maiori etiam dile-  
ctione. Quo magis enim princeps consilio utens, discedit ab arbi-  
trio feroci & solitario tyranni, cuius est, sic volo, sic iubeo, sic pro-  
ratione voluntas: eo magis consiliat sibi populi fauorem & metum.  
Metuunt enim offendere, quem sciant cum consilio scelera vindica-  
turum. Diligunt verò dum sciunt iustè unicuique quod suum est cum  
consilio tribuere, nullius cuiusquam acceptione præter ius facta per-  
sonarum.

5 Postremum & maximum commodum accedit ex consilio  
principi: cui interessè debet, quòd per consilia fiat prudentior & sa-  
pientior, quamuis antea fuisset stupidus aut rudis in tractandis admi-  
nistracionibus. Siquidem ex assiduitate consiliorum, & consuetudi-  
ne agitationis rationis in dirimendis controversiis, & negotiis de-  
cernendis, tanquam in schola peritorum breui efficitur peritus &  
cautior, detegitque insuper multorum animos. Dehinc cum ipse  
consiliis suorum assessorum sapius interfuerit, minus improbi &  
corrupti consiliarij si qui adsint, in eius præsentia audebunt, melius  
consulent, factiones quæ solent ibi fieri cessabunt. Et boni consilia-  
rij & docti, eo præsentate conabuntur fidelius & diligentius negotia dis-  
cutere, ut maximè in arduis, suæ integritatis ei certius exhibeant spe-  
cimen.

6 Quemadmodum autem consilia recta firmant rem publicam,  
sic mala contrarios operantur effectus, & ut dicitur, *consilium malum,*

*a Sophocles in  
Electra.*

*consultori pessimum.*  
*βουλὴς γὰρ ἐστὶν ἐξ ἧς ἐπιβόλον κινῆται.* <sup>a</sup> res nulla malo concilio nocen-  
tior eoque adhuc nocentius, quòd ea prodicionis videantur, quæ  
specie boni aut consilij ingeruntur. Et signum reipublicæ mutan-  
dæ vel tollendæ, videre aut intelligere principem abhorre-  
re & vi-  
tare consilium sapientum & peritorum: & novos homines, stultos  
imperitos, adulatores, violentos, presumptuos: dmittere ad con-  
silia, dignitatibus & honoribus familiaritatèque sua dignos habe-  
re. Quis enim nisi omnino stollidus diceret, nauem in medio ma-  
ris tempestatibus undecumque impulsam, cum nanta imperito &  
nihil de regimine à clauo curante, liberari à subuersione imminen-  
te posse? Atque ideo inter signa desolationis regni Israel, illa data  
sunt <sup>b</sup> à Deo. *Transibunt autem multi dies in Israel absque Deo vero,*  
*& absque sacerdote, & absque doctore, & absque lege, quæ omnia*  
accedunt

*b 2. Paralip.  
cap. 15. vers. 3.*

accedunt cum princeps respuit consilia prudentium, & promouet  
sciens prudensque indignos.

Refert Cromerus<sup>a</sup>, Micistao seniore principe Polonorum defun-  
cto, cum Poloni Lesco Albo nepoti ex Casimiro fratre, regnum ea  
conditione offerrent, si Gouoritium Rautum Palatinum Sendomi-  
riensem relegaret: Lescum potius regnum repudiare, quàm Gouo-  
ritium fidissimum consiliarium deserere maluisse. Sunt enim con-  
sultores fidi, veluti canes qui præsidio sunt aduersus lupos ouibus,  
quibus submotis vagantur in incerto principes & multorum falla-  
ciis & deceptionibus exponuntur.

*a lib. 7. histo-  
rie Polonorum.*

*De principibus & rebus publicis quibusdam, quæ con-  
silio præsentantur.*

### C A P. IIII.

Cum utilitas & salus reipublicæ pendeat ex optimis statutis legi-  
bus & consiliis, vix vnquam reperire lucuit rempub. aut princi-  
patum florentem sine consilio. Et proinde ut gubernatores discant,  
si qui sint qui in posterum legant nostrum hoc opus, non aspernari  
virorum expertium & prudentum consilium recensebo pauca de  
his qui per consilia reipublicam instituerunt, conseruaruntque  
incolumen. Romulus cum leges dare vellet populo, & formam ad-  
dere reipublicæ, in consilium conuocauit omnem multitudinem,  
deinceps ex illa centum patres delegit pro consilio <sup>b</sup>.

*b Linius in 1.  
Dionys. Ha-  
licarnas. in 2.  
Pomponius in  
risconsultus in  
l. 1. §. postea  
aucta de ori-  
gine iur. lib. 1.  
p. vii. 2.*

Sed & diuiso populo in triginta partes quas curias appellauit, per  
sententias earum partium, tunc reipublicæ curam expediebat: Con-  
cessitque populo ius, magistratus creandi, belli inferendi, sancienda  
legis, consilium dandi & dicendi. Eiectis regibus vrbe fuerunt adhuc  
in Democratia, Tribuni, alique magistratus qui suis consiliis &  
auxilio iuuarent rempublic. ut & populus iubere, Senatus censere, di-  
ceretur.

2 Traiani Adriani que imperatorum temporibus antiquis, mos fuit  
ut cum Romani principes causas cognoscerent, senatores equites-  
que Romanos in consilium adhiberent & sententias ex omnium o-  
pinione ferrent <sup>c</sup>. Alexandro ita Cæsari erat numerosissimum con-  
siliium in quo iurisconsulti non pauciores erant viginti, inter quos  
Fabius Sabinus Cato, dictus sui temporis, Domitius Ulpianus, Iu-  
lius Paulus, qui vertices legum dicti, Pomponius legum peritissi-  
mus Alphenus Florentinus, Africanus, Martianus, alique permul-  
ti iuris professores, discipuli Papiniani qui iuris Asylum dictus est,  
sine quibus nec legem vllam sancit, nec de vlla re grauiore statuit:  
sed ita ut iretur per sententias singulorum, ac scriberetur quid quis-  
que dixisset, dato spatio ad inquirendum & cogitandum priusquam  
dicerent, ne immeditatè de rebus grauioribus dicere cogerentur,  
eoque consentium numero qui senatusconsultum conficere posset <sup>d</sup>.

*c Spartian. in  
Adrian.*

*d Lamprydian  
in Alexand.*

Theodosius & Valentinianus Cæsares ad senatum scribentes, humanum inquit<sup>a</sup>; probamus, si quid de cætero, in publica priuatâque causa emerferit necessarium, quod formam generalem & antiquis legibus non insertam exposcat: id ab omnibus antea tam proceribus nostri palatii, quam gloriosissimo cætu vestro, Patres conscripti, tractari: & si vniuersus tam iudicibus quam vobis placuerit, tum legem dictari: Et sic ea denuo collectis omnibus, recenseri: & cum omnes consenserint: tunc demum in sacro nostri numinis consistorio, recitari: vt vniuersorum consensus, nostræ serenitatis autoritate firmetur.

Scitote igitur, Patres conscripti, non aliter in posterum legem à nostra clementia promulgandam, nisi supradicta forma fuerit obseruata. Bene enim cognoscimus quod cum vestro consilio fuerit ordinatum id ad beatitudinem nostri imperij, & ad nostram gloriam redundare.

3 Ante illos Octavius quoque Cæsar, negotia omnia reipublicæ cum senatu communicabat atque ita monarchiam cum reipublica communicando, sibi peperit imperium perpetuum: postulabat vltra, sibi singulis annis à senatu dari viginti electos senatores, qui sibi à consiliis etiam in aliis essent: vt ait Dio Cassius. Id ipsum etiam obseruasse Tiberium, narrat Xiphilinus in eius vita, quanquam hic vitiis potius quam virtutibus abundaret. Sic, quibus proba reipublicæ administratio cum gloria successit, fecisse id ipsum constat, & senatus & consultorum iudicio. vsos cuiusmodi fuerunt Vespasianus, Titus Troianus, Antonini, & alij, vt contra qui senatus consilia, personæque bene consulentium despectui habuerunt & odio vt tyrannicè & cum vitiis liberius viuerent, dum putarent eam libertatem impiam male agendi iucundiozem, reiectis frænis rationis & consiliorum, se & rempublicam in perniciem immedicabilem coniecerunt, vt Heliogabalus, Bassianus, Nero, Calligula, & id genus alia monstra potius quam Cæsares. Marcus Antonius Philosophus Imperator, semper adhibuit consiliis Scæuolam, Metianum Volusianum, & alios peritissimos iurisperitos: Et si quando solus in sententia aduersus eos esset, dicebat, expedire potius illum facere iuxta illorum sententiam, nempe plurium amicorum, quam vt tot sapientes sequerentur eius solius sententiam<sup>b</sup>.

Consalutatus imperator Alexander Manæ filius, habuit in consilio delectos sedecim ordinis senatorij viros, ætatis grauitate, vitæque sanctimonia præcellentes, atque res cunctas, & administrationes, ciuiles quidem & forenses, insignibus doctrina viris, legumque peritissimis: militares autem, claris bellica virtute hominibus expediebat<sup>c</sup>.

Refertur de Assuero rege Assyriorum, quod quamuis valde fuisset iratus in Vasthi reginam vxorem, quod nolisset ab eo vocata venire, tamen ea de re consuluerit & interrogauerit sapientes qui ex more regio semper ei adhærebant, & illorum faciebat cuncta consilio, scientes leges ac iura maiorum, cui sententiæ regina Vasthi subiaceret<sup>d</sup>.

<sup>b</sup> Julius Capitolinus, in Ant. Anton.

<sup>c</sup> Herodian. lib. 6. Plura & Lampridius in eo.

<sup>d</sup> Ester cap. 1. vers. 13.

4 Consilium habuerunt commune quandiu floruerunt liberæ ciuitates Græciæ, de rebus sacris & publicis, primum Delphis, dictum consilium amphictionum, quod introduxit prius Accrisius, ad quod primum conuenisse dicuntur duodecim ciuitates bis in anno mittentes legatum quem Pelagoram dicebant, veris initio, & autumni. Conuentum etiam & Synodum illam Pyleam appellabant, quoniam *ἐν πύλαις* congregabantur, id est ad portas<sup>a</sup> & publicum Græciæ consilium<sup>b</sup>.

5 Areopagiticum consilium introductum est Athenis, ad mores cum omni modestia componendos, cum imperio & potestate<sup>c</sup>, apud Lacedemonios Gerusia<sup>d</sup>.

6 In Gallia quando ciuitates erant liberæ, neque factionibus occupatæ, conuentus generales iniebantur singulis annis, cui intererant armati in consilium aduocati, ibique decernebatur de communibus Galliæ negotiis, quem morem quoque seruasse Iulium Cæsarem in auxilium vocatum, & indixisse hunc conuentum generalem ipse testatur Cæsar<sup>e</sup>, hunc etiam perseuerasse tempore regum Franciæ, fidem faciunt annales editi, Pipini, Caroli Magni, & Ludouici, dum aiunt retentum antiquorum Gallorum morem, & singulis annis conuentum generalem fuisse habitum consilij publici causa, quæ statuendum esset de rebus grauioribus & regni, fiebantque dicti conuentus, vt in dictis annalibus dicitur, in anno 767. more Franco, in campo. Atque in anno 828. narratur in illis annis conuentibus & consiliis, offerri solita dona imperatori seu regi. Sic enim scribitur, *Medio Augusto imperator Vnormatiam venit, ibique habito generali conuentu, & oblata sibi annua dona solempni more suscepit.* De hoc etiam more habendi consilia generalia testatur Eginhartus Caroli Magni notarius in eius Caroli vita. Erant & in his conuentibus generalibus tractatæ & decise lites grauiores, potissimum, & magnatum ducum, & populi, & proinde huiusmodi consilia, erant etiam conuentus iuridici, qui & à Druidis aliquando congregabantur olim.

7 Postea ex his conuentibus iuridicis factæ sunt curiæ centenariæ: primumque orta illa curia quæ semper principem etiam pro consilio comitabatur, ambulans cum principe. Subinde, ne populus in sequendo principe sumptibus & laboribus vexaretur, factæ sunt in regno curiæ sedentariæ, quæ negotiis & controuersis subditorum & priuatorum definiendis publicè præessent. ita curiæ regiæ statæ, & summa cum potestate factæ, dictæ sunt nomine parliamenti, remanentibus nihilominus adhuc cum principe duobus publicis consiliis, quæ principem sequuntur: quorum vnum sacrum & secretum consilium dicitur, aliud magnum: quibus quandiu reges aures accommodarunt, feliciter regnarunt, semotis procul adulatoribus & extraneis ambitiosis aulicis, qui totam Galliam paulo post turbarunt.

8 Sunt & hodie quædam vestigia conuentum generalium, in comitiis dictis trium statuum generalibus, qui ex imperio regis & non aliter, coeunt & conuocantur, non ob aliam causam, quam vt rex

<sup>a</sup> Strabo. lib. 9. Geograph.

<sup>b</sup> Plinius lib. 35. cap. 9.

<sup>c</sup> Isocrates, in Areopagiti.

<sup>d</sup> Demosthen.

<sup>e</sup> eius interpretes in oratio

*πρὸς ἀρχόντους.*

*τὴν ἐλευθέρωσιν.*

*ἐν τῷ 11. κεφ.*

*ἐν τῷ 12. κεφ.*

*ἐν τῷ 13. κεφ.*

*ἐν τῷ 14. κεφ.*

*ἐν τῷ 15. κεφ.*

*ἐν τῷ 16. κεφ.*

*ἐν τῷ 17. κεφ.*

*ἐν τῷ 18. κεφ.*

*ἐν τῷ 19. κεφ.*

*ἐν τῷ 20. κεφ.*

*ἐν τῷ 21. κεφ.*

*ἐν τῷ 22. κεφ.*

*ἐν τῷ 23. κεφ.*

*ἐν τῷ 24. κεφ.*

*ἐν τῷ 25. κεφ.*

*ἐν τῷ 26. κεφ.*

*ἐν τῷ 27. κεφ.*

*ἐν τῷ 28. κεφ.*

*ἐν τῷ 29. κεφ.*

*ἐν τῷ 30. κεφ.*

*ἐν τῷ 31. κεφ.*

*ἐν τῷ 32. κεφ.*

*ἐν τῷ 33. κεφ.*

*ἐν τῷ 34. κεφ.*

*ἐν τῷ 35. κεφ.*

*ἐν τῷ 36. κεφ.*

*ἐν τῷ 37. κεφ.*

*ἐν τῷ 38. κεφ.*

*ἐν τῷ 39. κεφ.*

*ἐν τῷ 40. κεφ.*

*ἐν τῷ 41. κεφ.*

*ἐν τῷ 42. κεφ.*

*ἐν τῷ 43. κεφ.*

*ἐν τῷ 44. κεφ.*

*ἐν τῷ 45. κεφ.*

*ἐν τῷ 46. κεφ.*

*ἐν τῷ 47. κεφ.*

*ἐν τῷ 48. κεφ.*

*ἐν τῷ 49. κεφ.*

*ἐν τῷ 50. κεφ.*

intelligat, de quibus conqueratur oneratus populus, & aliquando ut necessitatem bellorum vel negotiorum publicorum illis exponi faciat, quibus subueniendum sit ope & auxilio singulorum subditorum. Congregandi autem hos status & comitia, mos est, primum enim princeps edicto significat, quod habiturus sit comitia generalia anno & de certis, in loco certo nominato, mandat Senatibus seu parliamentis edictum iubens, ut illud curent publicari, & certiores faciant Senarchos suæ prouinciæ. Ipsi autem Senarchi qui alicubi bailliui dicuntur, rursum significant singulis ciuitatibus & pagis toparchiæ seu prouinciæ suæ. Postea singuli pagi ciuitates primum inter se conferunt conuocatis in vnam municipibus & personis ecclesiasticis, quid eos grauet de quibus conqueri possunt, & ita articulatim singula describunt quæ mittant ad Senarchi curiam. Sic separatim facit notabilitas suum volumen vocant *Caier*, status ecclesiasticus suum, & populus suum. In Senarchia collectis articulis pagorum, vnum tantum fit volumen ex pluribus pagorum, item vnum inter nobiles, & aliud inter ecclesiasticos. Deferuntur rursum hæc volumina vocant *les caiers*, ad prouinciæ caput, vbi rursum omnium popularium voluminum, vnum fit: omniumque nobilitium eius prouinciæ, aliud, ecclesiasticorum apud ecclesiasticos, aliud. Sic demum omnes Syndici omnium prouinciarum, nobilium plebis, & ecclesiasticorum, die à rege constituto, in loco statim comparent.

Ibique ex omnibus totius regni voluminibus trium statuum, conficiuntur tria tantum volumina generalia quæ articulos repetitos in singulis, semel notant, singulares cum nominibus prouinciarum & locorum, si quid singulare pro illis statuendum sit: retinent & describunt. Vnum dicitur volumen seu, *le Caier de l'Eglise*, secundum, *le Caier de la Noblesse*, tertium, *le Caier du tiers estat, ou du peuple*. Sicque in compendium omnes articuli separatim proponuntur. Cæterum vbi prædicti Syndici comparauerint in loco, Rex vel eius nomine Cancellarius, in auditorio, publicè incipit exponere causas propter quas vocata & congregata fuere comitia, & postea, vel ipso die, vel sequente tres tantum Syndici singuli nomine sui status nempe ecclesiasticus primus, postea nobilis, dehinc popularis verbis exponunt suas legationes, articulos sibi præscriptos: Rex verò ut plurimum, vel Cancellarius, illis renunciauit, ut volumina & articulos penes principem producant, eum autem singulis opem laturum & ordinaturum quod sibi super petitis, videbitur statuendum. Et si quando ab statibus conuocatis petat, dat ad consultandum inter se dilationem ut responsum accipiat rex.

9 Fuerunt & in Italia olim ista consilia generalia seu comitia, ut inducat locus Iulij Cæsaris libro septimo de bello Gallico, *Quieta*, inquit, *Gallia, Cæsar, ut instituerat, ad conuentus peragendos proficiscitur*, Habiti & Rauennæ ut liquet ex Suetonio<sup>a</sup> in Iulio Cæsare Transit inquit, in citeriorem Galliam, conuentibusque peractis Rauennæ, substitit. Sunt in Germania etiam nunc comitia seu status colle-

ctiones

ctiones dictæ dietæ.

Fuerunt & tempore Plinij, ut ipse ait, Hispaniæ pene innumera oppida seu ciuitates in septem congregationes partita, quæ communes habebant conuentus iuridicos, & commune consilium. For- san tales sunt in Lotaringia præposituræ quæ illis dicuntur *preuostez* habentes sub se certa opida: ut in Gallia sedes iudiciales, ad quas iuridici domini, vel alij, litigaturi confugiunt.

10 Nec prætermitto, Romanam rempublicam, quæ cum floret, ultra consilium senatus, non nisi cum publico consilio alio comitiorum, de rebus grauioribus, de magistratibus, bello & pace, & de prouinciis decernendis, statuebat. Comititia porro erant cæterus populi vniuersi, quem magistratus legitime conuocasset, ut aliquid suffragio suo vel iuberet, vel prohiberet: Quorum tria erant genera, Curia, Centuriata, Tributa: curiata Romulus ipse rex primus inuenit: centuriata, alius rex Seruius Tullius: tributa, tribuni plebis eiectionibus regibus in rempub. inuenerunt. tumque primum instituta cum Coriolanus in iudicium populi vocatus est<sup>b</sup>.

11 Mosis duci populi Deus coniunxit consilij causa, & ut eum con- nere ex parte leuarent, septuaginta viros seniores & prudentiores. Vnde post illum tempore legis antiquæ fuit consilium publicum Iudæorum, Senatus dictus *Sanedrin* Nunc culmen totius principatus, ecclesia Romana, habet suum Senatum cardinalium, nequid impro- uidè in illa cathedra statuatur, quod autoritatem eius dignitatis maculare possit<sup>d</sup>.

12 Sunt comitia ultra vniuersi orbis in ecclesia generalia, quæ dicuntur cœcumenica & vniuersalia consilia, vel sacrosanctæ genera- les synodi, ad quam conueniunt ex omnibus mundi partibus per summum Pontificem vocati, prælati & alij sacri patres.

13 Habent episcopi sua comitia generalia, synodiæ episcopalem. Habent Metropolitanæ prouincialem. Habent regulares sua generalia concilia capitularia. Et certè non est aliqua recta societas ciuilibus aut ecclesiasticis, quæ non habeat suum concilium ciuicum, municipalem, aut aliud per quod ardua negotia consultet<sup>e</sup>.

De quibusdam causis singularibus, ob quas status tres, seu comitia vocata fuerunt in Gallia olim.

#### C A P. V.

IN Gallia comitia generalia, quæ vocantur status regni vel regnicolarum melius, nempe conuocatio totius populi trium statuum ecclesiastici, nobilitatis, & plebis, facta est in certum locum, maxime ob tres causas, quæ summopere ad monarchicum & popularem rationem aliquibus visæ sunt pertinere, sed perperam ad Democratiam. Vna quando quaestio fuit de constituendo gubernatore regni, vel de rectore: si quando contigisset successores diadematis minores esse, aut non fuissent mentis compotes, aut si fuissent capti

<sup>a</sup> vide de istis comitijs Cælium lib. 13. c. 13. & lib. 15. cap. 27. <sup>c</sup> Nu me. cap. 11.

<sup>d</sup> cap. Eccles. 16. q. 1.

<sup>e</sup> vidèda sunt quæ tractauimus lib. 47. synag. a. cap. 25. vsque ad 30.

& detenti ab hostibus. Ut sub annum 2380. post mortem Caroli dicti sapientis regis, conuocati sunt status generales Lutetiam, ut prospiceretur personæ Caroli vj. regis per interualla amentis, & regno. Et electi eius rei causa, eius patru, duces Byturigum, Burgundiæ, & Andium<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Froissard.  
lib. 2. cap. 58.  
& 60. & lib.  
3. cap. 134. &  
lib. 4. cap. 44.

Post mortem quoque Ludouici xj. relicto filio eius Carolo viij. in minori ætate, conuocati status Turonibus, & pro regimine regni constituti et electi duodecim viri, reipublicæ et regni gubernandi gratia, qui negotia nomine regis expediebant commissa persona regis, sorori eius, ut notarunt annales Galliæ in anno 1484<sup>b</sup>.

<sup>b</sup> & Philip.  
pus Comineus  
lib. 1. cap. 109

Quo tempore Iohannes rex, captus fuit, in prælio iuxta Pictauium cum Anglis collato, cum filio Philippo, et filij eius in Gallia relicti, Carolus dux Normandiæ, Ludouicusque dux Andium, et Iohannes dux Byturigum, nolent soli regni gubernationem subire pendente captiuitate regis patris, fuerunt comitia generalia, seu status conuocati Lutetiam Parisiorum, à quibus electi sunt triginta sex, aut secundum alios quinquaginta viri expertissimi ad regnum regendum, cum primogenito Iohannis Carolo, qui rector nominatus est. ut scribitur in annalibus Franciæ sub annum millesimum tercentesimum quinquagesimum sextum<sup>c</sup>.

<sup>c</sup> Froissard.  
lib. 1. cap. 107  
& 171.

2 Secunda causa congregationis statuum, quæ certè frequentiores esse debere conuocationes admonet, ut impediatur coniurationes et ambitiones subditorum, nempe quando agebatur de reformatione morum et vitiorum reipublicæ vniuersæ, de correctione abutentium potestate regia sibi concessa, aut de nobilium superbia qua opprimebantur subditi, et ecclesiasticæ personæ. Iubebant enim tunc reges ad quos quæstiones de his deferebantur, conuocari status, ut certius per illorum articulos cognosceret, et super his statueret, accepto etiam ab illis remedio si quod excogitassent. Et per hæc comitia generalia, principes possunt instrui et doceri, de vniuersis quæ in regno sunt, cum coram eo tutius quàm coram tyranniculis præpositis subditi possint damna et causas exponere, hac ratione sanctissimè statutum fuit in consilio Basiliensi, sed parum obseruatum, ut consilia generalia fierent in ecclesia Dei de decennio in decennium quia frequens illa celebratio agri dominici, præcipua cultura est, vepres spinas, tributos hæresum, errorum schismata extirpat, excessus corrigit deformata reformat: neglectus vero eorum prædicta disseminat. Relatum in cap. primo de authoritate generalium consiliorum in pragmat. sanctio. Sic & iniunctum episcopis et archiepiscopis Synodos episcopales seu prouinciales annuatim ea de causa celebrare, quæ omisæ certè, mores deprauatos fouent.

3 Tertia causa conuocationis, est necessitas imponendi tributa et subsidia noua populo, conuocatis enim statibus, princeps vel alius eius nomine, delegatis à populo qui eius vices sustinent, aperit vrgentia regni et regis negotia, quæ auxilium et opem à subditis necessario et iustè exigunt, et hortatur et rogat, ut sponte in tantis negotiis regi vel regno deesse nolint, sed subueniant modis expedi-

expeditioribus quibus consultaerint minus populum grauari posse. Quæ proponuntur à rege non ut ideo populus arbitretur ex eius nutu monarchicam regiamque potestatem pendere. Nam & sine consensu populi, potest iure suo princeps tributa imponere & exigere, sed ut paternè subditos moneat, causam necessariam esse ex qua cogatur propter vtilitatem publicam, ab illis subsidia petere. Quod obiter dixi, ut intelligant aliqui qui secus sentiunt, regnum Galliæ non pendere à comitiis, quia non illa eligunt regem, ut Poloniæ & alibi: sed comitia pendere à rege qui ea congreget, quando libuerit, cum regnum sit monarchicum successiuum. Alioquin, si rex comitiis subiiceretur, non regnum, sed Democratica eius esset potestas: qualis olim consulum vel dictatoris Romæ. Non tamen eundem inficias, si regia stirps deficeret, in aliquo regno quod defertur ex successione proximiori, ex lege regni, regiam de successione legem quoque finiri: & tunc certè perueniendum esset ad nouam formam regni non antea: & posse comitia si nihil aliud prohiberet, electionem regis incipere, & aliam formam regno dare, vel formam Democraticam, vel Aristocraticam instituere, ut post Codri mortem vltimè in familia Atheniensium regis, mutatus fuit in reipublicam principatus<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Iustinus in 2.

4 Esset & tunc etiam melius, ut opinor, non uti consilio plebis aut populi vniuersi, sed Senatuum & virorum prudentium, apud quos, ex familia postremi regis deficientis si esset ex agnatis vel illis deficientibus, ex aliis sapientius posset prouideri de interrege: quemadmodum apud Romanos mortuo Romulo, salua monarchica potestate, interregnum consiliūque regni nempe patres senatus gerebant<sup>b</sup>.

<sup>b</sup> Linius l. 1.

Mansitque Romæ mos post exactos reges, ut si qua fortuna aut casu, Consules creari nequirent, vel vitio creati forent, aut si quæ turbulenta confusio aut necessitas premeret, donec de consularu decerneretur, aut Dictator reipublicæ daretur, interreges præessent qui populo vice Consulum iura darent<sup>c</sup>, idem si contentio inter patres & plebem fieret, de magistratibus creandis: si absentibus consulis comitia haberi non possent: Si vitio creatis magistratibus, auspicia renouanda erant<sup>d</sup>.

<sup>c</sup> Linius lib. 7.

Creabantur autem interreges à Senatu tantum non à populo, illique habebant authoritatem & potestatem consulum, quandiu interregnum durabat, non autem Regis, quia regia dignitas in reipublica illa exoleuerat. Neque etiam tempore Cesarum, quia vnus erat potestas, interregnum post mortem imperatoris factum fuit: negligente senatu<sup>e</sup>, nisi post Aurelianum cum de principe diligenter senatus opinione vaga duceretur, & militibus tumultuantibus non consentiret, quo tempore fuit interregnum sex mensium, donec Tacitus in imperium assumptus fuit. Sic etiam obseruatum potest, dum mortuo imperatore de electione alterius, controuertetur, & ad senatum, nisi vis militum prohibuisset, itum esse.

<sup>d</sup> ut apud Linius lib. 5 & 6. & 22.

<sup>e</sup> si creditur Alexandro ab Alexandro, lib. 5. ca. 6.

## CAPVT VI.

Consilium principis quod profuturum sit reipubl. non ex quibuslibet, sed ex iis accipi debet quos Getro genero Mosi iubebat eligere, ex Senibus nec tantum ex nobilibus, sed ex omni plebe, timentes Deum, qui oderint auaritiam, & in quibus sit veritas. Deus etiam iussit eidem sibi eligere consiliarios ex senibus magistris populi<sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Exod. c. 28. vers. 21.

<sup>b</sup> Numer. ca. 11. vers. 16.

<sup>c</sup> 3. Reg. cap. 12. & 2. Paralip. cap. 10. Ecclesiasti. ca. 47. vers. 28.

<sup>d</sup> Linius in 1. Dionys. Halicarn. in 2.

<sup>e</sup> Macrobi. lib. 1. Saturnalio. cap. 6. Gellius lib. 1. nocturno cap. 25.

<sup>f</sup> lib. 3. ca. 12.

<sup>g</sup> lib. 8. v. 4. riarum. c. 12.

<sup>h</sup> Cassiodorus lib. 8. epist. 18.

Senes in primis, & magistri populi, propter rerum experientiam eligendi sunt: qui enim diu multumque in rebus populi sunt versati, aptiores sunt consilio reipublicæ, siue tempore pacis, siue belli. Consilium senum parabat stabilimentum regni Roboamo regi, si admisisset, perdidit verò consilium iuuenam<sup>c</sup>. Elegit Romulus in consilium reipublicæ, Seniores populi, indeque patres dicti & Senatores qui & senatui dedere nomen<sup>d</sup>: non tamen omnes senes apti huic consilio sunt, sed sapientes, & in rebus gerundis iam exercitati, nempe magistri populi.

Quauquam alieni non erit omnino à munere, admittere cum senibus aliquos probos iuuenes, qui ex seniorum factis discant, discant in posterum, similia & dicere & consulere: vt & aliquando admissi sunt in Curiam cum patribus Senatoribus, filij, vsque ad Papyrium<sup>e</sup>. Expediit enim iuxta annosas arbores, nouas plantas inferere vel plantare, quæ post interitum vetustarum, in locum earum succedant. Non enim homines in hoc seculo immortales sunt, vt iidem possint cum principatu perpetuo viuere. Porro aptius & facilius, negotia implicita explicari possunt ab his qui quotidiano vsu eadem tractarint: vt professus est Q. Scauola, legum clarissimus & certissimus vates: & Plato, vt refert Valerius Maximus<sup>f</sup>. Persequerentur consiliariorum qualitates fusius, nisi iam dixissemus de sapientia quæ requiritur in consultoribus principum, libro secundo præludiorum optimi iurisperiti, & de institutione reipublicæ cap. 36. & de timore Dei requisito in illis cap. 37. & de auaritia cap. 38.

Non omitto tamen quod Aratori Attalaricus rex scribit apud Cassiodorum<sup>g</sup>. *Perfectionem, inquit, necessariorum rerum completam esse iudicamus: si, quemadmodum eligendo virum magnificum patrium, armata reipublica prouidimus, ita & de sociando ei rerum literarum peritissimo, consulamus. Decet enim tractatores habere doctissimos, quibus potestas summa committitur: vt nullo defectu impediante meritorum, prouisa reipublica utilitas explicetur.* Addere autem idem rex rationem videtur, cur periti & experti, maximè in legibus eligendi sunt, dum ait<sup>h</sup>, *Professionem constat esse iustitiae, legum peritos iudices ordinare: quia vix potest negligere qui nouit aequitatem, nec facile erroris vitio sordescit, quem doctrina purgauerit.*

Secundò timor Dei, quia is est qui continet respublicas, & consiliorum debet esse caput. Timor domini odit malum, arrogantiam

gantium & superbiam,<sup>a</sup> &c.

Veritatis tertio amor in consiliariis, nihil aliud significat, quàm quod tales eligendi sint, qui nullo modo velint deflectere ab his quæ sibi verè meliora videbuntur. Nihil enim peius accidere posset principibus adulatoribus & qui tacent veritatem. Et quanquam veritas odium pariat, maximè erga principes qui sibi nimium placent: tamè expedit illis tales adesse consiliarios, qui eis in veritate non cedant. non secus quàm morbosus principibus, vtile est & necessarium habere medicos, qui eis non blandiantur in corrigendis & applicandis necessariis & vtilibus remediis. Tenentur enim assessores consulere potius quòd magis expedire, quàm quòd placere putent. modestè tamè & seruata principis maiestate, siue inuectiuis & durioribus verbis, interrogantur enim consiliarij vt sententiam dicant, non vt flautuant, aut imperent. Et debent ita sentire se munere suo functos, si quæ videantur meliora protulerint, conclusionem vero negotij non esse suarum sed principum partium. Princeps autem æquo animo ferre debet, oblibertatem & facultatem dicendi quæ iusta videantur consultori, si ipse liberè candide, sine dolo & malitia sententiam suam & opinionem protulerit. Sic enim contra tribunum plebis absolutus Martius Coriolanus, qui liberè consultante senatu, nihil per largitionem populo concedendum, & de eius volubilitate plura dixerat, & à Tribu. pleb. ideo fuerat accusatus<sup>b</sup>. Adiguntur sacramento cum cooperantur & admittuntur in consilium, consiliarij, se sententiam dicenturos & consulturos quæ meliora & vtiliora videbuntur: quod si non fecerint, periuri fiunt: & si contra veritatem applaudant principis, certè non consiliarij sed sicarij dici merentur: neque mihi obiciendi sunt mores quorundam principum, qui nihil magis detestantur quàm constantes viros & probos consiliarios, & vtuntur pernitiosis quibusdam aulicis pro consilio: quid enim mihi cum talibus quorum interitus proximior erit quàm perpetuitas principatus? qui amat periculum, peribit in eo. Miserum certè & deplorandum inter christianos principes, qui ministros seu officarios cuiuscunque generis, qui eos omnium ferculorum in mensa copiam adferunt, nullus autem sit qui eis offerre audeat veteratis ferculorum. Applaudendum quidem in multis principibus est: at in negotiis publicis, vbi agitur de eorum honore, salute, & de publica utilitate, veritas serio illis est proponenda, quæ quamuis prima fronte videatur eis rigida, tamen paulatim cogitata incipit placere, & utilis esse. Equum esset, dicebat Demosthenes, ò cum de Chersoneso agit, ò Athenienses vt oratores vestri omnes, neque odio impulsis, neque ad gratiam cuiusque verbum vllum loquerentur, sed quod quisque optimum duceret id proferret sicuti autem adulatio, sic maledicentia à consiliis excludenda est<sup>c</sup>.

Sed rursus quartò obseruanda alia qualitas in eligendis consiliariis principis & reipublicæ: vt secreti, fidi, & taciturni sint. qui sua fidelitate principum consilia non euulgent. maximè in causis bellicis. Et hoc præceptum Leonis imperatoris<sup>d</sup>, in rebus occultis, inquit, & abditis, fideles adhibe tibi & temperantes viros & taciturnos, & qui in

<sup>a</sup> Proverbior. cap. 8. vers. 13.

<sup>b</sup> Dionysius Halicarnas. in 7. Linius in 2. Plinius lib. de viris illustrib.

<sup>c</sup> Demosthen. 4. Philipp. & alibi.

<sup>d</sup> libello de bellico apparatu.

*in sua & non aliorum potestate sunt: cum secreta res ista ut secretiores fiant, non indigeant ad agnoscendum multitudinem.* Apud Persas reges nemo consiliorum fuit conscius præter optimates taciturnos & fidos, apud quos silentij quoque numen coleretur<sup>a</sup>. Sunt consiliarij principis, pars corporis eius<sup>b</sup>: quare non nisi cum voce principis, voluntatem & mentem eius exponere debent. Habebant Galli olim legibus sancitū in ciuitatibus & rebus publicis, vt si quid, quis de republica, à finitimis etiam rumore aut fama accepisset, ad magistratum deferret, néve cum quo alio communicaret: quia sæpe homines temerarios atque imperitos, falsis rumoribus terreri, et ad facinus impelli, et de summis rebus consilium capere, cognitum est. Magistratus verò quæ visa erant occultabant, quæque ex vsu iudicassent, multitudini prodebant, nec de republica nisi per consilium loqui permittebatur<sup>c</sup>. In formula etiam notariorum apud Cassiodorum<sup>d</sup>, non est dubium inquit princeps ornare subiectos principis secretum, dū nullis æstimantur necessaria posse committi, nisi qui fuerint fide magna solidati. Publicum quidem est quod agimus, sed multa non sunt ante scienda, nisi cū fuerint Deo auxiliante perfecta, quæ tanto plus debent occuli, quanto amplius desiderantur agnosci. Imitari debent armaria, quæ continent monumenta chartarū: vt quando ab ipsis aliquid qua instructio queritur, tunc loquantur: totum autem dissimulare debent ante quasi nesciant scientes.

<sup>a</sup> Ammian. Marcelli lib. 21.

<sup>b</sup> l. quisquis 5. ad legem Iul. maiest. l. 9. tit. 8.

<sup>c</sup> Iulius Cesar. lib. 6. de bello Gallico. d. li. 6. variat. cap. 6.

<sup>d</sup> Diodor. Sicul.

<sup>e</sup> Q. Curtius 4. de gestis Alexand. lib. 1. Saty.

<sup>f</sup> Epistol. 18.

<sup>g</sup> Prouerb. ca. 25. vers. 9.

<sup>h</sup> in eius vita.

<sup>i</sup> Paul. Turis. eos. in l. si quis aliquid. 38. §. transiuga. de pœn. lib. 48.

<sup>k</sup> P. tit. 19. L. omne delictum.

<sup>l</sup> §. exploratores. de re milita. lib. 49.

<sup>m</sup> P. tit. 16.

<sup>n</sup> In l. si quis testamentum.

<sup>o</sup> 4. ad legem Aquiliam li. 9. P. tit. 2.

<sup>p</sup> n. lib. 3. de re milita. cap. 6.

<sup>q</sup> Frontinus li. 1. Stratagem. cap. 1.

<sup>r</sup> o 4. Regum cap. 6. vers. 11.

<sup>s</sup> lib. 2. cap. 2.

7 Lex Ægyptiorum iubebat, abscindi illi linguam, qui arcana rei publicæ quæ secreta esse deberent, alicui detexissent<sup>e</sup>. Mos etiam Persarum, arcana regum mira celare vt dictū, fide, vt nec metu, nec spe, eiciant vocem qua prodantur occulta. Vetus enim disciplina regum, silentium vitæ periculo sanxerat<sup>f</sup> linguæque grauius castigabatur quæ vllum probrum: nec magnam rem ab eo sustineri posse credebant, cui tacere graue sit, quod hominum facillimum voluerit esse natura.

Hinc Horatius<sup>g</sup>.

*Fingere qui non facta potest, commissæ cauere*

*Qui nequit: hic niger est, hunc tu Romane caueo.*

Admonet autem alibi<sup>h</sup>. *Commissumque teges. & vno tortus & ira.*

Et Solomon<sup>i</sup>, *Causam tuam tracta cum animo tuo, & secretum extralita. lib. 49. neo ne reueles.* Inter præcipuas laudes Epaminundæ Thebani, Æmilij probus<sup>k</sup> addit, quod in primis esset commissi celans. Extat & lex Romana<sup>l</sup>, consiliorum publicorum renunciatores, vt transfugæ, viui exurantur aut furcæ suspendantur. Secretorum quoque commissorum detectio, eodem iure Romano habet pœnam iniuriæ & damni<sup>m</sup>.

In grauioribus consiliis reipublicæ, vel in consiliis bellicis vt dixi maximè reuelantibus consilia pœna capitalis fuit quia hostium imminet manus, & clades repentina metuenda, vt docuit sæpe experientia, & ideo valde idiplum ne fiat admonet Vegetius<sup>n</sup>. Rex Syriæ pugnans contra Israel, in numerum proditorum ponit eum, quem reuelare putabat consilium suum regi Israel<sup>o</sup>. Obseruauit Valerius Maximus P, adeo magna caritate omnes detentos apud Romanos vt arcana

arcana consilia patrum conscriptorum, multis seculis nemo enunciauerit. Q. Fabium etiam obiurgatum, quod quanuis honesto errore de bello punico tertio indicendo, consilium Senatus apperuisset Publio Crasso.

Nunquam enim taciturnitatem, tutissimum, ac optimum administrandarum rerum publicarum vinculum, labefactari volebant. Ea ratione admoniti patres, Papyrij prætextati facti, statuerunt, ne in posterum filij Senatorum curiam vt antea ingrederentur cum patribus, ne Senatus edicta & consilia euulgarentur<sup>a</sup>.

Et multa certè inter consultandum excidunt dicentibus, quæ claustrum concilij exire non debent, tum quia malitiosè explicari in contrariam à non intelligentibus possent, tum quod non expediat priusquam formam suam accipiant præsciri. Et vt ait Homerus<sup>b</sup>:

*Ἄλλα τὸ μὲν φάσθαι, τὸ δὲ γ' εὐκερυμύθον εἶναι.* id est.

Dicendum est aliud: contra, aliud reticendum. Didicerunt eandem taciturnitatem perpetuam consiliorum seruare. Areopagita, Senatores Atheniensium, de quibus propter insignè arcanorum silentium abiit in prouerbium, *Areopagita taciturnior*. Nominis consilij etymon Sexti Pompei Festi Silentium inesse arguit. Consilium inquit, vel à consulendo dicitur, vel quod in vnâ sententiâ plurimæ mentes consiliat, seu confideant & conueniant: Sed à silentio credibilius dictum putatur, quo maximè inuenitur. Et consulere, pro cōtinuere, posuit. Sicque respublica recte geretur, vt dixit Dio<sup>c</sup> Cassius, cum neque de omnibus de ea consilia inita vulgentur: neque in aperto ea agitentur, neque iis qui vltro sese obtrudant mandentur: neque ob eorum ambitionem in periculum veniant. Celebratur à Valerio Maximo<sup>d</sup> Pompeij virtus, qui dum legationis officio fungeretur, à Gentio rege interceptus, cum Senatus consilia prodere iuberetur, ardenti lucernæ admotum digitum cremandum præbuit: eaque patientia, regi simul & desperationem tormentis quicquam cognoscendi excussit, & expetendæ amicitiaæ populi Romani magnam cupiditatem ingenerauit. Inter Hispanorum quoque mores Iustinus<sup>e</sup> ex Trogo, dura inquit omnibus parsimonia, bellum quam otium malunt, si extraneus abest, domi hostem quærunt: sæpe tormentis pro silentio rerum creditarum immortui, adeo illis fortior taciturnitatis cura, quam vitæ celebratur. Alexander Magnus allatam aliquando à matre epistolam, qua arcana crimina & delationes contra Antipatrum continebantur, vna legenti, vt solebat non prohibuit Hephestioni, cæterum ea lecta detraxit sibi anulum atque ori illius impressit<sup>f</sup>.

<sup>a</sup> Aul. Gell. lib. 1. cap. 23.

<sup>b</sup> Odyss. 8.

<sup>c</sup> lib. 52.

<sup>d</sup> lib. 3. cap. 3.

<sup>e</sup> Iustin. lib. 44.

<sup>f</sup> Plutarch. in Apophteg. oratio 1. de Alexan. fortuna.

<sup>g</sup> Dio Cass. lib. 57.

8 Inter secreta consilij, quidam magis prudentes principes, lubentissime quidem consultores congregant & audiunt, verum cauēt, ne etiam consultates de rebus grauioribus, qualis sit eorū circa consulti animus, appareat, censebatque Tiberius Cæsar, principis animū nemini cognitū esse debere: eumque intellectū magnorū esse causam malorum, vt cōtra, eo dissimulato, plura ac maiora cōmoda parari<sup>g</sup>. Metellius quoque Macedonicus, suscitatus, qua ratione tā subitio cōsilio

uteretur, respondit: si ipsam vestem scirem consiliorum meorum consciam esse, confestim eam abiicerem.

9 Quinto loco, potest esse digna consideratione qualitas in eligendis consiliariis, ut tales adhibeantur consilio, qui res de quibus tractatur rectius cognouerint & periri in illis sint.

*Nauta de ventis, de bobus narrat arator.*

a lib. 5. seu in Alcibiade seu de natura hominis.

b lib. 26. in phedro, vel de pulchro.

c ut in l. 1. 5. ideoque de nouo Codice faciundo C.

d Aristot. 7. Politic. ca. 10

Et Plato docet pluribus<sup>a</sup>, quomodo consulere oporteat scientes re de qua deliberatur, & non alios, aut diuites, aut nobiles. Et rursus<sup>b</sup>, in omnibus inquit, vnicum principium iis qui bene cōsulere volunt, est intelligere id de quo consulatur, vel omnino aberrare necesse ple-rosque vero latet quod nesciant rei substantiā, tanquam igitur scientes in disquisitionis principio non declarant, procedentes vero quod pari est, consequitur, ut neque sibi, neque aliis consentanea loquatur.

Pro magnitudine etiam negotij, quærendi sunt idonei artifices<sup>c</sup>.

10 Sexto sunt adhibendi consilio, illi quorum particulatiter nihil interest, & ad quos tractata non possunt singulariter pertinere. Nemo enim in sua causa recte iudicare aut sentire videtur: & ita apud quosdam lex est, ut qui habent agros vicinos ij non admittantur ad consilium aduersus vicinos belli suscipiendi, quasi ob priuatam sui causam, recte consilium dare non valentes<sup>d</sup>.

11 Septimo exigimus in bonis consiliariis, ut ultra doctrinam rerumve consultandarum experientiam, probi, bonæ & non infamatae vitæ sint. Plus enim negotia promouent exemplo cum communi doctrina probi, quam doctiores disertioresque conferre possunt reipublicæ, & spiritus sanctus plerunque talia iniquitatis vasa abominatur. Quo pertinet quod Æschines contra Timarchum dicebat, statuisse Lacedæmonios, super sententia probatissima ab improbatissimo homine dicta. Populus namque Lacedæmonius, de summa reipublicæ suæ, quidnam esset vtile & honestum deliberabat: & surrexisset sententiæ dicendæ gratia homo quidam turpitudine pristinae vitæ diffamatus, sed lingua tunc ac facundia nimium quanto præstabilis: consilium quod dabat, quodque oportere fieri suadebat, acceptum ab vniuersis & complacitum est, futurumque erat ex eius sententia populi decretum: sed ibi vnus ex illo principum ordine, quos Lacedæmonij ætatis dignitatisque maiestate, tanquam arbitros & magistratos disciplinæ publicæ verebantur, Ephorus inquam, commoto iratoque animo exiit. Et quæ nam, inquit, Lacedæmonij ratio, & quæ tandem spes erit, urbem hanc & hanc rempublicam, saluam in expugnabilemque esse diutius posse, si huiusmodi antea vitæ homini-

e Refert Ant. Gellius lib. 18. cap. 3. Æschines contra Timarch. Plutarch. in Laconicis.

bus consiliariis utamur? Qui vitiiis scater fieri non potest ut vitiiis non faueat, ne illa iudicando seipsum condemnare videatur, neque ambitiosus consulit, nisi ad honores consequendos. Theaurarij & populi Harpyæ, nihil suauius habent in consiliis quam superexactiones, tributa noua imponere, & modos subtiles extorquendi, proponunt enim sibi lucrum, ex tractatione pecuniarum, parum ad lacrymas & onera subditorum attendentes.

12 Infamant principes huiusmodi infamis vitæ consiliarij, nam eos admittendo tales, vel non repellendo, videtur illorum vitam probare,

probare, parumque reipublicæ vtilitatem curare.

Pessimè audiuit Tiberius Cæsar<sup>a</sup>, quod Pomo Flaco & L. Pisoni, cum quibus noctem continuūque biduum potando consumpserat, alteri Syriam prouinciam, alteri præfecturam vrbs confestim detulisset, & ignotissimum Quæsturæ candidatum nobilissimis anteposisset, ob epotam in conuiuio propinate se vini amphoram. Male etiam audiuit Antoninus cognominatus Heliogabalus<sup>b</sup>, & in indignationem, & senatus & militum incidit & contemptum, quod eo recordiæ prouectus sit, ut omnes Scenicos, artifices, reipublicæ consiliis & moderationi seu administrationi præposuerit, & Maximis imperij dignitatibus. Quippe exercitibus saltatorem quendam præfecit, qui olim iuuenis publicè in theatro operâ dederat: alium item è Scena, iuuenturi: alium Senatui alium etiam equestri ordini præposuit: aurigis item & comædis minorumque histrionibus maxima imperij munia demandabat, seruisque suis ac libertis, ut quisque turpitudine reliquos antebat, procuraciones tradebat prouinciarum.

Pessimè quoque audiuit Caius Cæsar Caligula, quod in Curiam introduxit homines improbissimos & turpissimos, quanuis diceret, per eos suam se dignitatem recuperasse. Hoc forsitan studebat, ut sceleratissimorum conuersatione, ipsius scelera minus conspicua essent. Quemadmodum etiam nunc quidam principes solent nutrire moriones, quod forsitan illorum comparatione sibi ipsis videantur sapientiores: vel quod ex illorum ludificatione delectentur, & per eos proloqui faciant quæ ipsi non audent: Quanto magis peius audire eos existimamus principes, qui cupiditate pecuniæ consiliorum sedes distrahunt: & ita vilissimos & impiissimos diuites suorum consiliorum reddunt participes, nundinatores sententiarum, ut minutatim diuendant quod semel emerint. Ideo quia pecuniis promoti sunt in sedes, luxuriosi & voluptuosi diuites, vix vllam annotabis in consiliis aut personis grauitatem aut præstantiam: sed videbis ut defultores, mimos stultos, iuuenes lasciuientes, se mutuo in ingressu & egressu concilij gerere, ut ioculatores potius & palestrite quam consultores principis existimentur, videbis fucatos more fœminarum, odoribus perfusos, quod certe dedecori est principi, & minuit apud externos & subditos eius maiestatem. Hoc non pateretur Vespasianus Imperator, qui etiam dum censuram ipse gereret, adolescentulum flagrantem vnguento, cum sibi pro impetrata præfectura gratias ageret, nutu aspernatus, voce etiam grauissima increpuit, maluissem inquit, allium oboluisse, literasque reuocauit. Et Domitianus suscepta etiam morum correctione, quæstorum virum quod gesticulandi saltandique studio teneretur, mouit Senatu<sup>d</sup>.

13 Octauo ut consilium principis sit ei tutissimum, & populo: & ut omnes concordia insolubili coniungantur, obseruabit, ne consilium componat ex sola nobilitate, aut ex solis ecclesiasticis personis: sed & cum illis, alios, peritos tamen, adiungat ex populo seu plebe: ut inde tres status principales populi harmonia rationabili vniantur, neve nobelis soli, contemptu in seruitutem redigant plebeios, aut liberius sumant occasionem coniurandi in principem, aut ex ar-

a Suetonius in Tiber. c. 42.

b Herodian. in 5.

c Suetonius in Vespasiano cap. 8.

d Sueton. in Domitia. c. 8.



bitrio imperiti, vt plerūque iuris & æqui, cōsilia sua obtrudentes, exclusis iuris peritis, leges & iustitia, réinque publicam subuertant, & suam principisq̄ue potestatem in exitiosam tyrānidem conuertāt. Hæcque fuit causa factionum in Gallia potissima, quo tempore à consiliis reipublicæ plebs excludebatur, & tanquam seruilis conditionis erat oppressa, admissis in consilium druidis & nobilibus tantum<sup>a</sup>. Pari ratione, M. Valerius Senator eximius, duxq̄ue celeberrimus, dum veller suadere Senatui, plebem non esse excludendam à Magistratibus in republica gerendis, vsus est: vt qui bene constituerent, rempublicam in perpetuum decreuerunt, cogitare & præuidere opus habeant, non quæ in præsentia tantum sunt, sed quæ in futurum contingere possunt: certum autem esse, vt si administratio reipublicæ perpetuo esset diuitū & potentū, cōtingere posse, successu tēporis, paucos ex illis inuasuros tyrānicam in populū dominationem, quod non tentarent si adiungerentur potentibus plebeij in Magistratu, à quibus vererentur, si quid in rempublicam tyrannicè usurparent, accusari ex legibus<sup>b</sup>. Quare & obiecti consulibus tribuni plebis Romæ: apud Lacedæmonas regibus, Ephori: apud Athenienses Pericli Cimō<sup>c</sup>: Cleon, Nicæ Nicerati<sup>d</sup>. Ita tamen miscendi sunt nobilibus plebeij, vt maior pars factionem tentare nequeat: Quem admodum quando & ex populo equites plures numero, obiecti Senatui à C. Graccho, effecerunt ciuitatem bicipitem, & discordiarum fontem, cuius etiam temeritatis pœnā luit vita sua ipse C. Gracchus, nimis obstinatè leges suas defendens, & rogans vt iudicia à Senatu in equites transferrentur, lege sua iudiciaria<sup>e</sup>: vel cum trecentis Senatoribus duplo maiores numero equites, in consilio & iudicio adessent, vt ordo equester in Senatu bis tantum virium in consilio haberet<sup>f</sup>. In quo maximum imminet periculum dum præponderat numerus Plebeiorum, quorū vt plerūque animus contra nobilitatem spectat: vt nobilium multitudo, iuniorem Plebeiorū vim opprimere cupit. Proinde consulis, à Publicanorū iniuriis Asiā defenderat, inuisus equestri quando P. Rutilius summæ innocentia vir, qui legatus C. Marij proordini penes quem iudicia erant, repetundarum damnatus & in exilium missus fuisset, tunc Senatus omni vi niti cœpit, vt ad se iudicia transferrentur<sup>g</sup>. Sed postea M. Drusus Tribunus plebis, legem tulit iudicalem vt æqua parte iudicia penes Senatum & equestrem ordinem essent<sup>h</sup>.

In Gallia floruit consiliorum autoritas, quod composita fuerint ex ecclesiasticis, nobilibus & plebeis eruditissimisque personis. neque ibi plebeij contemnantur, cum & nobiles inde fiant, vt ex fecibus generosus spiritus vini elicitur, quando vult qui potest omnia.

14 Non alienum erit ab instituto sermone monere in electione suorum cōsiliariorum, tria maximè obseruare debere principes. Primum vt rex aliisque princeps, suos filios agnatos & proximos sanguine etiam si dando consilio valde non sint idonei, adhibeat consilio, ne exclusio horum, odium, suspiciones aut seditiones excitet: & vt illi interim discant vsu, quibus iuuare rempublicam possint.

<sup>a</sup> Iulius Cæsar lib. 6. de Bello Gallico.

<sup>b</sup> Dionys. Halicarn. in 7.

<sup>c</sup> Plutar. in vit Periclis.

<sup>d</sup> Plutar. in vita Nicæ.

<sup>e</sup> Appia. 1. de bellis civilibus Acon. Padianus in diuinationem Ciceronis.

<sup>f</sup> Florus lib. 60. epitom. Lib. 113.

<sup>g</sup> Idem Florus lib. 70. epit.

<sup>h</sup> Idem Florus lib. 71. epi.

15 Secundum, vt si quando princeps de nouo ad regimen vel regnum vocatus fuerit, fidos probosq̄ue consiliarios sui prædecessoris retineat, ab his enim multa discere poterit vtilia gubernationi, vt ab iis qui iam in negotiis fuerint exercitati. Si tamen quidam habeantur suspecti vel à populo vel à proceribus quod fuerint prædecessoris mali consiliarij: inquirere id debet & si tales repererit, vel si valde suspecti fuerint, quod forsam in concilium fuerint adhibiti ab antecessore qui pro tyranno habebatur, non debet retinere. Hoc enim aliter fecisse aliquando nocuit Galbæ Cæsari, & odium populi in illum concitauit<sup>a</sup>: quod populo Romano deposcente supplicium Haloti & Tigillini, soles ex omnibus Neronis tyranni emissariis, vel maleficientissimos, incolumes præstitit, atque insuper Halotū pro curatione amplissima ornauit: pro Tigillo etiam, populū sæuitiæ edicto increpuit.

16 Tertio vt si iuuenis sit princeps, Senatus vel si velit comitia cōuocet, vt ab illis probatos & meliores in consilio habeat: neque Magistratus venales faciat, sed eos tantum peritis & idoneis conferat, sine distinctione nobilitatis & plebeiorum.

17 Verum vltro pro bonis consiliariis & electione eorum, distinguenda est species reipub. nam licere omnibus rempublicam gerere, populare est: at Magistratus tantum à nobilibus teneri, est optimatum: Miscere hos omnes ex arbitrio, ad monarchiam solum imperantem pertinet. Probos deligere consiliarios & vtilis reipublicæ, legitimi & boni est principis: ad sui vero vtilitatem & populi damnum, Tyranni.

18 In Republica Democratica, vel Aristocratica, consilium plurimum, notantum & consilium sequendum, sed etiam exequendum est necessarium, alioquin status talium rerum publicarum corrumpetur, at in monarchia nõ ita. Nam princeps, penes quem summa rerum est, & autoritas vnica, consulere quidem plures prudentes & idoneos, si rectè imperare velit, debet, vt quid sibi & reipublicæ magis expediat intelligat: verum si iustius sibi videatur aliquid non teneat sequi eorum consilium: aliud enim est consulere, aliud statuere. Dum sapit tamen, rectè consulentium iudicia non aspernabitur. Superbia enim Deo & hominibus odiosa est. Sicque Xerxes iure suo insolenter abusus est: cum Græciæ bellum inducturus adhibitis in consilium Asiæ principibus, ne viderer inquit tantum meo vsu consilio, vos contraxi: ceterum memento te magis vobis parendum esse quam suadendum. Qua arrogancia & bene consulentes reiecit: sed sero insolentiam & superbiam suam, victus agnouit<sup>b</sup>.

*Num monarcha, sine consilio possit de rebus grauioribus regni statuere.*

#### CAPVT VII.

**S**Vnt qui contendant monarchiam solum, sine consilio posse de rebus etiam grauioribus statuere, vt de bello, pace aliisque negotiis similibus. Alij negant, & in negotiis illis arduis eum non esse sui iuris putant. Ego priori sententiæ, sed cum temperamento accedo.

Dd 2

<sup>a</sup> Suetonius in Galbæ. 15.

<sup>b</sup> Iustinus narrat in 2. Herodot. in 7. Valer. Maxim. lib. 9. c. 5.

Quia Romæ populus cum à se abdicauit Democraticum statum, lege regia in principem transtulit omnem potestatem quam habe-

a *§ sed & quod principi placuit, de iure natura. apud Iustinia. l. 1. §. quum enim. C. de veteri iure enuclean. L. i. lib. 34.*  
b *1. Regum. c. 8. ad Roma. c. 13.*

bat. <sup>a</sup> Dedit & Deus regi, populi sui omnem potestatem. <sup>b</sup> videlicet quando absolutè monarcha quis est, & per nullà legē electionis de eo factæ, tenetur adhibere necessariò cōsiliū suorū subditorū: alioquin enim cum adit imperium, legibus illis se adstringens, eas sequi tenetur: loquitur itaque de rege, & principe qui supremam habet potestatem, & absolutam: & non recognoscit in ea superiorem alium quā Deum, & rationem. Dicō que huiusmodi principem, necessariò non teneri adhibere consiliū, vel subditorum, vel aliorum, si nolit in quibuscunque negotiis. Verū dico illi expedire vt melius & tutius & diutius imperet, consilio prudentum, & expertum in negotiis gerendis, vt. multa enim licent quæ non expedit agere: sunt & quæ certo modo licent, & non aliter. possent quilibet præcipitem se dare, & necare, & se conseruare. Præcepta bene viuendi, bene imperandi, à Deo, & ratione humana dantur principibus ad conseruandum, nō ad perdendum, vel opprimendum populum sibi suppositum. Quamobrem si princeps satis esset natura propria, sapientia ad imperandū commoda, instructus, vt quæ faciendæ sunt, videat, sciat, & velit imperare, & præscribere licet. Verum melius faciet si non in omnibus, potissimum quæ ancipitem habent aleam, sibi soli credat, sed adhibeat aliorum plurium, eorūque qui eum iuuare consilio possunt, auxilium, quod potestati eius, nec authoritati quidquam detrahit. eū non coactè, sed sponte id faciat. Salus, vbi multa consilia, inquit Sapiens. <sup>c</sup> Periculosumque est ipsi principi sibi soli fidere, cum possit eius recta ratio, vt cuiusque etiam sapientis viri, odio, amore, ira concupiscentia, auaritia, ambitione, ignorantia negotiorum, intercipi. Facit & philautia seu sui complacentia, & præsumptio, vt cæcutamus circa nobis placita. Principes certè homines sunt, nec humanā naturam exuunt adepto principatu: & ita errare, & decipi se posse humanitus, credere debent.

c *Proverbi. ca. 11. ver. 14.*

2 Fidere tamen vnus, alteriusve sententiæ, valde etiam periculosum principi est, propter incertitudinem voluntatum adulatorum & proditorum, quibus, vt vermibus scatet aula principum: & cum omnis homo non sapiat omnibus horis, & bonus quandoque dormitet Homerus: ita multos consilio adhibere erit tutius, vt ait Phi-

d *lib. 7. ca. 37. & lib. 4. c. 34.*

lippus Commineus in aulicis rebus exercitatissimus. <sup>d</sup> Præceptum conducere principibus dicens, si plures habeant consiliarios, & ne vnquam cuiquam ex illis soli, committat negotiorum suorum directiones, vtque omnes ferè qui sunt à consiliis habeat æquales. alioquin enim si vni plus, quàm cæteris fauere videatur, ea est natura hominum propter fauorem principum ad factum lubrica, vt is aliis imperare velit, & minus sint postea liberæ voces in consulendo, metuentibus aliis ne aduersentur sententiæ huius prædilecti, quod ne accidat, cauendum est principi. hinc enim sequitur facilè pernicies reipub. & consiliorum corruptio: Adest exemplū Tiberij imperatoris, qui in consiliis habendis, & iudicio de Lepida, rea suppositi par-

e *Cornel. Tacit. lib. 3. anna. c. 64.*

tus, & maiestatis delata, Drusum Consulem designatum exeunt, dicēdæ i. loco sententiæ, quod alij ciuile rebantur ne cæteris assentien-

di necessitas fieret. In iudicio quoque Granij Marcelli prætoris Bythiniæ delati peculatus & maiestatis, cum ad delationē eius. Idem Tiberius exarcesset, à Deo vt supra taciturnitate proclamaret, se quoque in ea causa laturum sententiam palam: cumque CN. Piso, dixisset, quo loco censebis Cæsar? si primus habebō quod sequar: si post omnes, vereor ne imprudens dissentiam: quibus permotus Cæsar, quantoque incautius efferbuerat, pœnitentia patiens tulit absolui reum criminis maiestatis: de pecuniis vero repetundis ad recuperatores itum est <sup>a</sup>. Sic in comitiis priuatis Romæ, vbi quid cum populo agendū erat, prius priuatis hominibus concio dabatur quàm magistratum tenentibus: ne quis minorum potētioris vt affolet sententia præuentus, suam ipse supprimeret, sed summa cum libertate quod sentiret exprimeret, vt scribit Dio Cassius <sup>b</sup>. Potest princeps de rebus principatus, instructus, artēque gubernandi peritus, sine consilio plura facere quæ ad munus eius pertinent, fuit enim aliquando regia potestas delata per electionem talibus qui scirent & possent per se imperare. Et quotidianis negotiis præesse, & casibus subitis rectè vt: cuiusque rei intelligere occasiones, & iudicare quæ res benignitate verborum obtinere possint, quæve vi extorquendæ sunt, ducum officium est qui rebus præfecti sunt <sup>c</sup>. Verum si princeps sentiat se parem viribus non esse huic arti & scientiæ, sanctissimum opus sibi & reipublicæ vtile effecerit, si vtatur bono & experto consilio: Quia vt dixi, neque splendor maiestatis, neque authoritatis potestas, inde imminuetur, imo potius honoratior & celebrior reddetur: alioquin efficietur asino similis qui cum nec viam nosset, nec se duci pareret, se præcipitem è rupe dedit: Et rectissimè Hesiodus ait <sup>d</sup>.

a *Idem Tacitus 3. Annalium.*

b *Lib. 39. Romana histor.*

c *Demosthenes Epistola ad Senatū. 1.*

d *Hesiod. in diebus.*

Ὅστις πάντας, ὅς ἀπὸ πάντα νοήσει,  
φρασά μῦθος τὰ ἴεπειτα καὶ ἐστέλος ἦσιν ἀμείνω.  
Ἐσθλὸς δ' ἂν κακῆνος ὅς ἐν εἰ πόντι πίθηται  
ὅς δ' ἐκε μὴθ' ἀπὸ νοή μὴτ' ἄλλυ ἀκίμων,  
Ἐν τυμῷ βάλληται, ὃ δ' ἀπὸ ἀχρήσιος ἀνήρ. Id est,  
Omnia qui per se sapiat, longe optimus est,  
Multo ante expendens quæ iam sunt optima factu:  
Is tamen & frugi est, qui paret recta monenti.  
At qui nec per se sapiat, neque mente reponat  
Ex aliis audita, vir vndique inutilis est.

Imò ipse Hesiodus eum præposuit tanquam meliorem, qui paret recta monenti ei qui bene saperet ibi:

Καῖνος μὲν, ἰνκὴν πάντας, ὅς ἐν εἰ πόντι πίθηται, &c.

De discretione boni & mali consilij.

CAPVT VIII.

Equidem arbitror, nullos esse principes, qui reiiant sententiam nostram illos fieri præstantiores tutiusque & sapientius imperare, qui bono consilio vtuntur. Cæterum forsitan desiderat edoceri, quod bonum vel malum consilium dicatur, vt bonum eligant malum reii- ciant. Enitar itaque paucis huic bonæ petitioni satisfacere: & docere

aliquot notas quibus discretio horum possit fieri consiliorum, ne decipiantur specie recti.

In primis igitur, princeps vel alij moderatores aliarum rerum publicarum, conicere poterunt bonum esse consilium, si à personis prodierit quæ qualitates habeant boni consultoris, de quibus paulò ante dictum est.

Secundò prudentia principis qui intererit consilio, poterit naturali iudicio & frequenti usu similitum, bene vel malè succedentium negotiorum, quid sibi expediat ex illis quæ dicentur perpendere, & ante penes se conclusionem meditari: nullus enim est ex consulentibus, ad quem utilitas vel damnum consilij, magis quàm ad principem pertineat: & variæ sunt consulentium voluntates, latent sæpe & sub dolo, quæ sermone non produntur, verùm aliud sæpe dicitur aliud cogitatur nempe ut interim dolosè consulentes detegant principum aliorum voluntates. Quare hic prudentia principis erit, audire omnia patienter quæ à contrariis, paribus & disparibus suffragiis, dicta erunt, rationibusque firmata obseruabit: ipse autem, si euulgandum consilium, & quid faciendum sit quidve sequatur, non adhuc expedire existimet, interim nullam adiciet consultis resolutionem, aut sententiam propriam: sed postea quid ex deliberatis admittat & censeat, vel consultoribus omnibus insciis, vel paucis scientibus, diligenter exequi curabit: Quod si consulta in consilio sibi non satisfaciunt, amplius deliberandum & plenius statuet.

2. Secundo conducit maximè reipublicæ & bene consulturo, principi non ignorare ea quæ per regnum ditionemq; omnem reipublicæ, fiunt, ne illi imponatur à male consulentibus, neve mendaciis firment dolosa consilia. Hoc autem assequetur honestissimè & cum laude, si frequenter commitia seu status tres generales congreget, audiat, & libere conqueri pariat, & intelligat quæ necessario remedio egent. Fuerunt principes qui peregrinationes & circuitiones Imperij susceperunt, ut plenius statum rerum cognoscerent. displicuit aliis hic modus quòd prouinciales, nimio comitatu grauarentur: quòdve existimarent melius vno & certo loco principem residere, vbi conueniri posset à postulantibus eius opem, quàm vagantem consequi: & hoc magis ego probarem. nisi quippiam aliud iustius peregrinationem suadeat.

3. Fuerunt aliquando in usu delatores ut antea monui quos maximè probarunt, qui de rebellionibus suspectos habebant, & ideo illos clam summitebāt in secretiora etiam quæque priuatorum habitacula, sed hoc genus hominum valde periculosum in republica docuimus alibi, ut ideo ob imposturas illorum calumnias in bonos, & falsas delationes, merito submotū est à republica, quamuis à Tyrannis fuisset olim valde probatum:

In Gallia sunt veluti cæsures obseruatores procuratores regij & aduocati, qui quæ ad crimina & negotia publica pertinent, sollicitè inquirunt & deferunt emendanda iudicibus regij, & Senatui. Senatus vero monet principem. Et isti sunt velut ὄτα καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέων. regum aures & oculi, qui instar aurium & oculorum principi inseruiunt, intuentes

a Lib. 32. Syn-  
tagmatis inris  
cap. 4.

intuentes explorantes, & referentes principi qui illius interest scire & cognoscere, quemadmodum faciebant qui tales dicti ab antiquis principibus exploratores constituebantur. ὁ ταυρὸς δὲ seu auscultatores primus inuenit Darius minor, sibi diffusus, ποροαγωγὶ δ' αὖ vero seu exploratores, Dionysius Syracusanus.

4. Debet princeps, cum contrariam sententiam consultoribus eligere maluerit, non insolenter consulta reiicere, sed tanquam maturiori habita de eadem re deliberatione statuere: non enim tunc consiliarij etiam grauitè id ipsum ferent, nempe quod sciant se adhibitos consilio principis, non ut concludant & iudicium absolutum adferant, sed ut tantum quæ sibi meliora videantur proferant. Nisi tales sint qui potestatem iudicandi absente principe acceperint: quales sunt in Gallia & alibi Senatus, & regis curiæ, qui nomine principis quod æquius sibi videtur statuunt: neque princeps, per regulas etiam iuris communis, tenetur sequi eorum consilium, quos etiam teneretur adhibere consilio. Potest & sine reprehensione ex causa occurrente & superueniente, mutare consilium, cum & prudentes id ipsum facere debeant. prestat enim mutare in melius, quàm in male institutis pergere: & ut Lucianus dicebat ἢ ἀλλοῖον δρομὸν ἢ μάλλον ἢ δραμὲν παλιός, melius recurrere è medio cursu, quàm male currere: nec est turpe cum re mutare consilium, cum magna pars consilij sit in tempore: necesse est euenire ut de quibusdam rebus ad principem vel alium perferatur sententia alicuius, cum iam contraria potior sit. Consilia rebus aptantur res nostræ feruntur, imò voluntur: & consilium sub diè nasci debet. Sic potest princeps, contrariam suam consilio sententiam tueri. Verùm ut dixi, satius erit illum consilio vel parti melius sentienti, quàm suæ sententiæ deferre, ne sua præsumptione se & rempublicam in præcipitium à quo resurgere nequeat, sciens prudensque coniciat.

5. Sed maximè rata debet habere iudicia eorum quibus potestatem non solum consulendi, sed etiam statuendi, dederit. Sufficit Principi dando iudicandi potestatem, dicere, peritis electis & de quorum probitate & fide non dubitat, quod dicebat Senatus consulibus *videant consules & indices ne quid detrimenti respublica capiat*, num per illa verba libera permissa & commissa illis censebatur administratio, & potestas etiam vitæ ad mortis.

6. Differentiam inter consilium & iudicium, Tradit Mar. Fabius Quintilianus. Parum tamè inquit à iudicio credo distare consilium, nisi quod illud ostendentibus se rebus adhibetur, hoc latentibus, & aut omnino nondum repertis, aut dubiis.

Et quod iudicium frequentissimè certum est: consilium vero est quædam ratio alte petita, & plerumque plura perpendens & comparans, habensque in se & inuentionem & indicationem. Et rursum, sit ne consul à consulendo vel iudicando? Nam & hoc consulere veteres appellauerunt, vnde adhuc remanet illud: rogat boni consulas, id est boni iudices.

a Lucian. lib.  
de mercede ser-  
uientibus, &  
libello aduer-  
sus inuenditū  
Aristot. 3. Po-  
litic.  
b Plutarch.

c. cum in  
teri, 52. & glo.  
ad c. cum con-  
suetudinis, de  
e. c. c. c. cum  
olim de arbi-  
tris.  
d Lucia. in  
Asino.  
e Seneca 4.  
de benef. c. 38.  
f Idem Seneca  
epist. 72.

g Cicero ora-  
tione Catili-  
naria, & pro  
Milone. Bu-  
dem in anno-  
tationib. pri-  
oribus ad Pan-  
dectas, ad l. si  
in aliam 7. §.  
cum plenis-  
simam, de offi-  
cio proconf. P.  
h 6. lib. insti-  
tutio. Oratori-  
um cap. 6.  
i Quintil. lib.  
1. instit. c. 6.

Sed hic & reipublicæ Aristocraticæ, vel Democraticæ consilium, non includo: nam in illis rectoris, & administratoris liberum in consiliis retractandis, vel mutandis, non est arbitrium, sed necessitas parendi.

7 Tertiò princeps qui consiliorum requirit habere electionem debet ea callere quæ ad principem pertinent: & si ignoret, addiscet vel conabitur addiscere, vel ex lectione librorum, vel ex negotiis occurrentibus, recordarique debet quæ dicebat Diocletianus adhuc priuatus, nihil esse difficilius, quàm bene imperare, colliguntque se quatuor, aut quinque, atque vnum consilium ad decipiendum Imperatorem capiunt: dicunt quòd probandum sit: Imperator qui domi clausus est, vera non nouit: cogitur hoc tantum scire quod illi loquuntur: facit iudices quos fieri non oportet, amouet à republica quos debebat retinere.<sup>a</sup>

<sup>a</sup> Flavius Vopiscus in Augustulo. Casare. b Senec. 71. e pisto.

8 Quarto loco, poterit esse regula boni consilij distinguendi à malo, si quod consulitur honestum est, à quo si deflectat, malum est. cuius sententiæ authorem habeo Senecam<sup>b</sup> qui addit. *Errant, inquit, consilia nostra quia non habent quo dirigantur. Ignoranti quem portum petat, nullus suus ventus est: & summi boni finem ignoramus.* Summum autem bonum ille honestum dicit. Nos Christiani progredimur, & in Deo summum ponimus bonum: quanquam inter politicas considerationes, honestum, & id quod conformetur mandatis summi boni, bene, vè opinor possumus dicere lapidem lydium comprobandi recti consilij. Nam vt ait Papinianus<sup>c</sup> Iurisconsultus, quæ facta lædunt pietatē, existimationem, verecundiam nostram: & vt generaliter dixerim, quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse, credendum est.

<sup>c</sup> Papini. in l. filius qui sit de potestate. 15 in conditio. in fin. lib. 28. P. iii. 7.

9 Primum exemplum ab illa clarissima Romanorum republica quæ nihil per fraudes, sed virtute etiam cum hostibus gerebat: & honestum vtilitati præferbat ne antiquæ maiestati reipublicæ labem inureret. Ita Camillo consule Faliscos circumfidente, cum ludimagister plurimos & nobilissimos inde pueros, veluti deambulandi gratia eductos, in castra Romanorum adduxisset, quibus interceptis, non erat dubium quin Falisci deposita belli pertinacia, tradituri se Camillo Imperatori, essent. Sed de ea re Senatus censuit, vt pueri magistrum vincitum virgis cædentes, in patriam remitterentur. Quo factum est vt dignitatem suam respublica Romana conseruauerit, & iustitiæ exemplo, consilioque honesto animos hostium expugnaerit: qui cum armis vinci non possent, iustitia victi, portas Romanis aperuerunt.<sup>d</sup> Sic cum Timochares Ambraciensis, Fabricio consuli, pollicitus esset Pyrrhum se veneno per filium suum, qui potionibus eius præerat, necaturum, eaque res ad Senatum esset relata: Senatus missis legatis Pyrrhum monuit, vt aduersus huius generis infidias cautius se gereret, memor à filio Martis urbem conditam, & armis bella, non veneno gerere debere: Timocharis autem nomen suppressit, utroque modo dignitatem amplexus: quia nec hostem malo exemplo tollere, nec eum qui bene mereri paratus fuerat prodere voluit.<sup>e</sup> Atheniensium circa honestatem etiam consilium celebre. Cum enim Themistocles post victoriam de Xerxe moliretur principatū

<sup>d</sup> Eianus in 5. Plutarco. in Camillo. Lucius Florus li. 1. de reb. Roma. ca. 12. Valer. Max. lib. 6. ca. 5. e Valer. Max. xi. predicto loco. Plutarco. in Pyrrho. An. Gallius lib. 3. cap. 8. Cicero officior. lib. 3.

cipatum Græciæ instituere, & decreuisset apud se classem Lacedæmoniorum quæ tota apud Gytheum subducta erat, incendere, vt ea consumpta dominatio maris ei cederet, & relatum hoc fuisset ad concionem & consilium ciuium, è vestigio vniuersa concio quod æquum non videretur, nec expedire quidem proclamauit: & Themistocle vtile quidem consilium, sed minimè iustum animo voluere.<sup>a</sup> Iustitiæ sancta penetralia, in quibus semper æqui & boni respectus religiosa cum obseruatione versatur: & vbi studium verecundiæ est, & cupiditas rationi cedit, nihilque vtile quod parum honestum videri possit, dicitur.

<sup>a</sup> Valer. Maxim. ubi sup. Plutarco. in vita Themisto.

10 Atque in summa princeps facile quod bonum consilium sit, ex tribus memoriæ commandatis iuris vtriusque diuini & humani præceptis, colligere potest: quæ sunt, *honeste viuere, alterum non ledere, ius suum cuique tribuere*.<sup>b</sup> Marcus Fabius Quintilianus<sup>c</sup>, imperitos errasse ait, qui in suasionē & deliberationē, vel in dissuasionē, honestum ab vtili separandum putarunt, & necessariū, quod tamē sapiētes negant, honestum, & vtile idē dicētes: necessariū autem habere consultationē negat. Honestum tamen ab vtilitate lucri separari posse, sed non esse veram vtilitatem. Et sic despiciendam vtilitatem dicimus, vt honesta faciamus, vt cum Opiteoginis consilium dabatur, ne se hostibus dederent quanquam perituri essent ni se dedissent. Nec etiam omnia vtilia expedit suadere aut sequi, si vtilius sit & nisi honestum. Addit Quintilia.<sup>c</sup> Tria esse in suatoriis seu in consiliis spectanda: Quid sit de quo deliberetur: qui sint qui deliberent: quis sit qui suadeat. Rem de qua deliberatur, certum esse fieri, aut non posse.

<sup>b</sup> Eianus autē. 10. §. 1. de iust. & iure. lib. 1. P. iii. §. iuris præcepta. e. ii. apud Iustiniā. & in proem. lib. decretalium: nos de his præceptis lib. 2. prædiorum optimi iurisconsulti. per 45. capita. c. lib. 3. institutio. ca. 8.

Si incertum: insitendum, aut in qualitate, aut in coniectura. Cōsultari autem omnia, aut propter ipsa, aut propter aliud, vt, an Romani Fabios dedant Gallis bellum minitantibus: partes suadendi, honestum, vtile, sub quo putant necessariū & possibile: ad quæ, fas iustum, piū magnum, facile, æquum referantur: quæ tamen in omnem consultationem non cadant. addit alia plura, quæ videnda sunt consulentibus.

<sup>c</sup> d. apud Liviū lib. 4. deca. 3. et Florus li. 100 epitom. c. predicto loco.

11 Quintò iudicium consilij pertinentis ad vtilitatem reipublicæ erit, si illud principaliter vtilitatem, & salutem eius respiciat, & per consequentiam ad vtilitatem singulorum pertineat: an verò ad vtilitatem principaliter priuatorum. Totius enim iuris duæ sunt præcipuæ, & generales positiones, publicum & priuatum.<sup>f</sup> Semper autem in concursu publicum præferendum priuato. Expendet autē princeps, quomodo publico concursu possit sine detrimento priuati cuiusquam: nam & singulorum, vt publici curam gerit: vt & Deus Rex regum, prouidentiam suam extendit & curam, vsque ad minimum capillum, & ad passerem singularem.<sup>g</sup>

<sup>f</sup> l. 1. §. huius studij. de iustit. & iure. §. iuris præcepta. e. iii. in iust. Iustini.

Et si agatur de commodo publico statuendo cum incommodo priuati, certè non est lædendus priuatus, vt commodum maius accedat publico: quia priuatus certat de damno euitando, respublica de lucro captando, contra ius gentium, quo distributa sunt dominia rerum suarum liberè.<sup>h</sup> vel si magnum commune commodum dicatur rei publicæ, ex re priuati, tunc pretio ei dato indemnus efficiendus. ac si concurrat vt respublica lædatur, si non cum priuati etiam damno

<sup>g</sup> Matth. ca. 10. ver. 19. h. lex hoc iure. de iustit. & iur. l. 2. de his qui sunt sui, vel alien. iur.

a *l. utilitas. 3. de primipil. li. 12. c. tit. 63. l. a Etione, §. La. beo. pro socio.*  
 P. ca. 35 *scias*  
 frater. 7. q. 1. b *ut dicebat Pompeius apud Dionem. lib. 38. historie Rom.*  
 c *Iohannis c. x. ver. 11. C. 9. in scripturis 8. q. 1. d. l. unica. si quis Imperator maledix. li. 9. c. ti. 7. gl. f. in c. placuit. ut negmini. xi. ad verb. proprie. 7. q. 1. c. quicun que 2. 12. q. 4. ex consilio Braeharem. 3. c. 8. e. Valer. Ma. lib. 2. c. 2. Linius lib. 12. Lucius Flor. lib. 1. cap. 2. Zonar.*

iuuetur: tunc præferendum quod pluribus prodesse potest. Et quia priuatim quidem nemo potest rebus læris uti, ut non idem cum re publica corrumpente pereat: at res publica, si prospero successu utatur, etiam priuatorum omnium potest calamitates subleuare.<sup>b</sup>

12 Hic porro commodum publicum non intelligimus, commodum solius principis. nam princeps propriam etiam utilitatem contemnerere debet, ut publicæ rei consulat, & in hoc ipso legitimus & bonus dicitur princeps cum pro republica quam curandam, & administrandam susceperit, non tantum bona propria, sed etiam propriam vitam exponere debeat: bonus enim pastor, cui assimilantur reges pastores populorum, animam suam dat pro ouibus suis.<sup>c</sup> ut contra, tyrannorum proprium est, & signum omnia quæ in republica agunt, potissimum ad suam utilitatem, honorem, gloriam, seu ambitionem, aut lucrum agere: unde euadunt populis odiosi, merito ut pro pastoribus facti lupi rapaces.

13 Suas iniurias non populi vindicant, cum tamen boni pastoris, & principis est, quodammodo sui ipsius curam negligere, proprias iniurias contemnere, & remittere, <sup>d</sup> & quæ ad populum pertinent vindicare. Facit exemplum constantiæ mirificæ legatorum Tarētū missorum à Romanis, ad res repetendas: qui cum grauissimas ibi iniurias accepissent, vnus etiam vrina respersus esset, in theatrum, ut erat consuetudo Græciæ introducti, legationem quibus acceperant verbis, peregerunt: de his quæ passi erant, quæsti non sunt, ne quid ultra ac mandatum esset, loquerentur.<sup>e</sup>

D E R E



## D E R E P V B L I C A

sue,

## D E I N T E R I T V R E G N O R V M

per diuisionem principatum.

LIBER XXV.

CAPVT VNICVM.

1 Inter species interitus regnorum est, quando vnus principatus diuisio fit, dignitates namque regiæ & aliorum præcipuorum principatum, diuisionem non recipiunt. Et si re ipsa ab initio pacifica fiat regni diuisio, tamen si consortes pro indiuiduo sint, non possunt se cõpati, imperare, & consilium cum alio necessario inire: propter hominum ad dissentendum facilitatem, & varias hominum voluntates.

2 Si diuisio etiam rerum inæqualis est, & mutatus ita principatus erit neque vicinum se maiorem princeps pati potest sine controuersia. & ut ait Lucanus lib. 1.

*Nulla fides regni socijs, omnisque potestas,  
Impatiens consortis erit.*

3 Quare diuisio, siue spontanea sit siue coacta, semper habet quãdam speciem discordiæ, si non præsentis saltem futuræ cum diuisio ad inuidiam peruenerit, desolationem & ruinam minatur, iuxta dictum Domini, *regnum in se diuisum desolabitur &c.*<sup>a</sup> Contingit & plerumque imo ferè semper, cum hac diuisione diminutio virium, & rixarum aut bellorum magna occasio, vel expositio diuisi in prædam vicinis principibus, qui vnitum regnum inuadere nec ausi erant, nec cogitauerant quoque virtus quippe vnita, maior seipsa dispersa.

4 Sic Alexandro Macedonum rege defuncto, regnum eius in quatuor partes diuisum est, & totidem principatus, in Babilonicam, Macedonicam, Asiaticam, & Ægyptiacam, secundum Cyrillum Hierosolym. Regnum Macedoniæ Antipater, & Græciam quoque inuasit, ut tradit Q. Curtius <sup>b</sup> data Ptolomæo Ægyptus, Africa & Arabiæ pars: Syria Laomedonti Mitylenæo: Cilicia Philotæ & Ilyria. Media maior, Acropato: Minor Alcetæ fratri Përdicæ: Sugiana gens Sino. Phrygia maior Antigono: Licia & Pamphylia Learcho: aliæque aliis regiones. Quæ diuisio ut tradit Iustinus <sup>c</sup> cum veluti fatale munus singulis cõiugisset ita magna incrementorum materia plurimis fuit. Siquidem non magno post tempore quasi regna non præfecturas diuisissent, sic reges ex præfectis facti, magnas opes non sibi tantum parauerunt sed & posteris reliquerunt, verum non sine sanguine iuxta vaticinium Alexandri morituri; qui ut est apud eundem Iustinum <sup>d</sup>, amicos circumstantes alloquutus dixit, illud se scire vaticinarique se, ac pene oculis

a *Matthæi. c. 12. Lucæ 11. Mar. 3.*

b *in fine li. 10.*

c *lib. 43.*

d *libro 12.*

videre, quantum certaminis esset initura Macedonia in eligendo sibi rege post eius mortem, quantisque cædibus quo cruore mortuo sibi esset parentatura. Et Quintus Curtius, Sobolem Antipatri successisse ei in regno tradit interfectis omnibus quicunque Alexandrum etiã longinqua cognatione contigerant. Is autem erat Antipater, quem Curtius & Iustinus<sup>b</sup> referunt, procurasse venenum porrigi per Iollam filium Alexandro, ex quo interiit.

<sup>a</sup> In fine 10.

<sup>b</sup> Prædicti locis.

<sup>c</sup> c. 1. vers. 6. & seq.

In primo libro Machabæorum<sup>c</sup> refertur, Alexandrum ante mortem regna diuississe inter suos nobiles, & post mortem eius omnes sibi imposuisse diademata, & filiis eorum annis multis, & multiplicata fuisse mala in terra.

4 Separarunt à Roboamo filio Salomonis 10. tribus, unde tot bella in populo Heb. & dignitas trãslata ex maiori parte ad extraneos.

5 Translatum fuit regnum Iudæ à progenie Machabæorum, ad Herodem Ascalonitam alienigenam, quando post mortem Aristobuli & Alexandri Iannis fratris eius, regnum venit in contentione filiorum: qui cum de imperio disceptarent, dederunt occasionem Romanis illud occupandi, qui post multas clades concesserunt Herodi.

<sup>d</sup> lib. 16. geograph.

ut scribit etiã Strabo<sup>d</sup> & habetur lati<sup>9</sup> in li. Regũ Israel, secundi tẽpli.

6 Seleuci & Antiochi discordia fratrum dum sibi inuicem eripere volebant regnum Macedonicum, omittentes persequi defectores, dederunt Arsaci principi latronum occasionem cum prædonum manu, occupandi Persarum imperium<sup>e</sup>

<sup>e</sup> Iustinus lib. 41.

7 Romanorum imperium cum diuisione cœpit maiestatem suam imminuere, unde aquila in signe eius cœpit sub vno corpore primum habere duo capita: demum & ipsum corpus omnino diuisit. Imperij primum duæ sedes, vna Romę occidentalis partis: alia orientalis Bizãtij, quæ & Constantiopolis ab authore & amplificatore suo Constantino Augusto orientis. Roma latina, olim Romani imperij regia

<sup>f</sup> l. omni inuocatione cessante, 6. de sacrosanct. eccl. c. l. 1. §. sed & si quæ leges. c. de veteri iure enuclean. l. si in quib. caus. pig. tacet constra. g. act. consil. Chalcedon. ca. 22. h. Scundum Iulium Capitolinum in M. Antonino, Oros. lib. 7. ca. 8. i Herodia. in 5. k. Eutro. lib. 10. l. Oros. lib. 7. ca. 22.

& caput postea eius prærogatiua facta Roma secunda, noua dicta Constantiopolis à Constantino magno, ante Bizantium<sup>f</sup>. Sic vltar populo vocat Constantiopolim Zonaras, & omnes ferè qui de diuisione prima aquilæ loquuntur, sic asserunt. Verũ ego arbitror ante Constantinum I. vel magnũ, imperij administratione diuisam, & antea Romã vidisse in vno corpore duo tria vel plura capita apposita, à tẽpore Antonini philosophi Cæsaris, qui an. Dom. 163. est post Antoninũ Pium electus 17. à Iulio Cæsare Romanorũ imperator: quique in initio imperij collegã creauit fratrem Lucium verũ, ac tum primũ, regnare duo Augusti cœperunt æquo iure, cũ antea tantum vnus solus imperaret fuerunt & postea Saturnius in oriente, & Bonosus in occidente Cæsares interfecti, teste Sabell. Opilius Macrinus cũ filio Diodumeno regnauit. Marcus Iulius Phillippus, cũ filio Caio Iulio Saturnino, Valerianus, cum filio Gallieno, Diocletianus Dalmata, creauit collegã imperij, & Augustũ Maximianũ, & Constantiũ, & Galeriũ Maximianum, cognomento Armentarium, Cæsares: Quo & tempore Causasio in Galliis: Achilleus apud Ægyptum: Iulianus in Italia imperatores effecti: diuerso exitu periere. item antè proximè Carus cum duobus filiis, Carino, & Numeriano, ut est apud Eusebium, Flavianum, Vopiscum, Aurelium, & alios.

dominabantur maxime Diocletianus in Oriente, Maximianus Herculiũs in occidente. Et cum illi vnã se abdicassent imperio sponte, Galerius & Constantius Augusti, primum Romanũ imperium in duas partes determinarunt: Galerius Maximianus Illycum, Asiam, & Orientem: Constantius Italiam, Africam, & Gallias obtinuit. Sed Constantius vir tranquillissimus, Gallia tantum Hispaniãque contentus, Galerio in cæteris partibus cessit. Galerius duos Cæsares legit, Maximum, quem in Oriẽte cõstituit, & Seuerum cui permisit Italiam: ipse ni Illyrico constitutus. Constantius vero Augustus summę mansuetudinis & ciuilitatis, in Brittania mortem obiit: qui Constantinum filium ex concubina Helena creatum, Galliarum imperatorem reliquit, Anno ab vrbe condita 1061. ut hisdem verbis recenset Orosius<sup>a</sup>: ab hoc tẽpore rursũ Constantinus qui & Magnus dictus, Cæsar effectus Licinius Alixander valens & alij, inter quos & regiones regna & imperia diuisa, ut refert Euseb.<sup>b</sup> & primũ & Constantinus magnus Occidentis imperator, Licimus Orientis, dehinc solus vtriusque remansit Constantinus imperij princeps.<sup>c</sup>

<sup>a</sup> li. 7. historia c. 17.

<sup>b</sup> lib. 18. c. 15. & 16.

<sup>c</sup> li. 1. histor. tripart. c. 9.

Euseb. lib. 9. histor. circa finem. Oros. li. 7. c. 18.

<sup>d</sup> ut ait Oros. in 7.

8 Tradit Zozimus, tunc Constantinum cessisse Romam, & Constantiopolim maiestatem imperij transtulisse: quod se Romanis inuisũ sciret, ob mutatã religionẽ cessio hæc facta ecclesię in persona Siluestri primi, S. Põr. & imperij terreni sedes tranata & Constantiopolim: ut regnum ecclesię à Daniele prædictum, Rome haberet sedem. Quare mox Occidentis Cæsares, Constans & cæteri qui per aliquot secula imperium eius sunt assecuti, Roma semper cesserunt, & imperij Occidentalis sedem alibi locarunt, ut Mediolani, Rauennæ, & in aliis prouinciis in Francia, Germania: neque Constantius Heraclij nepos Michael, & alij qui eam voluerunt sedem Romam referre, id assequi potuerunt. Quamquam quidam asserant Arcadium & Honorium, filios Theodosij à parte cõsortes imperij factos, illum Constantiopolim, hunc Romę imperasse, & alios quoque sedem non diu Romę sedem habuisse. Diuisum tamen imperium in orientale & occidentale constanti, sed nunquam aut vix, aut paruo tempore sine pugna & inuidia. Ut etiam post mortem Constantini magni, Constantius filius in oriente præsidens Constantinum fratrem in occidente regnantem opprefert,

Quod & in sequentibus postea Cæsaribus compertum est, qui mutuis ambitionibus impulsĩ, imperium in multas partes lacerarunt, ut postea penè vtrumque & orientale & occidentale perierit. Vandali, Gothi Agareni, inter dissidentes superuenerunt tum ad predam, tum ad auxilium factionum, & expulsis antiquis titulis, & possessoribus, & in Oriẽte & in Occidente novos principatus nouasque leges inuexerunt, ut Romani imperij nunc velut vmbra tantum nobis supersit, longe valdeque distans ab splendore quo omnibus antea præstabat.

Aditum nouis principatibus cum factionibus attulerunt quoque facile schismata ex hæresibus disseminata, quibus orientales imperatores etiam infecti meruerunt iure imperij Romani priuari. translataque tũc fuit ius hoc Occidentalis partis in Francos, & post multas oc-

cidentis à Barbaris incursiones Saxonum, Vandalorum, Herulorum, Gothorum, Zeno imperator Theodoricum Gothorum regem, ad Occidentis regnum vocauit.

8 Et labente imperio, Anastasius apud Constantinopolim imperator Clodouco Fracorum regi, Bractæ hypalliu cum curruli diademate & purpurea, in Gallias misit, & imperij partem illam occidentis obtulit, vt testatur Procopius subinde exemplo Anastasij, cum orientales imperatores parum fidei subuenirent Pipinum, qui inter Francos arte militari pollebat, postea Carolum filium eius magnum dictum, ad apicem imperij occidentalis Summi Pontifices extulerunt, vt scribit Eghinartus Caroli Magni notarius. Fuit is Clodoueus primus rex, vel dux Francorum, qui baptismum suscepit Christianus à B. Remigio Remensi archiepiscopo qui ei Ludouici nomen imposuit, vt scribit Gregorius Turonensis.<sup>a</sup>

<sup>a</sup> lib. 2. histor. Franc. ca. 30. & 31.

Postquam Romani quieuerunt à bellis erga exterarum gentes, & virores de ferocissimis gentibus triumphum reportarunt, in seipsum manus atque arma conuerterunt, & bellis ciuilibus, & seditionibus se mutuo inuadentes suis propriis viribus corruerunt, & in imperio tumultuantes, vinculum pacis soluentes, præbuerunt occasionem lacerandi imperium.

<sup>b</sup> Daniel. c. 7.

Et quemadmodum habetur apud Danielelem, de quatuor monarchiis. Romanorum quartum regnum maius omnibus præcedentibus fuit, quod ab initio sui principatus, sicut ferrum conterit, & cōminuit omnia, & domat, sic hoc cōtriuuit, & cōminuit atque domuit omnia pene mundi regna. Nouissimo verò tempore regnum illud quod in tibiis suis ferreis diutissimè, & firmissimè sine aliqua lassitudine steterat, tandem ferro fortitudinis suæ commixto cum testa humanæ infelicitatis, ex alto dominationis suæ gradu, cum fragore terribili collabi cœpit. Sic Persæ illud inuaserunt, & dilacerarunt: & Franci, Germani, & Aquilonares illæ nationes, Gepidæ, Turcæ, Alani, Bulgari, Arabes, accepta lege Mahometica, ab imperio defecerunt, Damascum, & Ægyptum occuparunt, Sarraceni Hierosolymam, vt ait Guiliel. Tyrius. c. item African. d. Rhodum, & insulas vicinas.<sup>c</sup>

<sup>c</sup> lib. 1. histor. sacra. c. 2. d. Sigib. e. Sabel. Ann. 8. lib. 8.

10 In annalibus Caroli, Pipini, Caroli Magni, & Ludouici, factis à quodam, vt prohibetur astrologo prædicti Ludouici familiari legitur in anno 801. in die natali Domini, in missarum solemnibus Leonem Summum Pontificem imposuisse coronam imperij Caroli Magno, qui eum ciecctum in sedem restituerat, & acclamatum à populo, Carolo Augusto à Deo coronato, magno, & pacifico imperatori, Romanorum vita, & victoria.

Et post has laudes, vt loquitur à Pontifice more antiquorum adoratum, ac deinde omisso patricij nomine Imperatorem, & Augustum appellatum.

Item quod anno octingentesimo Nicephorus imperator Græcorum, misit ad Carolum imperatorem legatum, ad pacem constituendam inter eos. Et anno octingentesimo decimo secundo Michaelen gener

generum eius eo mortuo alios legatos misisse qui confirmarent pacem, & scriptum pacis, suscipientes eum salutarent more suo & lingua Carolum Imperatorem & βασιλέα, regem, quod & pactum rursus confirmatum mortuo Carolo, inter Ludouicum filium & Leonem Imperatorem qui successit Michaeli, anno 814. tradit.

Ex quibus omnibus duo super sunt colligenda, quod & diuisio imperij facta est consentientibus principibus, & inuitis: & quod post illam generalem diuisionem, sequutæ sunt speciales: & verum illud comprobatur est, regnum in se diuisum desolabitur

11 Possemus causas & initia diuisionum, plures illis coniungere, vnde quidam sibi ius electionis attribuerunt & vindicarunt sed quæ admodum tempus, vis, vsurpatione, omnia imperia mutarunt, sic quoque mirum non est si mutatae leges fuerunt successionis, electionis, finium, regnorum, & principatum.

Quando corruptio vnius naturalis corporis, sit generatio alterius, mutatur forma quæ dat esse rei, vt res alia videatur nec prioris remanent vix vestigia: & ne longè abeamus ab imperio Romano, legimus apud Gratianum<sup>a</sup>, ex diuisione facta per Constantinum magnum, Summum Pontificem cui curam potissimum animarum & spirituum rerum à Deo tantum commissa erat, quæ ad Constantini magni vsque tempora regimen ecclesiæ tantum curabat vniuersalis, longe à factu humano & ambitione seculari, donatum fuisse coronam & dignitate regna in vrbe Romana, & in Italia, & in partibus Occidentis. Sic enim concepit donationem.

<sup>a</sup> In ca. 13 & 14. uterque incipit Constantinus, & uterque palea est, sub 95. distina.

Beato Siluestro patri nostro, Summo Pontifici & vniuersalis vrbis Romæ Papæ, & omnibus eius successoribus Pontificibus qui vsque in finem mundi in sede beati Petri erunt sessuri, de presenti contra dicimus palatium imperij nostri Lateranense, deinde diadema videlicet coronam capituli nostri, simulque Phrygium (id est mithram) nec non est super humerale videlicet lorum quod imperiale circumdare solet collum: verum etiam & tunicam purpuream, atque tunicam coccineam & omnia imperialia indumenta, & dignitatem imperialium præsentium equitum, conferentes etiam & imperialia sceptrum, simulque cuncta signa atque banda, & diuersa imperialia ornamenta, & omnem processionem imperialis culminis, & gloriam potestatis nostræ. Addit etiam clericis reuerendissimus eius (qui hodie Cardinales dicti) culmen, singularem potentiam, dignitatem, & præcellentiam sui senatus: effecit patritios & consules & dignitatibus aliis eos donauit imperialibus, vt possent vti manipulis & linteaminiibus, id est candidissimo colore, decurare equos, & ita equitare paribus inquam insignibus quibus senatus eius utebatur: vti quoque calceamentis cum vdonibus id est, candido linteo illustratis. Et quia inquit Constantinus ibidem beatissimus ipse Pater super coronam clericatus quam gerit ad gloriam beati Petri, omnino

ipsa ex auro non est passus uti corona: nos Phrygium candido nitore splendidum, resurrectionem Dominicam designans, eius sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus, & tenentes frænum equi ipsius pro reuerentia beati Petri, stratoris officium illi exhibuimus, statuentes eodem Phrygio omnes eius successores singulariter uti, in processibus, ad mutationem imperij nostri.<sup>a</sup>

*a quæ omnia, & alia plura, posita in d. ca. Constantinus 14. sumpta sunt partim ex edicto Constantini, quod est post consilium Nocesariense, ex Anselmo lib. 4. cap. 32. ex Inone parte 5. 49. Panormia. li. 4. c. 1. et ex gestis seu actis Siluestri.*

12 Sunt qui contendunt illam donationem, & translationem imperij, vel potestatis Romanæ, & occidentalis sedis fieri non potuisse in fauorem prælatorum ecclesiæ: quia secularibus abrenunciarent: & quod de imperij iure Constantinum dispoñere non potuisse existimant. Sunt alij, qui negant etiam eam donationem factam fuisse. Sunt qui illis resistent, & respondeant: sed institutum nostrum non est de his arbitrium ferre: sufficit si indicauerimus, post primam ex consensu Cæsarium, diuisionem administrationis imperij: & post schismata, hanc quoque tempore Constantini, secundum ea quæ tradidimus, factam fuisse separationem: postquam etiam aliæ sequutæ fuerunt, quæ imperium destruxerunt Romanum, remanente vix nomine. Visus etiam aliquibus, Summus Pontifex cessisse huic dignitati sibi concessæ, nominando imperatorem Carolum Magnum, & subinde eius successores: nisi & de gladio, & exercitio eius materiali, data fuerit tantum potestas, ut non mirum sit, si summi pontifices retinuerint sibi potestatem coronationis imperatorum, aut si in eos habeant ius confirmandæ, vel approbandæ electionis, inunctionis, & coronationis iuxta c. venerabilem. 34. de electio.

13 Contigit paulò post translatum imperium occidentis, in Carolum Magnum, adhuc declinatio maior imperij, in eius persona in qua stabilitum videbatur: non secus quam regnum Francorum. Si quidem deposito Childerico, illud translatum ferè iisdem temporibus erat in Pipinum patrem Caroli Magni, qui erat maior domus Childerici, qui fuit vltimus ex gente Merouingorum, de qua Franci reges sibi creare soliti erant, ut ait, Eginhartus<sup>b</sup>

*b in principio lib. de vita Caroli Magni.*

Nam tum primum cepit diuidi imperium, & regnum per Carolum Magnum viuentem in tres partes, anno Domini 806. quarum vnâ sibi retinuit, duas alias Pipino, & Ludouico, filiis relinquens, ex omnium Procerum consensu, & Leonis Summi Pontificis, ut habetur in dictis annalibus astrologi familiaris Ludouici. fecitque postea consortem imperij filium Ludouicum Aquitaniam regem, anno Domini 813, à venatu Aquisgranum reuersus coronam illi imponens, Bernothumque nepotem suum ex Pipino filio Italia præfecit, & regem appellari iussit.

Rursum idem Ludouicus anno 821. in conuentu Nouiomagi habito, constitutam annis superioribus, atque conscriptam inter filios suos regni partitionem, recensuit, ac iuramentis optimatum, qui tunc adesse poterant, confirmauit. ex qua dehinc diuisiones, conturbationes in ipsum Ludouicum patrem, & bella inter filios orta quâ plurima, ut habetur in dictis annalibus.

14 Post multa deinceps bella inter patrem Ludouicum, & filios imperij proceres eò rem deduxerunt, ut Ebbo siue Ibbō Remensis archie-

archiepiscopus, & quidam alij tam episcopi quam principes, Ludouico abrogarent imperium, & Lotharium ac Pipinum Cæsares designarent, vxoris Iudith prætendentes libidinē & tyrannidē, & mariti coniuentiam: & ideo illam in monasteriū ablegarunt & ipsum Ludouicum in monasterium D. Medardi, vbi per biennium fuit, donec fuit per principes cum vxore imperio restitutus: expertus vindictâ diuinam forsan, quod auus Pipinus curauerat Childericum monasterio detrudi & regno priuari.

15 Subinde restitutione facta, secuta anno 839. secundum dictos annales, Sigibertum & alios, imperij alia diuisio, & cõstituta Tetrarchia, ut Ludouicus pater Germaniam, & ex filiis, Carolus Franciam, Lotharius Italiam teneret cum imperio & prouinciis quæ inter Rhenum, & Mosellam flumina, ad veteres Mediomatrices & Treuiros pertinent: quæ pars Lotharingia à Lothario dicta est, distinguens eam partem quæ regnum orientale, & eam quæ occidentale dictum est. Ita Lotharium primogenitum, Ludouicus Italia regem Imperiique consortem fecit: Pipinum secundo natum, Aquitaniam regem, & Ludouicum iuniorem, Bauriam<sup>a</sup>.

Quæ rursum diuisio, quamuis optimatum imperij sacramentis esset confirmata, mortuo patre cruentas strages & maxima bella peperit<sup>b</sup>. Eoque tempore Gallia quæ Francia nunc, separata à communione fuit, & concessa Carolo Caluo, ut ait Sigebertus. Fuerunt & postea successu temporum, plura ex imperij ditione diuisa, & Aquilæ multæ plumæ euulsæ sunt, ut nec eius pulchritudo aut robur sit æqualis aut par temporibus antiquis. Tempus enim est, quo crescunt, & intumescunt, & ad periodum perueniunt suæ magnitudinis, monarchiæ, ad quam dum peruenerint, vel repente vel paulatim concidunt, vel descendunt.

16 Ut postquam Alexander Magnus, euerso Persarum imperio, Orientem sub iugum misit, Monarchiam Persarum Græca excepit: Sed eo Babilone vel veneno vel crapula sublato, duces eius primum partiti sunt inter se prouinciarum gubernationes, & breui dehinc tēpore sibi asseruerunt, & in regna monarchiam illam multis miseris & cladibus populorum compositâ, diuidentes, fœdissimè lacerarunt. Et Ptolomæus Lagi filius Ægyptum: Antigonus Asiam minorem: Lyfimachus Hellepontum & Thraciam: Seleucus Asiam maiorem, siue Syriam et Babyloniam Arideus, et Antipater, Macedoniam obtinere. ut liquet ex Iustino Appiano et aliis. Sed neque isti diu subsistere potuerunt, in potestate ita diuisi.

17 Micipsa rex Numidarum, putans conseruandum iri facilius regnum, si Iugurthan spurium ex fratre adoptaret: et consortem regni, faceret instituit eum hæredem vnâ cum liberis suis Adherbale & Hiempsale: verum statim eo mortuo in diuisionem ventum est: ex diuisione in contentionem honoris: inde in ambitionem regnandi, et ita Iugurtha vno Hiempsale negato, alium Adherbalem expulit, ut solus potiretur imperio, hincque secuta sunt illa crudelissima bella cū Romanis, de quibus Sallustius<sup>c</sup>. Sociū non patitur regnum, etsi ab initio concurs videatur, tamen ambitio infirmiore vi, vel

*a Ut legitur in dictis antiquis Annalibus Ludouici, apud Paulum Aemilium in 3. Blondium lib. 2. deca. 2. Crantium lib. 2. c. 25. b Ut notat Gaguinus lib. 4.*

*c Lib. de bello Jugurthino*



dolo submouet, vt solus vnus regnare possit.

18 Aliquando Eteocles & Polinices, Oedipi filij, de regno patiti sunt, vt alternis annis administrarent: At Eteocles cui sorte primus obtigerat annus, exacto anno recusauit fratri regni vices tradere. Quare Polynices in Adriafti ditionem Argos profugit, & ab eodem in generum adfcitus, Thebanis bellum intulit: sed mutuis cum fratre vulneribus cecidit tantoque odio inter se certarunt, vt & regnum perdidert, nec ipsi etiam per mortem reconciliari potuerint: in rogam enim impositi, vtriusque flamma ab inuicem se separauit discors.

19 Procles & Euristenes, Aristodemi regis Lacedæmoniorum filij gemini, corpore simul nati voluntate valde difsi, tantopere pro regno contenderunt, vt odium illorum in posteros magno cum Lacedæmoniorum malo deriuatum fit. Nam ex his duæ familiæ regie æmulæ natæ sunt, sicque ex regno facta est aristocrazia.

a. Pausanias  
in Laconicis.

20 Aristobulus & Hircanus, Alexandri regis Iudæorum filij, post mortem matris de regno contententes, sua contentione effecerunt, vt Pompeius Hierosolymam urbem expugnatam, libertate sua priuarit, & regnum tributarium fecerit, illud concedendo Hircano b.

b. Ioseph. lib.  
14. antiqui.

Antiochi & Seleuci Grypi & Cyziceni fratres, quia secundarij esse non didicerant fratrum, sed purpuræ & diademati inhiabant, multis semetipfos, multis Asiam cumularunt calamitatibus c.

c. Plutarc. de  
pietate erga  
fratres.

21 Herodes rex Iudææ, sub quo natus est Christus, quatuor reliquit filios, qui regnum diuiserunt in quatuor partes: & ita ex regno nata tetrarchia. Archelaus Iudææ princeps constitutus, Herodi alteri filio Gallilæa attributa, Philippo Iturea & Traconitidis regio Lyfania & Abylene obrigit vt Tradit Nicephorus Callixti d Latus tamen & causam explanat Iosephus e. cum enim inter fratres contenderetur de regno patris Herodis, propter testamenta illius, & indignitatem Archelaj, quod antequam à Cæsare permitteretur regnū sibi vsurpasset: Cæsar auditis contentioneibus, mediā regni partem sub Ethnarchiæ nomine Archelao dedit: reliquam vero partem, in duas tetrarchias diuisit, duobusque alijs Herodis filiis attribuit, vnam Philippo, alteram Antippæ, qui cum Archelao de regno certauerat. Ethnarchia verò suscepta, Archelaus Iudæis & Samariensibus crudenter abusus, nono principatus suo anno pulsus est à Cæsare Viennam in exilium Galliæ ciuitatem, patrimonium vero fisco Cæsaris adiudicatū f. Sicque Ethnarchia Archelai in prouinciam redacta: reliqui, id est Philippus & Herodes qui cognominabatur Antipas, tetrarchias suas regabant g.

d. Lib. 1.  
e. Lib. 2. de  
bello Iudaico.  
c. 4. & lib. 17.  
de antiquita.  
c. 17.

f. Iosephus lib.  
2. de bello Iudaico.  
c. 6. &  
de antiquitat.  
lib. 17. c. 17.  
g. Idem Iosephus  
lib. 2. de bello Iudaico.  
c. 8. & lib. 18.  
de antiquita.  
c. 5.

D. E. R. E.



# DE REPUBLICA

siue,

DE MODIS QUIBUS QVIS

desinit principatum gerere.

LIBER XXVI.

De ijs qui sponte se abdicarunt principatum: Et de causis quæ illos ad id impulerint.

CAPVT. I.

**H**Actenus dictum est de mutatione, transformatione, & interitu rerum publicarum, de causis mutationum, & de remedijs quibus vel prospici, vel subueniri possit. Dicamus nunc quomodo stante statu reipublicæ vel principatus, mutetur, expellantur, intereant principes & rectores earundem, & de causis. Coniicimus autem hanc tractationem in tria capita. Nam dicemus hæc accidere, vel quod ipsi sponte deponant administrationem & potestatem: vel quod inuiti expellantur: vel quod morte locum relinquunt: vel naturali vel violenta.

2 Videamus primùm de illis qui propria voluntate se principatum abdicarunt, & de causis cur deposuerint sponte potestatem, quæ et variæ sunt prout hominū affectiones variæ quoque: Quidam minimè ambitiosi, nihilominus honoribus & meritis clari, tadē satiati gloria, reliquæ vitæ tempore magis elegerunt priuatam vitam eamque quietam agere, quam adhuc in fastu & solio inanem adhuc superbiam sustinere: quibus autem rationibus moti fuerint, non semper fecerunt notum, aliquando tamen, causam indicarunt.

3 Timoleon Corinthius, post multas victorias, tot tantisque abundans opibus, vt facile inuitis imperare posset, cui ob singularē amorē Siculorum nullo recusante regnū oblatū erat & concessum, maluit se diligi quam metui: & cum primū potuit imperiū deposuit, & priuatim Syraculis, quod reliquum ei vitæ fuit, vixit. Probus in eius vita eum sapienter sibi prospexisse ait, aliorū exemplo & oppressione adductū. Nam vt ait Plinius a, quam multos accepta affixere imperia: quam multos bona perdidere, & vltimis merere supplicijs! Ita Ælius voluit imperium deponere, & ad priuatam vitam redire b.

a Plinius lib.  
7. c. 40.

4 Et Tacitus senator, cum rumor emerisset illum Imperatorē esse faciendū, discessit, atque in Baiano duobus mēribus fuit: & hinc deductus, senatuscōsulto tanquā priuatus interfuit ex quo Imperator fuit c.

b Iulius Cæsar  
pitol. in Aelio  
pertinace.

c Flauius  
Vopiscus, in  
Tacito.

5 Diocletianus et Maximianus ob perturbationes animi vel ob defectū ætatis, vno die, hic Mediolani, ille Nicomediæ, vltro purpura deposita, imperio se abdicarunt, d renunciato imperio generibus suis.

d Orosius lib.  
7. c. 17.

Es 2

Sunt qui dixerint eos per insaniam, & furorem imperium abieciſſe aduerſus Chriſtum, quòd ob conſtantiam martyrum, nomen illius extirpare, & tollere non potuiſſent.<sup>a</sup>

<sup>a</sup> Nicephor. Callix. lib. 7. hiſtoria ecclēſiaſtica ca. 20.

<sup>d</sup> Herodo. in 7.

6 Cadmus cùm tyrannidem Coorum à patre Scyteo accepſſet, fatiſ validam, nullo aduerſo caſu, ſed ob iuſtitiam, ſua ſponte in media ciuitate depoſuit, atque in Siciliam habuit: vbi vnà cum Samiſis urbem Zanciam, quæ poſtea dicta Meſſana, incoluit. <sup>b</sup> Timoleon noluit iuſtè nouam tyrannidem inſtituere: hic Cadmus inſtitutam, noluit iniuſtè retinere. Et ita plures magnifici, & non ſatis laudati viri, nauata ſtrenuè opera pro republica, accepta ſumma poteſtate, cùm poſſet armati inuitis, & volētibus plerūq; populis imperiū ſibi, & ſuis retinere: iuſtitia præſtatiſſima vſi, ſe imperio ſponte abdicarunt.

<sup>c</sup> Diogenes Laer. in eius vita. Valerius Max. li. 6. c. 5.

<sup>d</sup> Ziu li. 3. 4. e lib. 26. hiſtoria.

7 Vt Pyrracus Mitylenæus, cuius aut meritis tantum ciues debuerunt, aut moribus crediderunt, vt ſuis ſuffragiis tyrannidem deferrent: tandiu imperium illud ſuſtinuit quoad bellum de Sygæo cum Athenienſibus gerendum fuit. Poſtquam autem pax victoria parta eſt, continuo reclamantibus Mithylenæis, depoſuit: ne vltra quàm neceſſitas exegerat, permaneret. Ter etiam Q. Cincinnatus dictator factus, ſtatim vbi expediuit negotia, ob quæ creatus erat, dictatura ſe abdicauit: primum dum creatus fuit contra Sp. Melium affectantem imperium, & poſt rem exploratam ſumpto de eo ſupplicio: Secundò cùm Minutium conſulem in Alcido ab obſidione liberaſſet hoſtium: & tertio cōtra Fidenates. <sup>d</sup> Præclarum & illud quod P. Louius refert, de Andrea Auria. Qui poſtquam Genuam patriam agitaram viciffitudinibus Fregoſiorum, quibus Galli, & Adurniorum, quibus Cæſar fauebat libertati reſtituiſſet, cohortantibus ciuium quibuſdam primatibus, vt dominationem ciuitatis quam bona fors offerebat, ſuſcipere vellet: mira animi integritate, atque conſtantia renuit, cùm diceret ſibi exactæ prope ætatis ſeni, & fatiſ opulento, nulliſque innixo liberis, ineptum fore principatus nomen: fatiſque eſſe, & multo glorioſius, id donum patriæ dedicare.

<sup>f</sup> Eginartibus Cancellarius Caroli Mag. in vita Caroli Aymon. libr. 9. 4. de geſtibus Francor. c. 60. & in annali. Caroli Martelli. Pipini. & Caroli Magni in anno 746.

<sup>g</sup> Iohan. Magnus lib. 12. ex Procopio. h. Iuſtinus ex Trogo lib. 3. Plutarchus in Lycio.

8 Carolomanus, filius Pipini, Caroli Magni frater, relicto regno: & abiurato quod ſibi ex diuifione exuniarum Childerici depoſiti, & ex morte Pipini patris delatū fuerat, omnino ſe ab eo abdicauit, vt credi fas eſt, conſciētia quod uſurpatū videretur ſuper gentē Merovingorū, cuius erāt reges, et Hildericus, atq; monach<sup>9</sup> S. B. factus eſt.<sup>f</sup>

9 Odo quidā ſiue Eudo quidam cognomine Magnus cùm Monarchiā Gallicā inuaſiſſet, teſtamēto tamē legitimo heredi reddi mādauit. Sed Hugo Capetus comes Pariſienſis, præripuit, regibus Caroli M. hæredibus expulſis. Nihilominus tamē poſtea, & Robertus Hugonis filius de ea monarchia vt uſurpata reſtituēda piè cogitauit.

10 Vraia etiā Poſt Vitigē Gothorū regē patruū bello captū quē Belliſſarius Conſtantinopolim miſerat, cùm ei Gothi ob ſingulares virtutes, regnum deferret: minit<sup>e</sup> à ſentiri voluit: affirmabat enim quanquam capturus eſſet Vitiges patruus, tamē quia legitimus Gothorū eſſet rex, locū eius dū viueret, quia iniuſtè id fieret, ſe nō eſſe occupaturū. II. Lycurgus cū Polidectæ fratri ſuo Spartanorum regi ſucceſſiſſet regnumque ſibi vendicare potuiſſet Charilao filio eius qui natus poſthumus fuerat, cū ad ætatē adultā veniſſet, regnum

ſūma fide reſtituit, vt intelligeret quāto pl<sup>9</sup> apud bonos pietatiſ iura opes valerēt. Quā excelsus animus horū virorū, qui cū poſſent ſibi regnū retinere & imperare: maluerūt ſubiici iuſtè, quā iniuſtè regnare.

<sup>i</sup> Iuſtinus ex Trogo lib. 3. Plutar. in Ly mo.

12 Quibus addere non prætermittā Cinnani memorabile ſimile factum, Cum enim Artabanus Parthorū rex, cōiuratione regno pulſus, cum amicis & familiaribus ad Izathem Adiabenorū regem veniſſet & Izates pro eo ſcripſiſſet ad Parthos, ſuadens vt ſuum regem reciperent, Parthique ſe id poſſe negaret, quod iam principatū dediſſent Cinnano: Cinnanus voluntate procerū cognita, cum eſſet alumnus Artabani, ſcripſit ei, vt accepta à ſe fide reuenteretur, & obuiam profectus, adorato eo, & regis appellatione ſalutato, diadema ſuo capiti detractum impoſuit.<sup>a</sup>

<sup>a</sup> Iosephus lib. 20. antiquitatum c. 2.

13 Mirabilis adhuc Genutij Cippi prætori paludati magnanimitas: cui portā egredienti, noni & inauditi generis prodigū incidit: nam in capite eius ſubito veluti cornua emerſerūt, reſponſumque eum regem fore, ſi in urbē reuertiffet: quod ne accideret voluntariū ſibi met ac perpetuum indixit exilium. digna pietas, quæ quod ad ſolidam gloriam pertinet, ſeptem regibus Romanorū antiquis prælata eſt.<sup>b</sup>

<sup>b</sup> Valer. Maxim. lib. 5. c. 6. Ouid. lib. 15. Metamorph. Plin. lib. 11. c. 47. ubi tamen pro fabula habet, quod conſtanter Valerius nihilominus affirmat. c. Iudicum c. 8.

14 Noluit etiam, Gedeon præſtatiſſimus dux Hebræorū, poſt illam victoriā inſignem de 135. millibus Madianitarū partā, poſtulātibus Hebræis vt ipſe & poſt eum filius & nepos eius imperarent, acquieſcere: dicens eos habere Deum dominum et regem, et ita priuatus domi vixit.<sup>c</sup>

15 Gelon cum Himbrenſi pugna, deuiciſſet Carthaginēſes, vniuerſam Siciliā ſub imperiū ſuum coegit: poſt nudus in forū progreſſus, affirmauit, ſe ciuibus imperium reſtituere: qui reuebant experti eius humanitatē, quia videlicet popularior eſſet, quàm pro poteſtate monarchæ. & ideo propter hanc cauſam in Sicilia, ſimulachrum eius in delubro Iunonis poſitum fuit, & pictura factum Gelonis ante oculos ponebat.<sup>d</sup>

<sup>d</sup> Aeliā. lib. 6. de varia hiſtoria.

16 Ad iuſtitia quoque pertinere videtur exemplū Sabacci Æthiopiū regis, qui exactis quinquaginta annis, quibus regnū Ægypti occupauit, cū viſus ei fuiſſet Deus ſeu idoliū quod Thebis colebatur dicere, regnū eius in Ægyptios neque ſcelix neque diuturnū futurū, niſi ſacerdotibus omnibus Ægypti occiſis, per media ipſorū cadauera cum ſuis tranſiret, & ſomnū illud ſæpius ei oblatū fuiſſet, omnes vndiq; ſacerdotes conuocauit, narratiſque quæ per ſomnū acceperat: nolle ſe dixit in Ægypto manentem, alicui perniciem ſtruere, ſed malle purum omnique ſcelere ſolutum, ab Ægypti regno abſtinere.<sup>e</sup>

<sup>e</sup> Diodor. Sicul. ut Herodot. in 3.

De ijs qui propter onera, & inſtantiam rerum humanarum, noluerunt vel recuſarunt imperare.

## CAPVT II.

Sunt plures ſapientes viri, qui ſe ſubducunt & abſtinent à regenda republica: habēt ſatis, quia alienæ ſtultitię mederi nō poſſunt, ſi ipſi ſaltē ſint in tuto. veluti qui effuſū in plateis populū, cū ab imbribus ad tecta reuocare non poſſunt, conſulte agunt qui ſemet intra tecta continēt. Sic eum Periander Corinthius, qui initio populariter

Ee 3

profectus cōtra Dionysium, ait quantumcumq; progredi posset, satis regebat imperium, versis moribus tyrānicè agere cœpisset: id simulatq; cognouit Pittachus Mytillenus, qui voluntate ciuium suorum iam per decennium imparauerat, diffusus de sui ipsius animi cōstantia, Magistratum deposuit: Percunctantibus deinde quibusdam, quæ gratia fugisset imperium, respōdit *ὅς καὶ ἐπὶν ἰσοθλῶν ἐρμηνεύει*: quod admodum arduum esset probum esse, propter mutatum videlicet Periantrum, hunc tamē notauit Solon, addito suo apophthegmate *χαλεπὰ τὰ καλὰ* ardua esse & pulchra. <sup>a</sup> Recte sane vterq; iudicauit. Neque tamen Pyttacus reprehendendus, qui vires suas nouerat, atq; non omnibus datū esse tantum onus sustinere. Et facile quidē est pingere & describere boni principis imaginē & quæ illū pati expediat: at multum difficile est, bonū principem agere: & quæ exiguntur huic muneri, syncerè atq; incorruptè exequi. Virgilius cum Æneā descripsit, imaginem quandā viri prudentis fecit, qui inter varia pericula, ratione & cōsilio omnia vincit. Verum addit, illi, Deos, vt vocat more Paganico, rerū secundarū gubernatores, cū res geri nō possint magnæ, nisi fatis fortunantibus & gubernantibus. id est sine Dei auxilio. Atq; finxit indignos casus, vbi, contra quā merebatur virtus, quidā perueunt, sicut Pallas apud eundē, & qui fortuna & secundis rebus facti fuerant audaciores. vt Eurialus & Nisus, qui humani generis miserā referunt, refert & alios male perisse qui abusi fortuna fuerint vt Mezentium. additque <sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Diogen. in 10.

<sup>b</sup> Virgil. in 10. Æneid.

*Nescia mens hominum fati sortisque futura,  
Et seruare modum rebus sublat a secundis.*

Quæ omnia Probus vir exactè considerans, facile ad cōtemptum dominationis, & imperandi, ne sibi & aliis in damno sit, induci potest.

<sup>2</sup> Quare & ipse Solon qui Pyttachum reprehenderat, acuratius rem considerans, delatam sibi à ciuibus suis tyrannidem recusauit <sup>c</sup> & parui aut nihili fecit. quod ex eo, reprehensus fuerit, vt liquet ex versibus Græcis trochaicis in eum compositis apud Plutarchum qui sic Latine loquuntur.

<sup>c</sup> Plutar. in sua vita.

*Non fuit Solon prudens, neque consilio praditus vir.  
Bona enim cum Deus dedisset, ipse non accepit.  
Cumque circumdedisset prædam, hilaris non attraxit magnam.  
Recte: tum animo aberrans, tum consiliis falsus.  
Voluisset enim potentiam consequutus, magnis opibus acceptis,  
Et potitus Athenarum imperio solum diem vnum,  
Viris in morem postridie excoriari, ac totum genus suum conteri.*

Nec certe ideo Solon, quod ita ab ambitioso reprehensus est, imprudens dicendus, sed reprehensor vt delirans: quique nesciret quid regnum esset: quod & indicant postremi versus, quibus iuxta stultitiam suam & ambitionis mentem, censebat idē existimaturum eum quod ipse mallet: non enim vtilitatē populi, nō vires suas si idoneæ essent ad regendū perpendebat. Tyrānicus est animus, velle sui ipsius causa & ambitionis regnare, sed amentis est velle vnum tantū diem regnare, & postea pati sine sui & reipublicæ vtilitate. Potius Dion ille fuit laudandus, qui mortem contemnebat, si modo nocere potuisset tyranno Dionysio posteriori. Ille enim cū paucis militibus

id sibi fore, vt si vel parū ipsius terræ inuasisset, pulchrū iam sibi mori existimaret <sup>a</sup>. Quid autem stultius, quam velle morte aliquē oppetere sine vlla vtilitate, publica aut priuata, vt falsam sui memoriā reliquat? cuius stultitiæ fuit vt refert Horatius inanis ille Philosophus Empedocles, de quo canit.

---Deus immortalis haberi

*Dum cupit Empedocles, ardentem feruidus Æthnam* Insiluit.

Forfan Gordianus illa ambitione reprehensoris Solonis vsus est, dum in seditione & rebellione Africæ, non ægrè delatū suscepit honorem imperatoris, quamuis timeret Maximini crudelitatem: existimans cum esset iam exacta ætate, minimè periculū recusandū, quin si res ita depolceret, etiā imperatoris honoribus immoriendū <sup>b</sup>. Solon prudentissimus, non contempsit reipublicæ regimen: si quidē vt narrant in eius vita Plutarchus & Diogenes Laertius, legibus suis illud ipsum subiuit: sed tyrannidē abhorruit, quam & in Pisistrato eā occupante damnauit. Sciebat & ille quæ ad reipublicæ gubernacula necessaria sunt, difficilia, maximi & oneris & laboris. Quemadmodū et ille rex de quo meminit Valerius Maximus <sup>c</sup>, qui tradito sibi diademate, prius quam capiti suo imponeret, retento eo et diu considerato dixisse fertur, *ô nobilem magis quam scelicem pannum!* quem si quis penitus cognoscat, quam multis sollicitudinibus, periculis et miseris sit re-fertus, nec humi quidem iacentem, tollere vellet.

<sup>a</sup> Aristotel. 5. Politic. c. 10.

<sup>b</sup> Herodiam. in 7.

<sup>c</sup> Lib. 7. c. 2. & Stobæus sermo. 47.

Ea causa Antiochus à L. Scipione vltra Taurum montē imperij finibus submotus, cum Asiā prouinciam vicināque ei gentes amississet: gratias agere populo Romano non dissimulāter tulit quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis vteret <sup>d</sup>.

<sup>d</sup> Valer. Max. lib. 4. c. 1. Cicer. pro Deiotaro.

<sup>3</sup> Maior quies & tranquillitas animi probo viro in priuata vita, & sua negotia curando, quā imperare duræ ceruicis & impiis subditis, ratione quorum cogitur princeps bonis ægrè seruire: quod nos docet parabola recusati regni in libro Iudicum <sup>e</sup>. Ligna enim cum vellent sibi regem cōstituere, adierūt oliuam, & dixerunt impera nobis: quæ respōdit, nūquid possum deserere pinguedinē meam, qua & Dij vtuntur & homines, vt inter cætera ligna promouear? Reiecit & ficus, nolens deserere dulcedinem fructus: noluit & vitis ideo relinquere vinum suum, quod lætificat Deum & homines. acceptauit autem regnum Rhamnus, sed cum cōminatione tyrannidis tantum.

<sup>e</sup> c. 9. vers. 8.

Abstinuerūt à fastu imperij plures antequā illud gererent, alij iam experti molē eius, illud depoluerūt, vt tanquā ex maris iactatione ad tutissimū perueniētes priuata vitæ portū. Verè excelsi est animi inter voluptatis illecebras apparentes, & opes fluxas & fucatas aliqua falsa dulcedine honoris, iudicare de malis quæ ibi latēt & se posse eximere à cathenis aureis quibus magnatū misera cōditio, si bene confideretur, adstringitur, vt certe non magis in eo statu viuere quā mori credantur, tot agitati curis & plerūq; inutilibus, vt illinc sapiētes videantur, qui inde se retraxerint. Memorabile hic adscribā hac de re Similis iudicium: qui deposita palatina prefectura sub Adriano Cæsare, quæ erat dignitas Augustorū magnitudini proxima, in agro per septennium priuatus vixit, & tumulo suo inscribi iussit.

*Hic similis iacet, cuius atas multorum fuit annorum, & tamen ex ipsis septem solum vixit.* Annorum enim multitudinem in mortis sorte computauit: solos paucos quos in priuato otio degerat, ad vitam referens.<sup>a</sup>

<sup>a</sup> Fulgofius li. 4. c. 1.

4 Sublato Antonino Cæsare primo, electus est Audentius vir militaris, præfectusque non improbus: sed ille senectutem excusans, renuit imperium.<sup>b</sup> Ita occiso in Persica pugna Iuliano, cum in interregnum venisset imperium, & magnis precibus actum fuisset apud Sallustium Palatinam præfecturam sustinentem, qui non solum diligens, sed audacis animi vir erat, vt imperij honorem sustinere vellet, renuit, parum prosperam valetudinem, seniumque excusans.<sup>c</sup>

<sup>b</sup> Herodian. in 4.

<sup>c</sup> Ammianus Marcellinus.

Vt & mortuo Arnulpho Imperatore, Otto Saxonix dux, rebus gestis, & sanguine nobilissimus, summa prudentia, procerum Germanorum concursu salutatus Augustus, ætatis excusatione vsus est, & tanquam ob senectam inualidus renuit imperium, & persuasit vt.

<sup>d</sup> Paul. Ac milius de gestis Francor. lib. 3. <sup>e</sup> Siffriodus presbiter lib. 1. epitomes histo.

Corradum Sueuix ducem, designarent Augustum.<sup>d</sup> Paulò aliter quanuis narret Siffriodus, qui post mortem Ludouici P. I. Imperatoris anno 917. ait, Teuthonicos Ottonem de Brunuich ducem Saxonix regem sibi postulasse, sed ipsum ob senectutem recusasse, & rursus in anno 924. tradit Henricum dictum aucupem filium prædicti Ottonis, renitente electum fuisse dum caperet auiculas, vnde & dictus auceps.

5 Apud Venetos Iohannes 3. dux, non paucis rebus foris & domi præclare gestis, cum morbo laboraret, Petrum Candianum sibi subrogari petiit, atque sua manu insignia tradidit: & eo defuncto, rogatu populi per aliquot annos principatum rexit. postea in priuatam domum reuersus est. id ipsum fecit eiusdem populi præclarus dux Sebastianus. Cianus postquam rexisset principatû per viginti 2. annos.<sup>e</sup>

<sup>f</sup> Egnatius lib. 4. de Venetorû principi. c. 1. <sup>g</sup> Fulgofius lib. 4. ca. 1.

6 Amuraces Turca, dimissa regni sui cura filio, priuatam vitam egit.

<sup>g</sup> Cuspinian. in Auito.

Auitus post Valentinianum imperator à Senatu electus, paucos dies tenens imperium vltro secessit s̄ Placentiam, ibique episcopus est ordinatus. Ionad Zutum patrem Atheniensem regem dicebat se potius cupere manere in templo Apollinis, vbi vitam agebat quietam, & tranquillam, quam Athenis esse regem & dominum: vbi ipsi tum inter pericula, tum curas & labores viuendum esset perpetuo.<sup>h</sup> Raticifius ira rex Langobardorum fortis, deposito regno monachus factus est.<sup>i</sup>

<sup>h</sup> Euripides in Ione.

<sup>i</sup> Sabellicus.

Michael Imperator Orientis, cognomento Curoplates, qui post Stauratium imperauit, Leoni Armeno curam imperij sponte reliquit.<sup>k</sup> Manuel quoque Alexio, monasticam vitam sequutus: item Iohannes Catacuzenus, qui successit Andronico iuniori. Et Petrus rex Angliæ dimisso suis regno, priuatam vitam in paupertate Romæ egit.

<sup>k</sup> Constantinus Manastes in historia Michaelis Imperatorum.

Ludouicus Thuringiæ Landgravius, vir armis clarus, iustitiaque insignis, Imperator electus, electione de se facta vt noluit, causatus se literas nescire, re vt dicebat imperio necessariam, vt scrib. Pi<sup>o</sup> Pötif.

*De renunciantibus principatui ob quendam metum.*

CAP.

**M**etus & odium, regnorum, & principatuum comites sunt: & qui impatiens horum est, rectius facit, si relinquat potestatem exemplo aliquorum principum.

*Regnare non vult, esse qui inuisus timet.*

*Simul ista mundi conditor posuit Deus.*

*Odiū atque regnum. vt ait Seneca.*<sup>a</sup> Et rursus,<sup>b</sup>

*Odiū qui nimium timet*

*Regnare nescit: regna custodit metus,*

*Quisquam ne regno gaudet! ô fallax bonum,*

*Quantum malorum, quam fronte blanda tegis*

*Vt alta ventos semper excipiunt iuga,*

*Rupemque saxis vasta dirimentem fre. a*

*Quanus quieti verberant fluctus maris:*

*Imperia sic excelsa fortuna subiacent.*

& iterum

<sup>a</sup> Seneca in Thebaida.

<sup>b</sup> in Oedipo.

Quamobrem Perseus apud Liuium<sup>c</sup> ait, conuenire inter omnes, nec turpius quicquam esse, quam sine certamine cessisse regno: nec præclarius quicquam quam pro dignitate ac maiestate, omnem fortunam expertum esse.

2 Dion Cassius refert,<sup>d</sup> Octauium Cæsarem Augustum nepotem, & adoptiuum Cæsaris, hæredem regni & fortunarum à Cæsare institutum, vt adolescentem & rerum imperitum visum M. Antonio in secundis tabulis cum Cassio, & Lepido, & D. Bruto hærede instituto: eò quòd hæreditatem Cæsaris, vt difficilem, ac quæ teneri facile non posset, repudiare voluisse: ipso Antonio quasi hærede facultati,

& potentix Cæsaris omnia regente. Atque iterum idem Dio<sup>e</sup> & Zonaras<sup>f</sup> scribit, Octauio volenti ita cedere imperio, Agrippa id ipsum sualisse propter varias in republica gerenda difficultates, quarum aliquæ referuntur. Prima, circa pecunias cogendas, & nutriendos exercitus. Secunda, circa iudicia reddenda, & puniendâ delicta.

3. quòd plures viri nobiles, vni regnanti infesti solent esse, & ad illos reprimendos varius inhæreat labor. 4 Rempublicam Græcorum, & Romanorum, olim bene per Democratiam fuisse gubernatam.

5 Magis principi vni die ac nocte esse laborandum: nunquam eum esse sine molestiis, turbam magnam & comitatum, expensarum esse ansam. sexta, adultores potius ad perniciem, quam ad salutem: stipatores proditores, septima non posse erga omnes beneficio vti, cum omnes petant. octaua, nullam ibi esse securam vitam. Citantur in exemplum, Marius, Sylla, Metellus, initio rerum potiti, qui à dominatione abstinentes, pericula euitarunt: vt contra Cinna, Cato, Marius alter, Pompeius imperium affectantes miserè perierunt, & Camillus in exilium missus est, & Scipio. His addit Agrippa alia similia iura, quibus Octauius iam perterritus, se omni potestate abdicare parabat: nisi aliis rationibus Meccenas eques contrarium persuasisset.

3 Illæ autem sunt, primùm, quòd vnus viri sapientia, ad reipublicæ salutem pertinebat, vt quisque quod decet, consequatur.

2. Democratiam plenam esse seditionibus, cum potentiores ad priuatum aspirant, & infirmiorum operas mercede conducant.

3. quod

3. quòd imperium deponentes, sint expositi iniuriis inimicorum, quos in potestate irritauerunt, quod emicuit in Sylla, qui cum sponte dictaturam deposuisset, iniuria affectus, dixit ex hoc futurum, ut nemo se in posterum tam facile sua potestate abdicaret. Quibus confirmatus Augustus Imperatoris nomen accepit, non quale olim propter victoriam tribui solebat, sed quo summa imperij in vnum referebatur, quod delatum erat Iulio patri, verum hanc electionem fecit, non nisi vtrinque & maturè librata sententia.

4. Nam ut dicebat apud eundem Dionem Gabinius Tribunus plebis, respondens exculationi fictæ Pompeij, de sumendo imperio triennali contra Pyrratas: bonus vir imperij cupiditate tenetur: sibi ve grauium negotiorum curam exoptat: & in huiusmodi re expedit, munus impositum inconsideratè subire, ut tutò id ipsum liceat exequi. Multoties enim temeritas in se aliquid recipientis præpropera, in rebus agendis damnum adfert: contra accurata consideratio ab initio adhibita in actionibus, perdurat, omnibusque emolumèto cedit.

5. Heluium pertinacem, quanuis animo esse forti, & constanti videretur, electum præter voluntatem in Cæsarem, tamen valde præsentia territabant. non de salute sua valde sollicitum, quippe aliàs grauiora pericula contempserat: sed repentinæ tyrannidis mutationem animo versantem, nobilitatè que nonnullorum Senatorum reputantem, quos minimè passuros arbitrabatur, post Imperatorem generosissimum recidisse principatum ad hominem priuatæ, atque obscuræ stirpis: a præsenferat ipse quod & breui contigit, se futurum ob probitatem inuisum militibus, prædis, & sceleribus assuetis, à quibus 85. ab imperio adepto die, obruncatus est. Tiberius multa etià timuit, quæ ex ambientibus principatum inferri possunt dum se spe fraudari vident, militum quoque contrarias petitiones, & ipsum onus imperij: & tandem quasi coactus & quærens miseram & onerosam sibi iniungi seruitutem, recepit imperium: nec tamen aliter quàm vt depositurum se spem quandoque faceret. Ipsius verba hæc fuerunt dum veniam ad id tempus quo vobis æquum possit videri patres, dare aliquam senectuti meæ requiem.<sup>b</sup>

6. Dionysius Iunior tyrannus Siciliæ, cum iterata conspiratione Syracusis obsideretur, deposito imperio arcem Syracusanis cum exercitu tradidit, receptoq; priuato instrumento, Corinthū in exilium profectus est: ibi humillima quæque tutissima existimans, in sordidissimum vitæ genus descendit, & nouissimè se ludimagistrum professus est.<sup>c</sup> 7. Macrobius in somniū Scipionis Ciceronis, dū de pœnis inferiorū quas etià Ethnici credebāt, agit, subiicit, atrā silicē lapsurā semper, & cadētī similitē illorū capitibus imminere, qui arduas potestates, & infaustā ambiūt tyrannidē, nunquā sine timore viuētes, & cogētes subiectū vulgus odisse dū metuat qui semper sibi vidētur exiliū quod merentur excipere. additque exemplum Dionysij aulæ Siculæ inclemētissimi incubatoris: qui gladiū à vagina raptrū à capulo de filio pendente, inter Siculas, & tyrannicas copias, iussit clā suspēdi familiari qui beatā vitā tyrannicā dixisset: reipsā ostēdens ei, vitā tyrāni sub perpetuo metu miserā, & impendentū periculorū plenam, quæ obliuisci dulcedinis principatū tyrānū facerēt. Terrētur minimis pauorib. tyranni, & qui

a Herodian. in 7.

b Suet. Trāquil. in Tiberio. c. 24. & 25.

c Iustinus lib. 21. d. lib. 1. §. 10.

iā sibi metuūt, quēadmodū cū in motu ciuili Camill<sup>9</sup> non dubitans Cæsare etiā citra bellū posse terreri, contumeliosa minaci & cōtumaci epistola, cedere imperio ei iussit, vitāq; otiosam in priuato agere, ipse autē dubitauit adhibitis principibus viris, an obtemperaret.<sup>a</sup>

8. Qui principatum democraticum maxime vel monarchicum recuserunt, vel deposuerunt habitum, nullo metu maiori concuti poterunt, quam ingratitude ipsa populi, cui benefeceris, pro bonis enim mala retribuere solet. Nemo enim ignorat, quoties Moyses, qui bene ex Dei voluntate & diligenter curabat imperium sibi commissum, furori populi cedens, etiam se recipere in tabernaculum<sup>b</sup> Dei coactus fuerit. Et quomodo mitissimus omnium Christus, rex regum post sanitates & infinita in populum suum collata beneficia, & postquam agnitus est in regem & exceptus cum illo preconio, *benedictus qui venit in nomine Domini*, quot insidias, & quam contumeliosam mortem passus ab eo sit. Plures experti sunt, vt ait Pausanias, c, illud præclare dictum, hominem nimis reipublicæ administrationi addictum, & populari cura fidentem, haud vnquam sceleriter diem extremum claudere. Quod firmavit exemplum & responsum Phocionis: is enim qui Atheniensibus præfuit imperatorio munere quinquies & quadragies, & ob vitæ integritatem bonus dictus, fuit insimulatus proditionis Pyrræi, cum ad supplicium vltimum damnatus deduceretur, atque Emphyletus quidam eius olim familiaris obuius ei dixisset lacrymans, o quam indigna perpeteris Phocio, respondit: at non inopinata: hunc enim exitum præclari viri Athenienses habuerunt.<sup>d</sup> Quare multi sapientes qui indomitam hanc popularem bestiam sibi proponunt, quæ beneficiis acceptis potius irritatur quàm mitescat, malunt à reipublicæ honoribus abstinere quam prætextu honorum aut cuiusdam apparentis lucri, se tot miseris quibus abundat implicare.

9. His omnibus, qui adiunxit considerationem varietatis & incōstantiæ rerum humanarum, quæ in vno statu consistere nequit cū ludibrio fortunæ, mauult ab honoribus imperio & potestate abstinere, vel non acceptando vel sponte deponendo, quam ex culmine in imaturpiter decidere, quo nihil potest grauius hominibus magnanimis, & præstantioribus & quā iam in honore vixerunt, accidere, communia hæc possunt esse monarchis temporalibus seu secularibus & spiritualibus. Sic Darius, multi Cæsares & monarchæ, quorum numerus infinitus, de sede deiecti miseriam captiuitatem, infinita alia ludibria, conati sunt post splendorem imperij pati, in triumphum pro præda quidam ad currum alligati, alij canea conclusi, alij mancipiorum viliū, & canum instar sub mensa ossa quærentes, habiti, multisque casibus alij humanis præter expectationem suam grauius afflicti, quos æquaminitè tulissent si in priuata vita remanentes nunquam fuisset dulcedinē principat<sup>9</sup> antea experti. eadē aleā subeunt Summi P. prælatique alij ecclesiastici. Sic Iohannes 13. Pont. Max. per seditionem populo Romano commoto in vinculis habitus, miserimè diem obiit. Contigit & captiuitas Bonifacio viij: qui antea intrepide Macronem ecclesiasticum non dubitauerat in regem Galliarum eximere, & magna confidentia se vtriusque gladij secularis seu temporalis & spiritualis potestatem habere constitutione publicauerat. Et Gregorius

a Suetonius in Claudio c. 35.

b Numerorū cap. 16.

c lib. 1. in Astion dū & De mothe agit.

d Amulian. Probus in vita Phocionis.

e Fulg. lib. 6. cap. 12. vide Platinam. f Platina in e.

7. qui ante coegerat Henrichum 3. imperatorem nudis pedibus ad se Cannusium venire, vidit suam ciuitatem à Normanis incensam, & aduerfarium antipapam aduersum se creatum Clementem: nec postremo cōtigit ei in vrbe vbi dignitatis fuerat fastigium adeptus, mori<sup>a</sup>.  
 Quam acerbā quoque mutatio Ioh. 23. post multa perpeffa, à cōcilio Constātienfi pōtificatu, quem per quadrienniū tenuerat, depositus.<sup>b</sup>  
 Quis non miretur Crœsi & Polycratis regum summum fœlicitatem, momento ad inferiorem infœlicitatem corruisse. Quis est qui nō pauet ad sortem Amphitryonis, mactati ad aram per Lyconem, quem Euripides in Hercule furente introducit sic loquentem

Ὀράτε μὲν ὄπισθε τὸν περὶ τὸν βραχίονα  
 Ὀνομασάμενον, καὶ μὲν ἀφείλεθ' ἠδύρην  
 Ὅπισθε πλερὸν πρὸς ἀσπὲρ ἡμέρα μάτι.

*Aspice me, qui eram conspicuus mortalibus  
 Præclara peragens, & me deiecit fortuna  
 Veluti plumam ad æthera vna die.<sup>c</sup>*

c. vide alias fortune varietiones apud Val. Max. lib. 6. cap. xj.

Sunt alia exempla infœlicitatis principatus quæ omitto, nam si oporteret principum varias agitationes casus & miseras sigillatim recensere, volumen magnum retexendum esset, vix enim quisquam bonus aut malus fuit princeps, quem eas tanquam imperij comites, ferre nō oportinerit: aut ob inuidiam ambientium, aut per iugritudinem subditorū, aut ex rerū vicissitudine, quæ in rebus excelsioribus potētīæ suæ potius robur exerit: nec parcat sexui aut dignitati ipsarum fœminarum, quarum vnum pro omnibus exemplum sufficit Olimpiadis, quæ fuit filia Neoptolemi regis Epirotarū, soror Alexandri eius qui expeditionem in Italiam fecit, vxor Philippi qui omnes qui ante ipsum in Europa regnarunt, potestate superauit: mater Alexandri magni, qui plura optimaq; gessit, & que per se optima erat, pluribusque beneficis imperium affecerat, dignitate conspicua: & tamen misere trucidata, iussu ambientem imperium, nempe ab Alexandro Angtipatri filio, & Cassandro post mortem Alexandri magni filij.<sup>d</sup>

d. Diod. Sic. lib. x.

e. c. j. de renūciatio. in sext. f. l. inuito, de regul. iur. P.

g. l. si quis in conscribendo,

C. de episc. & cleric. & l. si quis. C. de pac.

h. c. nunc autem. 21. distin.

i. ut habetur in Chronicis.

Ioh. And. ad c. uni. de renū.

in sex ad verbum, videbatur, Iohannes antiquus glossator in glossa magnacanonis non aut 7. q. 1.

k. ca. nisi cum pridem. c. admonet de renū.

spā.

io Cæterum nihil prohibet, quominus electi ad principatum vel in principatu iam constituti, possint recusare vel deponere ipsam: siue sit pontificatus summus<sup>e</sup>, siue imperium, siue regnum, siue alius principatus ex electione vel successione delatus, vel alio modo quæsitus inuito enim beneficium non datur<sup>f</sup>, & sui iuris renunciatio cuique permiffa<sup>g</sup>. Sic Celestinus v. eiurauit papatum, cui successit Bonifacius viij. & Marcellinus cui successit Marcellus<sup>h</sup>. Item Clemens, cui successit Linus, & eo mortuo Cletus, & rursus eo mortuo Clemens<sup>i</sup>. Habentur autem istæ renunciaciones legitimæ, si fiant vt oportet, vt si renunciantes habeant superiores in manibus eorum, & ex eorum licentia & autoritate.<sup>k</sup> Renunciat Summus Pontifex coram collegio Cardinalium imperator vero debet renunciare in manibus Papæ, qui sibi superior est, non in manibus electorum. Rex autem qui superiorem non habet, nec per electionem habet imperium, sed vel quia sibi quæsiuit vel per successionem temporis imperium illud consequutus est, potest libere relinquere principatum, & alteri

& alteri concedere cui voluerit dummodo illud non redeat ex lege imperij ad proximum post eum quia tunc ille potior esset.

*De submotis à regno seu principatu, tanquam inutilibus & inhabilibus ad Imperandum.*

C A P. IIII.

EX numero miseriarum principum hæc etiam est maxima, quod vt inutiles ignaui inhabiles, incapaces priuentur potestate & dignitate, & in priuatorum numero reliquum vitæ tempus aliquando cogantur peragere: & quod grauius est, prætextu harum occasionum, regna, principatus, imperia ab ambitiosis iniustissimè inuadantur. Michael Senior Imperator orientis, prius consors factus à Theodora Imperatrice, dehinc ea mortua ab eunuchis imperio præfectus, hac conditione vt titulo tenus Imperator esset, illi vero administrarent: tanquam inutilis visus à patriarcha & senatu Constantinopolitano, & in ordine factione Comneni, cum vix annum rerum potitus esset redactus est.<sup>a</sup> Alius Michael Constantini duce filius, à fame quæ sub eius imperio præualuit, parapinaceus dictus, imperio subrogatus, ad administrandum minime aptus, qui rerum cura duobus Eunuchis tradita studiis tantum literarum & versibus faciendis vacabat, imperio fuit priuatus, & eo cum vxore & filio in monasterio transeunte vel detruso, præfecti militares eius, Turcis vndecumque imminentibus velut coacti, Nicephorum Boteniatem, qui originem à Nicephoro Phoca imperatore ducebat, imperatorem sibi delegerunt.<sup>b</sup>

a in epitome vitarum Cesarum.

b in eo. epit.

2 Carolus tertius cognomine crassus imperator & rex, post multas egregiasque victorias clarus, cum ægrotare cœpisset corpore & mente, anno Domini octingentesimo octuagesimo septimo depositus ab imperio est, & deuolutum eius regnum ad Arnolphum, (quem coronauit Formosus Summ. Pontifex.) Caromani filium quod tamen parum fœliciter successit.<sup>c</sup>

c Otto Frisingensis, li. 6. c. 9. & 10. at causam adferunt depositionis, quod non animaduertisset in Normanorum duces captos: sed cum muneribus dimississet in reip. perniciè. Rhegino li. 2. Chronicon. Blon. lib. 2. decur. 2. Sigibermus.

3 Fuit 20. Augusti anni 1400. Vvenceslaus Boennæ rex & imperator, depositus ab imperio per electores, quod negligens diceretur in pace Christiana promouenda quodque permitteret imperium suis membris mutilari, & accepta pecunia, ducem Mediolanum & comitem Papiensem fieri permisisset & creasset, quod membranas plures nudas rasasque, suæ tamen maiestatis sigillo munitas, amicis pecunia vendidisset. In quibus tum illis tum aliis, in quorum manus istius modi membranæ venerunt, sub regio sigillo quæ scribere vellent, licuit: quod non habuisset curam bellorum quæ Germaniam pessundarēt: quod contra iuris normam, & secus quam regem decebat, multas honestas personas neci & pœnis subiecisset. Extat sententia exauthorationis eius & priuationis imperij, in Chronico Iacobi Kongelshonij, & transcripsit M. Alberthus Argentinensis in fine commentarij de Beltoldi à Buchecke episcopi Argentinensis rebus gestis.

4 Hiarnus quidā ob scriptū epitaphium Frontoni 3. Danorū regi, à Danis rex declaratus: deinde fuit propter ignauiā in regno pulsus.<sup>d</sup>

d Saxo. li. 6. dania.

5 Hinc occasionem sumens Dyonisium posteriorem, Dion inuasit, quod eum inutilem putans contemnebat ut ebrium.<sup>a</sup>

6 Contorquent aliqui sententiam, & consuetudinem feudorum quorundam locorum: quod statutum vocans primogenitum, ad feudum antiquum, non habeat locum in primogenito demente, & furioso. <sup>b</sup> Forfan quia regula, qua vocantur eiusdem ordinis homines ad dignitates intelligatur tantum de idoneis.<sup>c</sup>

7 Sanctius rex Portugalliae, iussu Innocentij 4. Alphonso fratri suo regno cessit, quod ineptus esset ad eius administrationem.<sup>d</sup> Hoc pretextu incapacitatis, vel quod non possent per se gerere principatum legitimi principes, à propriis & auitis regnis per ambitiosos priuati fuerunt, celantes interim sub hoc honesto, & verisimili furo, animum ad imperium aspirantem.

8 Hoc pretextu inductus Celestinus, dolis, ut quidam aiunt Bonifacij 8. ambientis dignitatem ad eiurandum pontificatum, ut ait Platina. Sic Arbaces vel Arbactus praefectus Sardanapali regis Assyriorum arrepta occasione, post visum regem inter mulieres nentē, vel pensa distribuentem, indignum esse tali foeminae ferrum & arma tractantes parere, coniurauit cum sociis, & regi suo proditoriē bellū intulit, & regnum occupauit. & ita non tam utilitati reipublicae, quā suae ambitioni consuluit. Siquidem pacata erat respublica, & monarchia Persarum sub regibus voluptuosis, & bene reatum regnum. Nā omnes reges qui post Ninum, & Semiramidem in Asia regnarunt, deliciarum fuisse studiosos, scribit Ctesias: & nihilominus sub talibus regibus durauit monarchia vsque ad Sardanapalum mille trecentos sexaginta annos, ut scribit Diodorus Siculus. <sup>e</sup> cuius foelicitatem & populi tranquillam vitam, ambitiosa regnandi tyrannis Arbaces, sub specie calumniae & vitij, interrupit. Eademque arte & calumnia vsi sunt Carolus Martellus, & Pipinus, maiores domus regum Franciae, atque pretextu quod Childericus more regum Persiae lateret intra palatium, qui nimium, illis fidebat, regnum sibi vsurparunt, tanquam mererentur potius dominari.<sup>h</sup>

Et ut fucum post inuasum regnum facto imponerent, armati consensum dixerunt se habere regnicolarū, qui tamen longē post inuasionem. & distributionem regnorum Galliae inter filios Martelli, accessit: ut & consensus Zachariae Sum. Pont. qui dicitur deposuisse Childericum tanquam inutilem regno, postremum Moreuingorum regem, deposuit inquam, id est, ut notant interpretes, deponentibus consensit. <sup>k</sup> cum tamē & dicant leges, nō esse ideo priuandū rege iure suo, quod sit inutilis, forfan, vel prodigus, sed ei coadiutorem esse addendum: Quemadmodum etiam Bonifacius 8. Summus Pontifex coadiutore non depositione vsus est in c. 2. de supplenda negligentia praetator in 6. vbi cum rex Portugalliae negligens esset, & remissus circa regnum & subditos eius, prodigus & dissipator, & permetteret ecclesias, monasteria, & pia loca regni sui, ipsaque personas ecclesiae grauari, viduas quoque & pupillos, Bonifacius statuit comitē Bononensem, praedicti regis fratrem, qui alioquin post mortē eius ei successurus erat, commendatum, regni fieri coadiutorem tantū, & non deponendū regem. Adhuc haec verba. *Per hoc tamen non intendimus regi,*

<sup>a</sup> Aristot. 5. Polit. cap. 10.

<sup>b</sup> Bal. ad l. 1. C. de summa trinita. & ad

<sup>c</sup> Authentica hoc amplius. C. de fideic. & ad Simulier. si de feudo fuerit cōtrouersia, in v. sibi, feud.

<sup>d</sup> L. ut gradatim. de muneri. & honor. P. fa. c. c. relatum. de clerib. non residenti.

<sup>e</sup> Vasaus in Chronico Hispania.

<sup>f</sup> Iustin. in 1.

<sup>g</sup> Lib. 3. rer. Persiarum. lib. 2. c. 6.

<sup>h</sup> Gregori. li. 8. regest. epist. 21.

<sup>i</sup> Eghinatus in historia C. 4. vol. Mag.

<sup>k</sup> c. alius. & bi. glossa 15. q. 6.

<sup>l</sup> glo. in d. ca. alius. per canonem, quamuis, & c. petisti. 7. quest. 1.

vel ipsius legitimo filio, si quem habuerit, praedictum regnum adimere, sed potius sibi & eidem regno destructioni exposito, ac vobis ipsis (subditis) in vita ipsius regis, per sollicitudinem & prouidentiam comitis prouidere supra dicti.

10 Fuerunt impij simul & regnandi auidi tutores, qui principum minorū principatus, praetextu quod illi inutiles essent regno, ipsi autem sibi vtilis viderentur, perfide interuerterunt, & sibi vsurparunt: quod tamen illis etiam infeliciter successit plerumque. Sic Gelon factus Hippocratis Geloorum in Sicilia tyranni ante urbem Hiblam interfecti, fortitudine bellica clarus, Hippocratis liberis Euclidi & Cleandro tutor datus, ciues quidem rebelles subegit, sed imperium occupauit, Hippocratis liberis deiectis. <sup>a</sup> Philippus regis Amyntae Macedonum filius, pater Alexandri magni, tutor filio fratris sui Alexandri regis datus, diu non se regem sed tutorem pupilli gessit: at sub praetextu bellorū ingruentū, & quod seruum auxilium in expectatione infatis esset, tanquā cōpulsus à populo, regnū suscepit, sed qualis fuerit ambitio, & intētio eius secreta & vera, exitus docuit: quū sibi retinuerit regnum <sup>b</sup> doctentque insuper doli insidiaeque eius quibus vsus est in occupandis aliis nationibus, veluti ex specula quadam libertati omnium Graecorum insidiatus. Siquidem contentiones ciuitatū alebat, & auxilium inferioribus ferēdo, victos pariterque victores subire regiam seruitutē coegit. Et praetextu religionis defendendae & vindicandi sacrilegij à Thebanis in Phocēses commissi Phocensium dux factus, ipse maximus sacrilegus euasit, Phocenses perfide oppressit, & ciuitates eorum hostiliter occupatas dirruit, veditis sub corona sacris omnibus, non sacris, non templis parcens, ut non tam sacrilegij vltor, extitisse, quā sacrilegorum licentiā quāsisse videretur. In Cappacia pari perfidia reges per dolum cepit & occidit: Athenienses rursus cōtra fidē & phocenses, occupauit & subiecit, dardanos finitimos fraude coepit tandē autē per Pausaniam interpellatus de stupro ei illato per Atalum vindicando, nec eo iustitiam concedente, obruncatus fuit.

Voluit hac eadem arte abuti stilico tutor, in sui pupilli Honorij filij Theodosij perniciem & data opera clam vocatis in Galliam Vandalis, rex summam conatus est in Eucherum filium trāsferre, nisi praeventus fuisset ab Honorio, cuius iussu Romē in foro pacis vna cum Eugero filio, & aliis coniurationis sociis trucidatus est. <sup>c</sup> Sed neque senatus Romanus probauit Demetrij rationē, qui mortuos Antiocho fratre rege Syriae, relicto admodum paruulo filio, dicebat aequū esse se regnum petere, quod sicuti iure gentium maori fratri cessisset: ita nunc sibi qui pupillum etate ante sederet, deberi tutius extimante senatu penes pupillum regnum quem tamē impius ille necari potest curauit.<sup>d</sup>

11 Fuerunt & alij principes deiecti principatu, tanquam inhabiles aut indigni ex aliqua vera vel ficta occasione, vi, & ratione interdum aliqua. Sic plures in ecclesia qui indebitē primam cathedram & thronum diui Petri Romae occupauerant, aut per schismaticam electionem intrusi erant, à clero, populo, imperatoribus, regibus, aliisque principibus deiecti sunt, ut scribant Platina,

<sup>a</sup> Hero. in 7.

<sup>b</sup> Iustin. li. 7.

<sup>c</sup> Paulus Diaconus lib. 13. additionis ad Eutropium de vitiis imperatorum Romanorum. <sup>d</sup> Iustin. li. 34.

Omphrius, alique Cronographi. Contra Summi Pontifices, Imperatores, reges, principes, communione ecclesiastica, & principatu priuare missi sunt. Gregorius 3. Leonem 3. Imperatorem Constantinopolitanum imperio simul, & communione priuauit, quod sanctas imagines ex sacris ædibus abrasisset, statuas demolitus fuisset, & de

a Platina in Gregorio. 3.  
b referitur in 22. de senten. & re iudi. in 6

quædam malè sentiret.<sup>a</sup> Priuatus imperio Fridericus per Innocentium 4. in consilio Lugdunensi, b quia sæpe deierasset, pacem inter imperium, & ecclesiam reformatam temerè violando. 2. quia perpetrasset sacrilegium capi faciens cardinales, & alios legatos: 3. quod de hæresi suspectus, quantum difficilibus argumentis, haberetur. 4. quod oppressisset, & grauasset principem, & subditos regni Siciliae, qui de patrimonio ecclesiae sunt. Gregorius 7. Henricum Henrici filium imperio priuauit, quia temerariè manus in ecclesiam iniecerat.<sup>c</sup>

c Platina in eod.

12 Bonifacius 8. priuauit quantum potuit regno Philippum regem Galliae ob detentum suum legatum episcopum Appianensem, quod postea Benedictus xj. audita causa rescidit. d Adrianus 4. Pontifex Max. Guillelmum Siciliae regem qui mortuo Rogerio successerat. & Be-

d Platina in Bonifacio, & Benedicto. 11.

neuentana suburbia Ceperanum, Baucumque in Hernicis de ecclesia occupauerat, graui anathemate notauit, eiusque ditionis subiectos omni sacramento liberauit, qui facilius à rege deficerent, nullo iureiurando adstricti.<sup>e</sup>

e Platina in Adrian. 4.

Et Alebander. 5. Sum. Pont. Ladislaum tum regem potentissimum Hungariae, qui ditionem ecclesiae pontificibus absentibus diu, multumque vexauerat oppidamque aliquot vi occupauerat in consilio Pisano, approbantibus qui tunc aderant, regno priuauit: iusque illud Ludouico Andegauiae duci competere declarauit. f Et cum Ferdinandus quæ in pacis foederibus non præstaret ob non solum vectigal, ante anathemate notatum, regno Neapolitano priuauit Innocentius 8. Maxime inquit in eius vita Platina, Francorum regis literis in primis concitatus qui illud ad se ex legitima successione, & hæreditate pertinere affirmabat. Paulus etiam 2. Summus Pontifex Venetus qui adeptus est sedem circa annum Domini 1364. Georgium Pogebrazium Boemiae regem, publico consistorio de hæresi damnatum anno 1466. regno priuauit, vt ait Palmerius, & regi Hungariae dedit qui vicit Georgium, & filium eius. g

f Platina in Alexan. 5.

g Bonifacius decadis 4. lib. 1. & 3.  
h Genes. 49. & 1. Paralip. 6. 5.

i Genes. 35.  
k ibidem 49. & 34.  
l ibidem 29. ver. 5.  
m ibidem. 49. & 1. Paralip. 6. 5.

De priuatione principatus ob negligentiam, vel inhabilitatem, questio.

CAPVT V.

EX superioribus quæ de facto quidè cõtingerunt, oritur 1. questio: num iure dissipator honorum regni aut negligens, vel inutilis seu insufficientis regno

regno, possit amoueri per summum Pontificem, vel alios ad quos pertinet principis electio.

Et pro parte adfirmatiua quod posset aliquot rationes inferam & probationes, prior, habet ab his quæ iam facta proposita sunt confirmationem, quæ non repeto.

Secundò glossa ad cap. 2. ad verbum regis, de supplen. negligentia prælator. in sex, citat pro hac sententia cap. quod sicut, de electio. sed ibi nihil de hac re. Item cano. monemus, 12. q. 2. sed ibi quoque, nihil de depositione, quamuis dicatur ibi episcopum dissipantem bona suæ ecclesiae, non posse pro illis agere.

Tertiò facit c. l. in si. de officio custodis<sup>a</sup>, vbi si custos ecclesie non fuerit officio suo iuuentus idoneus, & admonitus nõ se emendauerit, submouendus est, & alius ex episcopi discretione subrogandus.

Quartò ex l. 2. de professorib. & medicis<sup>b</sup>. Grammaticos, inquit, Gordianus imperator, seu oratores decreto ordinis probatos, si non se viles studentibus præbeant, denuo ab eodem ordine reprobari posse, incognitum non est. quod & de medico approbato, postea reprobandò à republica responsum est à iuriconsultis<sup>c</sup>.

Quintò adfertur ea: si qui episcopi. 43. §. ecce, 1. q. 1. vbi Gratianus ait, (est enim textus Gratiani.) posse pro negligentia sacerdotali, ab officio aliquem remoueri, & pro hæresi & grauiori culpa. Idem refertur ex consilio Maguntino, in ca. 8. dictum est nobis. 81. distinctio. propter negligentiam suam, presbyteros posse degradari, & detruendi in monasterium ad pœnitentiam agendam, quod & statutum in consilio Cabillonensi cap. 40<sup>d</sup>. Notat & gloss. ad d. cano. dictum est, ad verbum, negligentiam, propter negligentiam, æquè aliquem deponi ac propter dolum vt in cap. 1. 86. dist. & cap. placuit 11. q. 3. cap. quoniam 100. dist. cap. cum ad monasterium de statu monach. l. si quos, de offic. præfect. orientis. l. carceri, l. milites, de custodia reorum P. nempe ex crassa negligentia quæ dolo æquiparatur<sup>e</sup>.

Sextò quod Papa etiam deponi possit propter hæresim, cap. si Papa. 40. dist. & Fridericus imperator fuerit depositus propter crimina, cap. 2. de senten. & re iudica. in sex c. venerabilem, de electio.

Septimò quod paria sint, non esse, aut inutiliter esse, f vt vidua videtur, quæ habet maritum inutilem g & proinde debere alterum eligi in locum inutilem perinde ac si nullus esset princeps.

Octauò facit quod Vasallus clericus effectus, seu ad sacros ordines vocatus, faciat locum proximis in feudo, quod non possit arma cum cultu diuino tractare, & sit ita factus, inhabilis nec beneficium ad eum, pertinere debeat qui non possit exequi eius officium<sup>h</sup>.

Nonò Gelasius Papa Anastasio imperatori scribens<sup>i</sup>, dixit, imperatorem pendere ex summi Pontificis iudicio, cuius potestate, alij reges, alij imperatores, excommunicauerint, vt Innocentius Papa Arcadium imperatorem, quia consenserat vt diuus Chrysostomus sua se de pelleretur: Beatus Ambrosius, Theodosium.

2 Contrariam sententiam, quod non debeat priuari regno princeps, ideo quod inutilis sit vel videatur administrationi, multa alia persuadere videntur.

a lib. 1. decretal. tit. 27.  
b libr. 10. c. tit. 52.

c in l. sed & reprobari, de excusatio. inuitorum lib. 27. p. tit. 1. l. vt gradatim, 11.

d apud Bardardum, lib. 2. decretor. cap. 191. Iurnem parte 2. cap. 236.

e l. magna culpa, de verborum significat. cap. quicquid, l. q. 1.

f l. quoties qui satis cogant. P. g l. fin. ad legem Fauiam de plagiarijs. c.

h c. unico de vasallo milite qui arma bellica deposuit lib. 2. feudor. tit. 21. §. qui clericus efficiatur. tit. si de feudo defuncti contentio sit inter dominum & agnatos Vasal. tit. 2. feud. tit. 26. & tit. 109.

i clericatu feudum amitti, vbi & alia ratio quod miles secuti, debeat seruire seculo: Christi, Christo.

j in cap. 10. duo sunt, 96. dist.



Et in primis c. grandi, de supplenda negligentia prælator. in sex, ubi, datur regi Portugalliæ qui dissipator erat bonorū regni, & inutilis administrationi à Sūmo Pontifice coadiutor frater Comes Bononiensis, tanquā curator, per quē rex ipse & res regni, regi & cōseruari possent, sine præiudicio eius, & eorum qui post eum ad regni ius vocarentur vel ad successionem, exemplo furiosi & prodigi<sup>a</sup>, & ideo glof. ad d. c. grandi ad verbū regis, tradit, quod rex cui per successionē regnum dēfertur, non debet eo priuari per negligentia & dissipationem bonorū seu prodigalitatē, sed debet ei dari coadiutor. Et ibidē Innocentius, tradit id ipsum locum habere in duce, & in comite, & similibus, ita datus coadiutor à proceribus regni Hungariæ potentissimo Vladislao, cum inutilis factus fuisset, postquam incidisset in a-

a de quibus in l. consilio & l. 1. de cura. furio. P.

b Inturcius in appendice ad fasciculum temporum anni 1504.

c 4. Regum cap. 15. vers. 5. d. lib. 2. Paralip. c. 26. vers. 21.

e cap. unic. de feudo femina lib. 2. feudorum tit. 30. § 5. si de feudo femina argu. l. quisquis C. de episcop. & cleric. & l. ad similitudinē. eo. ti. & l. si ar biter in fine. de recep. arbi. P.

g c. unic. de clerico agro. tan. in sexto Decretal. tit. 3. tit. 5. c. 1. & sequentib. eo. tin. in Decretalibus tit. 3. tit. 6.

h lib. 7. c. 20. i lib. 3. Plutarch. in vita Lycurgi.

k Paul. Aemilius lib. 2. histor. Francor. Sigibertus & alij.

ploxiā, filius comitis magni Stephani<sup>b</sup>. Cū etiam Azarias, rex Iuda, ob peccatum quod non esset excelsa idolorum demolitus, fuisset à Deo lepra percussus: factus leprosus, habitavit quidem vsque ad diem mortis suæ in domo libera seorsum tamen regno priuatus non est, sed Iothan filius regis gubernabat palatium & iudicabat populum terræ<sup>c</sup> vt coadiutor. Nominatur hic Ozias rex Iudæ alibi<sup>d</sup>, & adfertur alia causa lepræ eius, quod præsumperit adolere incensum super altare thymiamatis, quod erat tantū officium sacerdotis. In vtroque tamen loco dictum est post mortem solum eius regnasse Iothan pro eo, ante mortem autem administra-

se tantum regnum nomine patris. Secundò in constitutionibus etiam feudalibus. lib. 1. tit. 36. an mutus vel alias imperfectus feudum retineat, resoluitur, mutum, claudum, cæcum, vel alias imperfectum, feudum retinere paternum, & quamuis quidam dicerent non posse, quia seruire non valent, tamen Glossa ibi notat, seruire posse per substitutum: maximè quando feudum non est personale, quemadmodum respondetur de feudo femina<sup>e</sup>, & clerici qui succedit in paterno, si possit seruire per vicariū<sup>f</sup>. Tertio in maioribus causis, nempe in cura animarum prælatis concessa, quāuis maxima earū sit iactura: tamen dementibus, ægris & inutilibus redditus prælatis non adimuntur earum beneficia ecclesiastica, sed eis dantur coadiutores quī administrarent sine titulo<sup>g</sup>.

3. Quarto inueniuntur filij regum ætatis teneræ, pupilli, qui inutile sunt administrationi & tamen succedunt in iure, imo & concepti tantum & in vtero matris existentes, conseruati sunt in iure successionis ex iure fere gentium omnium, datis tutoribus vel curatoribus & rectoribus, seu coadiutoribus, qui interim, dum ad iustam ætatem peruenissent, administrarent. Refert Nicephorus Callixti<sup>h</sup>. Saporem regem nouum Persarum, in vtero matris anno Domini 310. coronatum. Iustinus tradit<sup>i</sup>, & Lycurgam restituisse posthumo nato fratris, Polydectæ regis Sparthanorum regnum, & eius nomine pendente minoritate administrasse.

Moriēs Ludouicus cognomēto Balbus, Galliarū rex: reliquit vxorem prægnantē, ex qua natus est Carolus cognomine simplex, qui tandem sublatis nothis seu spuris Balbi Ludouico & Carolomano, & aliis tyranniculis qui inuaserāt regnū, solus vt verus rex admissus est<sup>k</sup>.

Nec

Nec ignoro tamen Carolo simplici, pretextu minoritatis datum fuisse tutorem Eudonem, eūque factione aliqua nobilium coronatum. Sed & postea deturbatum solio, & Carolum restitutum deposito Eudone. Verū quia tunc illa factio non fuit omnino cōpressa, reuixit, & dedit ansam interuertendi successionem Caroli Magni, Hugoni Capeto Comiti Parisiensi. Sed quid hæc vis maior ad casus communes pertineat, dicet iugentium. Mortuo etiam Alberto Imperatore, posthumus eius natus Vladislauus, hæres regnorū Boemiæ & Hungariæ fuit, quanquam negotia vrgētia eius temporis, principem expertum & vigilantem exigerent<sup>a</sup>, ubi non sunt ambitiosi extranei ma-

a Dubranium.

ximè, ibi subditi reuerentur maiestatem sui principis etiam in infantia: tum potissimum ob memoriā beneficiorum acceptorum ab eius patre & maioribus. 4. Referam eximium Macedonum factum. Cū enim Philippus Argei filius rex Macedonia reliquisset hæredem regni Europem admodum paruulum, & Ilyrij regis pupilli, infantiam contemnerent, & bello Macedonas aggressi fuissent, illi prælio pulsū, rege suo in cunis prolato, pugna ante aciem posito, acrius certamen repetuerunt, tanquam ideo victi fuissent antea, quod bellantibus sibi regis sui auspicia defuissent. & ita conseruato prælio Ilyrios magna cæde fudere: ostentenderēque hostibus suis, priore bello regem Macedonibus non virtutem defuisse<sup>b</sup>.

b Justin. lib. 8.

Regnauit Clotarius infans filius regis Clodouei per quatuor annos, neque quandiu vixit alius ei fuit in regno præpositus<sup>c</sup>. Et post Theodericum Clodoueus puer ex eo & Clodoelde natus<sup>d</sup>. Iohannes filius Ludouici regis Galliarum post mortē patris natus, adhuc quindecim dierum, tanquam rex ducebatur ad Remenses vt cōsecraretur sed in itinere mortuus est<sup>e</sup>. Fredegundis regina filium suum ex Chilperici regis mortui, Clotarium, vt regem Sueffonum in locum patris, in cunis existentem præfecit prælio contra Childebertum, & sub eo milites pugnantes obtinuerunt victoriam<sup>f</sup>.

c Aimonius, lib. 4. cap. 5. de gestis Francorum.

d Idem Aimon. lib. 4. ca. 44.

e Paul. Aemilius in Histino.

f Aymon. de gestis Francorum lib. 3. cap. 82.

g lib. 10. de bellis Gothicis.

h in 6.

i Procopius lib. 3.

k 4. Reg. 12.

5. Meminit Agathias<sup>g</sup> de lege antiqua Francorū, per quam pueri cuiuscunque fuissent ætatis, vocabātur ad regnum. Eandem legem fuisse apud Spartiatis, tradit Herodotus<sup>h</sup>, dum ait, post mortem Aristodemi regis Spartiatarum, relictis duobus paruulis, Lacedæmonas consilio inito creasse regem è pueris eum qui esset primogenius, vt ex iubebat. Baldarus ferè in cunis existens fuit Rex Langobardorum<sup>i</sup>.

Ioas, Athalia quæ vsurpauerat regnum necata, recepit illud patris regis in Israel puer, sub quo et regnum auxilio et ope Ioiadæ auunculi perseuerauit<sup>k</sup>.

Sicque videtur, ex tacito et expressa omnium gentium lege, regna quæ per successionem deferuntur, non ideo adimi pueris filiis legitimis regum, etiam si inutiles videantur propter infirmitatem ætatis gubernationi, cū per alios idoneos interim possint imperare.

Et eodē argumēto infirmitatis ætatis, ad infirmitatē mentis transire licet, vt quāuis isti successores sint mentis impotes aut alio modo inutiles, priuadi nō sint successioe regni, sed dādus sit illis coadiutor.

Sic Carolus sextus rex Galliarum, anno 13. suæ ætatis regnum accepit, & verè rex habitus, quamvis ob infirmam ætatem & mentem quæque non satis firmam, habuerit in administratione auxiliares duces Andium, & Byturingum, & Burgundiæ. Carolus item octauus eius nominis, regnum adeptus anno ætatis quoque 13. bonus quidem sed non magnæ prudentiæ & iudicij, & ei tantum consilium delectum à Comitibus Turohi habitis, ex omni Gallia. Athalarius etiam erat tantum octo annorum, cum successit regno Gothorum quod rexit sub gubernatione Amalatiuntæ matris. Augustulus etiam iuuenis admodum, occidentis Imperator factus, vnde ei nomen inditum est.

a. Procopius lib. 1. de rebus Gothicis, & Tornandes etiam lib. 1. de rebus Gothicis.

b. Herodian. in 6.

c. Regum 2. cap. 1.

d. 4. Regum cap. 21. & 2.

Paralip. 6. 33.

e. 4. Regum cap. 15.

f. Iulius Capitolinus in Gordiano minore.

8. Alexander quoque Mameæ filius, valde iuuenis Imperator decessit, consilij prudentia virorum delectorum, imperium optimè rexit erat Salomon iuuenis regno succedens. Erat duodecim annorum Manasses filius Ezechia cum regnare cœpit in Iuda. Et sexdecim annorum Azarias, cum post mortem patris Amaziæ regnum accepit. Erat Gordianus dum electus Imperator, tantum xj. annorum qui tamen fœliciter rexit consilio Mythæi. Omitto infinita propemodum iuuenum & puerorum regnum successiones, qui à subditis fuerunt agniti vt legitimi, vt prætextus ambitionis, causatum minorem ætatem vel infirmitatem mentis, vel vt dicunt aliam inhabilitatem, manifestè impius detegatur, & infida & perniciosissima mens arguatur eorum, qui ex tutoribus & curatoribus legitimorum regum principatum in se transferre voluerunt. Quod certè nunquam iustitia probauit Romanorum, qui mortuis regibus cum liberis, non sibi vsurparunt imperia, sed tutores dederunt minoribus. Inuafores isti regnorum hoc prætextu inhabilitatis, digni meo iudicio sunt proditorum crudelissimo in hoc seculo supplicio, & in alio pœnis æternis, qui suis inuolutionibus turbent pacem & quietem populorū, & contra ius naturæ diuinum & humanum, aliorum hæreditatē rapiant.

6 Dignus contra memoria & laude æterna Isdigerdes, rex Persarum, ob præclarum factum in Theodosium. Cum enim Arcadius imperator vereretur ne filio suo Theodosio iuniori, post mortem suam quicquam sinistri contra vitam eius & imperium contingeret, & ante mortem Isdigerdem curatorem eius & imperij, donec in virum euaderet fecisset: id vbi cognouit Isdigerdes, re ea minimè neglecta, nouum quoddam admirandæ virtutis exhibuit specimen, pace namque proluxa, centum annorum induciis cum Romanis initis, imperium Theodosio quominus periclitaretur, conseruauit.

7 Sextò quamuis dicamus imperatorem posse priuari tanquam inutilem suo imperio per summum Pontificem per s venerabilem, de electio. & similibus. Tamen non sequitur Papam idem ius habere in alios reges omnes, demo tamen causam fidei in quo superior potest, si inutiles sint, negligentes, aut vitiosus, si illi alio iure feudi & fidelitatis non subiiciantur aut alia ratione pro temporalibus possessis. Nam imperatorum aliud est ius, aliud regum Gallia, Hispania & aliorum regnorum qui in temporalibus non recognoscunt superiorē. Si quidem imperatores recipiunt diadema à summo Pontifice, & præbent ei iuramentum fidelitatis, cui sponte se submiserunt eo sacramento

g. Nicephorus Callixtus lib. 14. histor. Eccl. cap. 1. h. c. nouit in Indio.

sacramento speciali fidelitatis, quemadmodum & rex Sicilia, & alij quidam: & ideo de illis negligentibus & inutilibus, iudicare & decernere potest. Ita forsitan rectè dixit Benedictus xij. Summ. Pontif. vacante Imperio, omnem eius potestatem, in summum Pontificem recidere I E S V C H R I S T I supremi regis vnicum in terris vicarium, vt ait Platina in eius vita.

a Clem. 1. de iurem. 2. can. tibi domino 63. distinct. b Clem. pastoralis, de senten. & reindica.

Alioquin, ante translationem Imperij in Occidentales, Imperatores etiam, non cognoscebant in temporalibus superiorem summum Pontificem, quanuis in spiritalibus illo indigeret, ita diuinitus dicitur Imperator assecutus imperiū, & à cœlesti maiestate habere gladium.

c cap. duo sunt quippe. & ca. si Imperator 96. distinct. ca. humanum genus 1. dist. 5. 1. quomodo oporteat episcopos & c. in Nouel. 6. d. 1. C. de veteri iure enucl. cap. 45. questum, 23. q. 4. ad Hebraeos cap. 13.

8 Sed & videtur 6. loco difficilior quæstio reddi, num Imperator subiiciatur in temporalibus Summo antisti ex episto. 7. Nicolai 1. ad Michaelē Imperatorem, cuius verba referuntur in c. cum ad verū 96. distinct. & c. 8. quoniam idem mediator, 10. distinct. vbi videtur potestas pontificalis, à temporalibus imperatorisve potestate separata omnino, nisi intelligam scriptam epistolam ad Imperatorem Græcum Orientis, qui nō fiebat aut coronabatur à Summo Pontifice, vt Imperator Occidentis. verba eius epistolæ hæc sunt sine vlla vel vocalæ alia adiectione. Quoniam, inquit, idem mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, sic actibus proprijs & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusque discreuit, volens medicinali humilitate hominum corda sursum offerri, non humana superbia rursus in inferna demergi: vt & Christiani Imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent: & pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterentur, quatenus spiritalis actio à carnalibus distaret incurfibus, & ideo militans Deo se negotijs secularibus implicaret, ac vicissim ne ille rebus diuinis præsidere videretur, qui esset negotijs secularibus implicatus. hæc ibi.

9 Septimò inuoluit quæstionem num Imperator possit deponi à Summo Pontifice, quod annotantur diuersa istius potestatis tempora. Nam potestas ordinationis sedis Romanæ & electionis Summi Pontificis, concessa fuit à concilio Lateranensi & Summis Pontificibus, regibus Gallia & Imperatoribus, Carolo Lothario & alijs, vt habetur in cap. 22. Adrianus 63. distinct. cuius verba, Adrianus Papa in synodo celebrata Romæ à centum quinquaginta tribus, cum vniuersa synodo, tradiderunt Carolo ius & potestatem eligendi Pontificem, & ordinandi Romanam sedem, & ius dandi inuestituras episcopis & archiepiscopis per singulas prouincias, sine quibus non possent à quoquam consecrari in remunerationem, quod vocatus, hostem sedis desiderium regem Langobardorum cepisset & vicisset. Hoc ipsum ius per omnia concessit Othoni primo regi Teutonicorum eiusque successoribus. Leo 8. Summus Pontifex, consentiente omni Clero & populo confirmantibus iam concessa Carolo Magno habita ea de re synodo.

e ca. in synodo 23. sub 63. distinct. erat autem ille Leo 8. de quo multa Luitprandus in fine libr. 6. & Antoninus lib. 2. tit. 16. cap. 16.

10 Inueniuntur autem cessiones electionis faciendæ Summi Pontificis, factæ per Ludouicum filiū Caroli in c. 30 ego Ludouicus Imperator 63. dist. qui renunciauit iuri huic Paschali Papæ j. retento quod postquā consecratus & electus esset Summus Pontifex, legati mittendi essent ad illum & successores reges Francorū, qui inter Pontificem &

regem, amicitiam charitatem ac pacem sociaret. Inuenitur & cessio iuris facta ab Othone Magno, seu I. Iohanne. Sum. Pontif. per quam iurat ei nullam ordinationem aut placitum se Romae facturum, de omnibus quae ad Papam vel ad Romanos pertinerent, quae confusa multis referuntur & non inspiciant ordinem temporum quem hic sic obseruo. Carolo Magno in synodo Lateranensi electio concessa est Summi Pontificis, & multa alia data privilegia de inuestituris praetorum ab eo faciendis. Ludouicus renunciauit electioni faciendam & terris sedis Romanae, non autem quod constet inuestituris, & retinuit sibi adhuc approbationem Summi Pontificis electi. Postea Otho magnus non obstante illa renunciatione Ludouici, usus est potestate Summum Pontificem eligendi & inuestituris. Sed coronatus a Iohanne. 12. Papa, ei & Romanis remisit dispositionem liberam urbis & Pontificis eligendi. Verum deinceps mortuo Iohanne Papa xij. Leo viij. Papa in synodo congregata Romae in ecclesia sancti Saluatoris, ad exemplum Beatae memoriae Adriani, qui in synodo Lateranensi privilegia dederat Carolo Magno, regi Francorum & Imperatori, autoritate Romana concedit, Othoni & successoribus eius in perpetuum, inter alia, & Summae sedis Romanae potestatem ordinandi, ac per hoc archiepiscopos seu episcopos, ut ipsi ab eo inuestitura accipiant ac consecrationem: Et ut nemo deinceps cuiuscunque dignitatis vel religionis, eligendi vel patritium, vel Summae sedis Romanae Pontificem, aut quemcunque episcopum ordinandi haberet facultatem, absque consensu eiusdem imperatoris, & confirmantur & corroborantur expresse, concessa Carolo Magno regi Francorum antea. Ex quibus perpenis glossa fit. ad ea. in synodo 23. ad verbum affici, 63. dist. temere & non considerato tempore respondit ad interrogatum, cum ergo inquit, haec privilegia fuerunt omnibus successoribus data, quare non vtuntur eis? Respondet, quia Imperatores eis renunciauerunt. ut inf. ead. distinct. cap. tibi domino, nec aduertit quod illa renunctio canonis, tibi domino, fuit facta sub Iohanne xij. & concessio privilegiorum nona facta Othoni & confirmatio Carolinorum non obstante renunciatione Ludouici, fuit facta postremo loco sub Leone viij. ut notat historia Antonini & aliorum. Alia etiam ratio glossae praedictae, cur non vtantur hodie Imperatores privilegiis dictis, quia per abusum ea perdiderunt, videtur contraria quia si perdiderunt per abusum, ergo non per renunciationem praesuppositam expressam: & haec sententia de amissione privilegiorum per abusum, firmatur ex opinione Gratiani in ca. quia sancta Romana, 28. §. verum. 63. di.

Item, quia cessante causa Schismaticorum & privilegia quae ob illam fuerant concessa cessarunt, sed certe privilegia concessa, dicuntur in perpetuum concessa successoribus, & videtur extra questionem esse, ut privilegia genti seu familiae vel dignitati concessa, non amittantur ob delictum alicuius ex familia, nisi in eius praedictum & quandiu vixerit, non familiae totius damno. Adde Glossa praedicta, aliam interpretationem, vel, inquit, hoc intelligendum est de illis successoribus qui hoc impetrare possunt. ca. in nomine, 23. dist. quae certe explicatio ridicula videtur, nam quod conceditur iure synodi imperare successoribus, non opus est ab illis impetrari, frustra enim precibus impetratur, quod:

2. cap. tibi domino, 63. dist. Antoninus 2. parte historialis summa, tit. 16. cap. 1. 16.

b. d. c. in synodo, 63. dist. Antoninus 2. parte histor. tit. 16. c. 1. §. 16.

c. l. 3. de interdictione & relega. lib. 48. R. 22. §. fin. de capit. Corrad. lib. 2. feudorum. tit. 40.

quod iure conceditur. Sed oportet beneficium sedis Romanae, & privilegium, perpetuum esse, etsi dictum non fuisset, ut & beneficium principis, quando non est personale, sed dignitatis, ut regium, & imperatorium, quando dignitas durauerit. Si tamen sit alia reuocatio, & consensus, vel renunciatio praedictorum alia quam superiores, relinquo Summi Pontificis, & regum resolutioni.

6 Illud tantum ex his nunc colligo, difficilem esse questionem, num Summi Pontifices deponere Imperatorem vel regem possint, qui olim habuit instituendi Summum Pontificem potestatem.

¶ Quin & inueniuntur plures destitutiones, & depositiones factae ab Imperatore Summorum Pontificum, non secus quam destitutiones factae Imperatorum a Summo Pontifice. ut vicissitudo in his maxima inueniatur, unde disputare de facto, & de exemplis depositionum perperam est. Superest tamen illa questio, an iure fieri possit.

Itaque negari non potest nisi adulari velimus, dignitatem Pontificalem seu cathedram diui Petri sanctissimam, primam, & summam potestatis usque ad consummationem seculi permanuram, a Deo Domino nostro IESU CHRISTO stabilitam, ab omnibus totius orbis cuiuscunque sint sexus, conditionis ac potestatis, venerandam, iuandam, colendam, & ei esse obtemperandum: aduersus cuius fidem & firmamentum, nec portae inferorum praeualebunt. verum & negari non potest, in illa sede sedere homines qui possunt affectibus obnoxij esse, & errare, peccare & labi tanquam homines: non enim humani a se quippiam alienum putant: sicut super cathedram Moysis sanctam sedebant aliquando pessimi scribae, & pharisaei, & inter apostolos, vnus quauis a Christo electus, Iudas proditor: & inter creatos a Deo Angelos, inuentus est Lucifer cum suis sequacibus, qui voluerit se aequalem reddere Deo. Qui legerit vitas pontificum, chronographos & Antoninum in summa historiali, non negabit quamplures fuisse ex numero Summorum Pontificum, qui cum in honore essent, munere suo non plane ut oportuit sancti sunt: abstinebo a nominibus, & criminum relatione quibus se polluerunt, propter honorem, quae sedi Romanae detuli perpetuo ut filius ecclesiae, & satius sit exemplo Sem, & Iaphet, turpitudinem patris tegere, quam declarare, quanuis vitia personarum Summorum Pontificum non sint vitia integritatis ecclesiasticae sedis, & potius vellem omnino silere, nisi quaestionis causa me ad necessitatem compelleret, quae reprehensa sunt a pluribus: quae tamen cum ea protestatione scribam ut iudicio eiusdem sedis & censurae subiici velim.

Excesserunt certe principes seculares fines potestatis sibi commissae, quando voluerunt non vocati, se immiscere, & sine necessitate & causa negotiis ecclesiasticis, & si qui sint qui abusi fuerint privilegiis a sede Romana sibi concessis, tam pro dispositione ipsius sedis, quam aliarum ecclesiarum.

Excesserunt summi etiam interdum antistites, quando, cum sint patres omnium Christianorum, & principum eorum communes, & tanquam mediatores sequuti sunt potius in controuersis illorum, nunc has, nunc illas partes, dederunt occasionem crudelissimis bellis, quas suo

a. l. unica de thesauris lib. 10. c. tit. 15. b. c. si gratiose, & cap. si de rescrip. in sex c. ne aliqui, de priuileg. in sex.

c. Esaiæ cap. 4.

officio potius debebant componere, nunc Germanorum nunc Imperialium, nunc Itatorum nunc Gallorum secuti aduersus alios partes: vnde temere sibi hostes fecerunt, qui prætextu quod ab illis essent laessiti, vel læsi, iuuantibus illis aduersarios, & prætextu vindictæ vel defensionis naturalis, multa incommoda & bella intulerunt Pontificibus, imò etiam quamuis impiè, sedi Romanæ: dixit Platina, & alij, Bonifacium viij. vt astute in sedem irrepset, ita in ea voluisse superbè & contumeliosè imperare imperatoribus, regibus, principibus, & populis, potius eis terrorem quam religionem incutiendo, quique dare regna & auferre, pellere illos à propriis & reducere ex arbitrio tentauerit, aurum vndique conquestum, plus quàm dici debeat, ficti, cuius acta cōtra Philippum regem Galliarum animosè edita, Benedictus xj. eius successor, sapienter rescidit, metuens quod proximum erat, ne præter modum Philippus irritatus, à sede Romana cum suis deficeret. Iam enim fulmine Bonifacii cōcitatus, & priuatione regni indicta, interdixit omnibus regnicolis Romam ire, vel eo pecunias beneficiorum causa deferre quod erat periculosum iniriū successionis ab obediētia Bonifacii, & poterat dare occasionē schismatis, & contemptus potestatis ecclesiasticæ, vt accidit regno Angliæ, in quo post interdictionē, cepit populus obliuisci rerum ecclesiasticarum, & deinceps dispositus suscepit hæreses, submotis per interdictum omnibus pene actibus ecclesiasticis & fidei. recte certè ecclesia interdictione populi vitur propter peccatum principis contumacis: sed interdum status videretur principem rebellē & contumacem Summo Pontifici, cōmori suo peccato quam tãto dāno populum inuoluere, & propter vnus peccatum principis, subditos ob interdictum deducere viam perditionis per obliuionē eorum quæ pertinent ad eorum salutē æternam.

12 Otto Frisingensis episcopus lib. 6. historię seu Chronici c. 35. *Lego inquit & relego, regum & imperatorum gesta, & nusquã inuenio quenquã eorum ante hunc (scilicet Henricum iij. imperatorem) à Pontifice excommunicatum vel regno priuatū, nisi forsitan quis pro anathemate habendum ducat, quod Philippus ad breue tempus, à Romano episcopo interpenitentes collocatus, & Theodosius à beato Ambrosio, propter cruentam cadem, à liminibus ecclesiæ sequestratus est.* Hæc ille qui & c. 34. ait initium schismatis ortū fuisse, ex eo quod post Alexandrium ij. Summum Pontificem successit in sede Hildebrandus eius Archidiaconus, dictus Gregorius vij. absque cōsensu regis imperatoris & quod controuersia illa cæperat ante sub. Alexandro ij. antequam ex consensu Imperatoris eligerentur pontifices, sub eo Hildebrandus archidiaconus tantum partes defendit contrarias contra Henricum iij. <sup>a</sup> vbi autem fuit factus pontifex, quæstio perseverauit, obseruandum autem est Henricum hunc iij. dici Imperatorem, & ab Othone Frisingensi iij. quia hic fuit inter Imperatores tertius, inter reges eius nominis iij. vt admonet idem Otto <sup>b</sup>, de gestis Friderici j. Cæsaris lib. 1. c. 1. vbi & addit hæc verba. *Gregorius septimus qui tunc vrbs Roma pontificatum tenebat, eundem Imperatorem tanquam à suis desiliutum, anathematis gladio feriendum decernit, cuius rei nouitate, eo vehementius indignatione motum suscepit imperium, quo nunquam ante hæc tempora, huiusmodi sententiam.*

<sup>a</sup> Platina in Alexand. 2.

<sup>b</sup> lib. 1. de gestis Friderici 1. Cæsaris Augusti in principio.

*sententiam in principem Romanorum promulgatam cognouerat.*

Sigibertus Gemblacensis Cœnobita, in Chronologia anni 1085. *Hildebrandus inquit, Papa, qui & Gregorius. xij. apud Salernum exulans moritur. De hoc ita scriptum reperi. Volumus vos scire qui ecclesiasticæ curæ solliciti estis. Quod dominus Hildebrandus qui & Gregorius nunc in extremis positus ad se vocauit, vnum de duodecim Cardinalibus quem multum diligebat præ cæteris. & cōfessus est Deo & S. Petro & toti ecclesiæ, se valde peccasse in pastoralis cura quæ ei regēda comissa erat, & suadente diabolo contra humanum genus, odiū & irā concitasse. Tunc demum misit prædictum confessorē, & ad totam ecclesiam, vt optaret illi indulgentiam, quia finem vitæ suæ aspiciebat, & tam cito se induebat angelicæ veste, & dimisit & dissoluit vincula omnium bannorum suorum Imperatori & omni populo christiano, viuus & defunctis, clericis & laicis.*

13 Neque exēpla superius posita quæ citantur de depositione facta à Sum. Pōntif. regū, forsitan probāt id ad quod inducuntur pro depositione: percurram aliqua quæ actenus fuerūt à pluribus. siue vera disquisitione proposita in eā sententiā, & ostendā in illis nō intercessisse pontificis Summi, reges deponēdi volūtātē, saluo meliori in omnibus iudicio.

In primis quod de Sancto 2. adfertur cussisse regnum Portugalliæ fratris, in flu Innocentij iij. hoc non habet priuationē, sed spontaneam cessionem, vel potius restitutionem: occupauerat enim Sancitus ij. regnum Legionense fratris Alphonfi, & regnum fratris Garcia.

14 Dehinc quod adfertur ex cano. Alius, 15. q. 6. quod Zacharias deposuerit regē Childericum Francorum, nō tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo quod tantæ potestati erat inutilis. Rectè admonet ibi glossa aliter illud intelligi. *Deposuit* inquit, dicitur deposuisse qui deponētib; Zachariā deposuisse regē Francorum, quādo in eius locum subrogauit Pipinum Caroli Magni patrē. Nā Eghinartus Caroli Magni Cancellarius, in vita Caroli Magni, notat primū, non solū Childericum seu Childericum regem Francorum qui dicitur depositus, & cui subrogatus fertur Pipinus ita inutiliter imperasse, sed ante eum alios reges, qui sola regia maiestate & nomine cōtenti erāt, & quibus erāt aulæ præfecti fideles, qui maiores domus dicebatur, ex quibus tamē nullus id eo legitur nomē regiū vsurpasse vel ad regnum adspirasse illis tanquā inutilibus sublatis, ante Carolum Martellum patrem Pipini & Carolomani, & auū Caroli Magni, qui in fide vt propriè loquamur exemplo Arbacis qui insurrexit eadē occasione in regē Persarum Sardapalum, regnum vsurpauit. Notat 2. loco idem Eghinartus, ante Zachariæ approbationem, Pipinum & Carolomanum fratres, regna Galliarum inter se diuisisse. Tertio notat, nō à Zacharia, sed in flu Stephani ij. Pontificis Maximi, Childericum postremum regem ex genere Merouingorum iam depositum, in monasterium detrusum fuisse. Est enim hic Stephanus ij. qui Pipinum in Italiā contra sibi infestos Langobardos vocauit, venientemque absoluit à iuramento præstito regi suo Childerico: illo inaudito, non vocato, indefenso, nec accusato aut delato, vt ait Abbas Vspersgēsis, & Eutropius lib. 22. Et ita lapsi sunt qui hæc tribuunt Zachariæ 1. qui ante Stephanum ij. sedit in quo & deceptus

est Paulus Amilius li. 2. historię Francicę & alij. Sunt tamen qui cō-  
cilient locos & dicant, iā ante Zachariā fuisse cōsultū, quis mereret-  
tur nomen regis in Francia, an ij qui nomen tantum haberent, &  
nullam potestatem, an verò qui regeret: & respondisse pro Pipino  
Pontificem. Et tunc eum fuisse eleuatū more Francorū in solū re-  
gni, Suefforius ciuitate, & vnctū. Hildericum verò detento capite in  
monasteriū detrusum, vt tradit nomine Aymonij historia lib. 4. de  
gestis Francorū c. 61. in quo notauit legationem factā Sūmo Pontifi-  
ci Zacharię (vltra & præter id quod contradicit Eghinarto certiori  
authori & oculato, dicēti sub Stephano detrusum & pullū Hilderi-  
chum) nō plenē Pipinū, imò falsò exposuisse Zacharię per Richardū  
Vviziburgensam episcopum, & Fulcradum Capellānum, missos ad  
consulendum Papam, de causa regum qui nullo tempore fuerunt, in-  
quit, in Francia, qui nomen tantum regis, sed nullam potestatem re-  
giā habebant, per quos (sunt verba Aimonij) *prædictus Pontifex  
mandauit, melius esse illum vocari regem apud quem summa potestas  
consisteret, datāque auctoritate sua, iussit Pipinum regem institui.* Hęc  
ibi. Quę verba consequuta sunt quæstionem propositam de regno  
controuersa, non inter Hildericum et Pipinum, sed inter Pipinum  
et Gryphonem maiorem natu, qui post mortem Caroli Martelli pa-  
tris eius Pipini et Carolomani, tanquam primogenitus regnum  
patris quod vsurpauerat in Gallia ante depositionem Hilderici, vo-  
lebat habere, vt scribitur apud dictum Aimonium eodem libro 4.  
cap. 58. Aduersus quem iam præscripserant et potiri regno erant Pi-  
pinus & Carolomanus, vt habetur in cap. 59. eiusdem libri, ex quibus  
consultus Zacharias, quis illorū regnare deberet, respondit pro Pipi-  
no siquidem ante Zachariam 1. & Stephanum 2. multis annis constat  
Carolū patrem Pipini vsurpassē regnum vt dixi, et diuisisse per re-  
gna Franciam filiis, Pipino et Carolomano, vt docetur per Aimo-  
nium, lib. 4. cc. 54. 55. 56. 58. Et annalibus Caroli, Pipini, Caroli Ma-  
gno et Ludouici. In anno 741. et 742. dissentiant tamē annales in eo,  
quod Gryphonem non maiorem sed minorem natu Caroli faciunt  
tamen quod de delegatione dictū est, firmatur in anno 749. annaliū.  
Sed ponamus quod legatio intelligeretur facta pro Pipino, quod re-  
ges tunc et ante in Francia erant nomine tenus sine potestate regia,  
leue admodū et quod in consequentiā trahi non debeat fuit respon-  
sum Zacharię, hoc enim cognitionē causę merebatur, num Hilderi-  
cus quia potestatem ipse non exercebat per seipsum sed per maiore  
domus et duces, ideo minus esset rex, cum et rustici norunt contra-  
rium, et sciant quod quis per alium facit per seipsum facere videri.  
Et si Summus pontifex sine affectu iudicasset, cognouisset maiorem  
domus Pipinum et Carolū Martellum, dici maiores domus aulę  
regię regis Francorū, et agnouisset ex ipsorum titulo, potestati se  
alterius nempe regis, non proprio exercere. Dehinc si nullum ius ha-  
bere diceretur Hildericus, non erat dicendus depositus, non enim ta-  
lis dici potest, priuatio enim præsupponit habitum.

a l. decem de  
verborum ob-  
ligation.

Quamobrem considerato statu regni vsurpati, ante consultatio-  
nem

nem Summorum pontificum, non possunt recte Summi pontifices  
authores translationis regni et depositionis Hilderici, dici sed et  
quamuis concederemus, propria auctoritate ad suggestionem Pipi-  
ni priuatum fuisse regno Hildericum, et illud translatum ad eun-  
dem Pipinum: potuit decipi Summus pontifex, vel propria opinio-  
ne, quod voluerit arma in sui subsidium inuocata, cum detrimento  
alterius remunerare. Neque Hildericus hæreticus erat, nec aliud cri-  
men ecclesiasticum commiserat quod iurisdictioni sedis spiritualis  
pro depositione illum subiiceret.

Sed neque rescripta omnia, aut impetrata seu extorta à Summo  
pontifice per suggestionem falsam, vel obreptionem, aut in præiu-  
diciū alterius debent effectum vel consequentiam habere, quia  
hęc sedem Romanam, quę iustitię cultrix est, et habet vicariū tan-  
tum iusti Dei, redderent ignominiosam sæpe præter intentionem  
pontificum, quorum rescriptis, perpetuo duę clausulę adiunguntur,  
vel omisse adiectę censentur, *si præces veritate nitantur, & sine præ-  
iudicio tertij inauditi, aut contumacis.*

a l. 1. § si quid  
à principe ne  
quid in loco  
publico P.

15 Addam insuper, postquam hunc cursum ingressus sum, exem-  
plum aliud Ludouici Pij, filij Caroli Magni, in quo talionē videntur  
filij retulisse à Summo Pontifice. Siquidem vt habetur in annalibus  
Germanorum Caroli Martelli, Pipini, Caroli Magni, & Ludouici fi-  
lij eius, in anno 829. & sequentibus, vsque ad annum 833. filij Ludo-  
uici j. cognomine pij, nempe Pipinus alius, Lotharius, & alius, con-  
iurarunt in patrem cum aliis pluribus, & in suam sententiam traxe-  
runt Gregorium iij. Summum Pontific. prælatos præcipuos, & no-  
biles Gallię, conuentūque habito compendij Kalendis Octob. ann.  
833. Lotharius tāquam solus Imperator se gessit. Et cum vererentur  
conspiratores, ne arguerentur: vt sibi visum est, cum aliquibus, epi-  
scoporum vsi sunt consilio, vt pro his de quibus iam pœnitentiam  
egerat Imperator Ludouicus: iterum publica pœnitentia, armis de-  
positis, irreuocabiler quodammodo ecclesię satisfacere indu-  
ceretur: & ita damnatum, absentem mandatum, neque consiten-  
tem neque conuictum, ante corpus sancti Medardi confessoris, &  
sancti Sebastiani martyris arma deponere coegerunt, pullaque indu-  
tum veste, adhibita magna custodia sub tectum quoddam detrusē-  
runt, imperio & regnis quę sibi inter se diuiserant priuatum. Et hæ-  
fuerunt imposturę & occasiones deponendi vel spoliandi optimum  
principem, etiam suffragiis & auctoritate pontificali adhibitis ad-  
facum faciendum quę tamen detectę fuerunt, & fuit Imperator re-  
stitutus imperio & regnis vt notatur in dictis annalibus anno 834. &  
apud Aimonium lib. 5. de gestis Francorum cap. 14.

16 Sed progrediamur & agamus de Carolo iij. imperatore di-  
cto Crasso, filio Ludouici Balbi, nepotis Caroli imperatoris, desti-  
tuto à suis cum corpore & animo cœpisset agrotare, in cuius locum  
Carolomani filius Arnulphus subregatus & coronatus fertur à Sum-  
mo pontifice Formoso, anno domini 897. vt scribit Regino libro  
secundo Chronicorum qui eo tempore vixit: Et perpendamus:

quo tempore id factum & an depositus fuerit à Summo Pontifice, vel ex eius consensu : & an iuste, excussis historiis eius temporis.

Itaque ante coronationem Arnulphi à Formoso factam, quæ fuit anni 897. Iam fuerat Carolus Crassus à suis destitutus, & Arnulphus usurpauerat Imperium anno 887. ut ait idem Regino, libro 2. & testatur idipsum Platina in Stephano quinto vel sexto, qui præcesserat formosum, neque is ait hoc ex Pontificis autoritate factum. Sunt, inquit, qui scribunt huius Pontificis tempore, nempe Stephani quinti. Carolum cognomento Crassum, qui iam annis imperauerat potestate deiectum ab optimatibus suis fuisse, ob segnitiam corporis ingenique tarditatem in locumque eius Arnulphum nepotem successum, qui septimus à Carolo Magno est habitus. Hermanus quoque contra-

a in Chronol.

b lib. epitomes  
historie.

c prædicto lib.  
2. epitom.

ctus<sup>a</sup>, ait tempore Stephani quinti Carolum Crassum imperio priuatum & sub Formoso Arnulphum imperatorem fuisse coronatum. Siffridus item presbyter tradit<sup>b</sup> anno 878. post deiectum regno Carolum Crassum quem vocat secundum, qui decessit sine liberis, & cum nullus esset de genere Carolorum : principes Teutoniarum Arnulphum Imperatorem fecisse, Carolomani fratris Caroli Crassi filium, sed non legitimum. Dicunt quidam huic datum patruo curatorem, & ita administrationem accepisse, verum ipsum non se curatorem sed imperatorem dixisse, atque his occasionibus optimates concitasse. Regino autem<sup>c</sup>, contemporaneus Arnulphi, causas adepti eius Imperij paucis adfert, quod bonus esset Imperator Carolus Crassus, & quod Deus ad illius probationem, & maiorem remunerationem cœlestem, ita tentari permiserit verba eius, *Carolus Imperator corpore, & animo cepit agrotare: mense itaque Nouembri circa transitum Sancti Martini Tuburias venit, ibique conuentum generalem conuocat cernentes optimates regni, non modo vires corporis, sed etiam nimij sensus ab eo diffugere, Arnulphum filium Carolomani vltro in regnum attrahunt, & subito facta conspiratione, ab imperatore deficientes, ad prædictum virum certatim transeunt: ita ut in triduo vix aliquis remaneret qui ei saltem officia humanitatis impenderet: Cibus tamen & potus, ex Luiderti episcopi sumptibus administrabantur. Erat res spectaculo digna, & estimatione sortis humanae, rerum varietate miranda. Nam sicut ante, secunda fortuna rebus vltra quam arbitrari posset affluentibus, tot tantaque imperij regna, siue laborum sudoribus & certaminibus attraxerat, ita ut post Magnum Cœolum, maiestate, potestate, diuitijs, nulli regum Francorum videretur esse postponendus: ita nunc aduersa veluti in ostentatione fragilitatis humanae deficiens, quæ fortuna cumulauerat, cuncta inhoneste in momento abstulit, quæ prospero arridens successu quondam gloriose attulerat. hæc ibi.*

Et paulo post statim. Anno dominica incarnationis 888. Carolus Imperator tertius huius nominis & dignitatis, obiit pridie idus Ianuarij, sepultusque in Angea monasterio: fuit verò hic Christianissimus princeps, Deum timens, & mandata eius ex toto corde custodiens, Ecclesiasticis sanctionibus deuotissime parens, in eleemosinis largus, orationibus & Psalmorum melodijs indefinenter deditus, laudibus Dei infatigabiliter intètur, &c. Quod autem circa finem dignitatibus nudatus

nudatus, bonisque omnibus spoliatus est, tentatio fuit, ut credimus, non solum ad purgationem, sed quod maius est ad probationem. Siquidem hanc ut ferunt, patientissime tolerauit, sicut in prosperis, gratiarum vota persoluens, &c. Post cuius mortem, regna quæ eius diuioni paruerant, veluti legitimo desituta herede, in partes à sua compage resoluuntur &c. quæ causa magnos bellorum motus excitauit. Consentit & Platina in Stephano 6. Dum ait, post illam deiectionem & mortem Caroli Crassi, & vocationem Arnulphi, ob rerum perturbationem illectos Hunnos, gentem Scythicam, ut Vincentius & Martinus scribunt, contra Hungaros, Gepidas, Germanos, Belgas Gallos. Et in Formoso primo Pontifice, ait Arnulphum ipsum mortuum postea morbo pediculari. Quod & tradit Sigebertus Gemblacensis cœnobita, in chronographia anni 902. Antonius verò in 2. parte historiali capite primo §. decimoquarto, tradit Arnulphum à Formoso coronatum imperatorem postquam inuocatus Romam cum exercitu venisset, ad eum liberandum à Romanorum controuersis, qui eum ut illegitime electum respuebant. Sicque Pontifex de re aliena liberalis fuit hic quoque & nullo seruato æquitatis ordine, lætus quod periculum vitasset, obtulit ei non sua ex quibus omnibus adhuc innovatores ambitiosi rerum publicarum, & usurpatores regnorum, rebellisque principibus legitimis, colligere possunt. Primum, non ideo omnem depositionem principatus iustam esse, quod re ipsa facta sit: nam non omnia facta, iusta sunt: dehinc non ideo consequentiam fieri debere, quod eius exemplo simile tentandum sit. Imo summi Pontifices cautiore debent esse in posterum, ne impiis rebellium & ambitionum consilijs, auctoritatem donare velint, ex quo macula illis inducatur & opprobrium, & dicantur iniustitiarum & tumultus cladumve authores. Quia neque summi Pontificis potestas aut dignitas, vicario Dei à Deo data est, ut orbem conturbet, & adimat sine causa & ordinata iustitia, quod cuiusque est. Sic enim, si fieret, accideret, ut omne ius diuinum & gentium orbe exularet, aut prætextu potestatis spiritualis ex libidine singulorum & audacissimorum turbaretur. Et proinde videntur omnino hominis rationalem exuisse naturam, & excussisse de mentibus præceptorum diuinorum & charitatis fraternæ fidem, qui præstigijs & prætextu simplicitatis & bonitatis principum, aut imbecillitatis illorum, illos regno & principatu deturbare nituntur, & postea quærunt Pontificum, pro furo impietatis, consensum.

17 Quod si perpendamus exemplum quod iam prolatum ex capite secundo de suppleta negligentia prælatorum in sex pium erit ingenium Pontificis Maximi, qui certè non priuauit regem regno vel eius filios si quos habiturus esset, propter negligentiam & prodigaliter, sed existimauit iustum esse coadiutorem tantum in administratione fratrem: qui si usurpasset regnum, non fuisset immunis ab impietate quæ infamem fecit Philippum regem Macedoniæ, qui usurpauit regnum pupilli sui.

Sed neque debent esse reges & principes deterioris conditionis suis subditis & priuatis: quibus nullo iure adimitur dominium rerum suarum, ob eorum prodigalitatē, vel ob mentis inopiam, sed dantur

administratores seu curatores bonorum & personarum.

Porro quod dictum est de priuatione Imperij Henrici iij. & Friderici ij. certè hoc pertinere potest ad ius Summi Pontificis, cui iurant Cæsares fidelitatem tempore coronationis, vt reges Siciliae & aliorum regnorum qui sunt de feudo ecclesiae, & à sede Romana recipiunt inuestituram: ideo iurisdictioni eius subsunt, & electionem ab ea fortiuntur, quod non est trahendum ad alia regna & principatus & potestates quæ non pendent à sede Romana quoad temporalia, & parum iurant eius in illis mandata. Excipio semper vt alias dixi causas fidei, in quibus principes cuiuscunque sint libertatis & potestatis, subiiciantur directè sedi Romanæ, & pro delictis in illis commissis puniri possunt. Sic tamen vt sicut delicta sunt personalia, & non transeunt personas delinquentes, ita nec poena quæ delicto debetur, non violet ius successorum in regno vel ex consuetudine recepta, vel ex lege regni, qua proximi ordine post deficientes vocantur<sup>a</sup>. Potest enim qui imperat per delictum suum sibi nocere, & se indignum imperio facere, at non potest præiudicare ei qui successorus ei est etiam eo inuito, cum non habeat ab eo, sed à maioribus, vel ex lege, familiae<sup>b</sup>. Multo minus ob negligentiam: nec negligentes nec eorum successores legitimi, debent principatu priuari, eo prætextu quod alius melius conseruaret principatum, hæc enim via latissima pateret coniurantibus ad inuadendos principatus, Et fieri etiam potest vt sint principes quidem ad conseruandum imperium segnes, sint autem ad acquirendum strenui. Sicuti author vitæ Annibalis ait Pyrrhum regem Epirotarum, egregium in acquirendo imperio belli ducem, in conseruando minimè aptum virum fuisse.

19 At dices, electores deposuerunt Vvenesslaum ab imperio tanquam inutilem: volo, & potuisse cõcedo, quia electores sunt, & ab iis videtur data lex imperatori. Et quanuis adhuc non omnes hoc cõcedant, electoribus, & cõstanter asserant, donatū reuocari non posse semel translato dominio, & factū non esse trahendum in consequentiã, concedamus, verū sine præiudicio sententiæ illorū & habita tantum ratione quæstionis, controuersæ, tamen hoc ad alia regna pertinere non potest, quæ electiua non sunt, & iure successionis proximitatis, non iure hæreditario, deferuntur, in quibus nullus elector & nullus superior<sup>c</sup>, vbi populus non imperat, nec dat potestatem, quia monarchia à Democratica distinguitur concessa potestate. Et certè arbitror, si quid meum valeat in hac re iudicium, melius fecisse electores qui deposuerunt Vvenesslaum, si ei solum coadiutorem dedissent. Nam illa depositio magis pertinet ad contumeliam quodammodo tantæ potestatis imperialis, quàm ad bonum imperij, & daretur occasio electoribus mutandi ex arbitrio electum, & hoc est nimium nisi male censeam, deprimere potestatem maiestatis imperatoris, constituere electores illa maiores perinde at si ex Aristocratia dux per optimates electus esset, qui reuocari posset. Sed & sæpe compertum est sub principibus voluptuosos, prodigis, & inutilibus, fuisse fideles duces, & strenuos qui causam Imperij nomine Imperatorum pertracta-

<sup>a</sup> vt in cap. licet, de voto.

<sup>b</sup> l. 3. de in-terdict. & re-lega. P.

<sup>c</sup> vt in Gal- lia c. per ve-nerabilem qui filij sunt legiti- mi.

pertractarent: vt nemo ignorat tempore Galeni Imperatoris, vt cæteros sileam, sub ignauo principe inuentum fuisse præstantissimæ fidei ducem eius Pollionem, & alios qui Romanum tuerentur imperium contra triginta tyrannos, qui hoc prætextu ignauitatis principis, imperium per partes inuaserant<sup>a</sup>.

20 Quod si in Imperio & regno eligibili non successorio, iniquum visum sit vt hoc prætextu ignauitatis deponantur qui præsumunt, quanto iniquius illud in regno successorio quod habet radicatam familiæ successionem, vt non possit sine magna iurisdictionum violatione, & regnicolarum seu subditorum clade, conuelli, & in extraneos deuolu-

Scio & vidi coniuatos, dum hæc eis obiicerentur, respondere: non esse regna immortalia, & quemadmodum in aliquos primæ familiæ peruenissent, & in alios ab illa transferri posse. Sed hoc verum si legitime fiat, neque, si olim illegitime factum sit aut vi, sequitur impietatem esse imitandam. Nam demus quosdam regnum in se transtulisse ex familia alterius, tamen si eorum familia postea iure imperauerit, & populus consenserit, & consuetudine longa eluerit primam violentiam, non est ex malis bene conditis, sumenda occasio denuo renouandi impietatem: quemadmodum, nec iustum est, morbos bene sanatos iterum nouo excessu & causa prima renouata superinducere.

21 Quam multo laudabilior, & obiciendus huiusmodi ambitiosus & monstris hominum, Michael Zilagius, qui cum in comitiis regis, Mathiam Coruinum ex sorore nepotem Hungariæ regem declarandum graui oratione suaderet, & pars magna procerum Michaellem ipsum, regem esse eligendum prædicaret, nepotis causa obnixè recusauit<sup>b</sup>.

Præclarum & responsam Friderici, quem Alberto Ladissai patre vita functo, cum Boemi & Hungari, Cæsarem sibi regem peterent, is vbi offerri sibi tantum honorem animaduertit, absit inquit à me hoc scelus, vt patruelli meo hæreditatem paternam auferam<sup>c</sup>.

22 Quod autem obicitur ex Baldo, & libris feudorum, feudū iure proximitatis debitū antiquiori & primogenito, intelligi si modo is sit capax & habilis, habet responsum: hoc verū esse in feudis quæ per alios quàm vasallos non possunt exhibere seruitium feudale sufficiens: nõ autem si patrimonialia sint aut alia quæ per vicarium munus impositum possunt implere, vt liquet ex feudo foemineo, vel ecclesiastico. Multum etiam interest inter feudum, & regnum seu principatum non recognoscentem superiorem. Nam in feudo ex lege inuestituræ seruitium debetur domino: in principatu vero libero, nemo legē principi imponit, etiam si is sit parū idoneus in sua persona. Quod iudicio Ephororū & Lacedæmoniorū cõfirmari potest. Mortua enim Anaxádrida<sup>d</sup> rege Spartanorū, Lacedæmonij Cleomenem filium eius ex lege, quia maximus natu erat, crearunt, quamuis is non esset mentis cõpos sed inops, & illū prætulerūt alijs fratribus minoribus natu, mētis cõpotibus, Dorico, Leonidi, & Cleombroto. Extat & iudiciū etiã oraculi Delphici, quod cõsultū mortuo Aristomenio

<sup>a</sup> vt scribit in Gordiano Trebellius Pollio, & Volaterra lib. 17. urb. com.

<sup>b</sup> Bonfinius lib. 9. decadis.

<sup>c</sup> Aeneas Syluius lib. 2. Commentariorum de rebus gestis Alphonsi.

<sup>d</sup> Herodo. li. 5.

rege Lacedæmoniorum, à Lacedæmoniis, nō quidem num succedere deberet vnus ex filiis recens natis geminis in cuius existentibus, nā hoc ex lege certum tenebant, sed quis ex duobus, respondit vtrunque regem esse debere, sed magis primogenitum honorandum<sup>a</sup>, non contempsit autem oraculum infantiam in regni successione ordinaria, quod videatur inutilis, sed & eam admittendam & conseruandam in iure maiorum respondit. Neque Romani, qui plus iustitia & æquitate populos quàm armis subegisse feruntur, factum regis Syriæ Antiochi, probare potuerunt, quod Ptolomæo maioris sororis suæ filio, regi Ægypti bellum intulisset, segni admodum & quotidiana luxuria ita marcido, vt non solum regis maiestatis officia intermitteret, verum etiam sensu hominis nimia segnitate careret, & ita regno eum pepulisset. Et proinde curarunt per M. Popiliū legatum regnum ei restitui, & Antiochum Ægypto excedere<sup>b</sup>.

<sup>b</sup> Iustinus li. 34.

23 Superiori proxima alia quæstio, posito quod quis posset priuari propter delictum aut negligentiam principatu quod ad proximos ordine post mortem possessoris deuolui debet vel solet, nempe ab eo in filios, & eis deficientibus ad alios ex agnatione proximiores, Num qui priuat possessorem principatu, possit post eum successuros iure illo successionis priuare, & in alios extraneos transferre. Et occurrūt hypothese quæ hanc quæstionem tractari postulant, vt in capite primo de homicidio in sex, <sup>c</sup> vbi Innocentius ex consilio Lugdunen- si statuit, vt quicumque princeps prælatus sin alia ecclesiastica secularisve persona, Christianum hominem per assassinos occidi fecerit, vel etiam mandauerit, quanquam mors forsitan ex hoc nō sequatur: aut qui assassinos receptauerit, defenderit seu occultauerit, excommunicationis & depositionis à dignitate, honore, ordine, officio & beneficio, incurrat sententias ipso facto: & illa liberè, aliis, per illos ad quos collatio pertinet, conferantur: sit etiam cum suis omnibus bonis mundanis, tanquam vxor religionis æmulus, à toto Christiano populo diffidatus.

<sup>d</sup> lib. 5. sexti tit. 2.

Item alia in cap. statutum 15. de hæretic. in sexto<sup>d</sup> vbi Bonifacius 8. Statutum felicitis recordationis Innocentij & Alexandri prædecessorum nostrorum, Ne videlicet hæretici, credentes, receptatores defensores & fautores eorum, ipsorumque filij vsque ad secundam generationem, ad aliquod beneficium ecclesiasticum seu publicum officium admittantur, quod si secus actum fuerit sit irritum & inane: primum & secundum gradum per paternam lineam comprehendere declaramus: per maternam verò ad primum duntaxat volumus hoc extendi. Hoc sane de filiis & nepotibus hæreticorum credentium, & aliorum huiusmodi, qui tales esse vel tales decessisse probantur, intelligendum esse videtur, non autem illorum quos emendatos esse constiterit, & reincorporatos ecclesiæ vnitati, & pro culpa huiusmodi ad mandatum ecclesiæ penitentiam recepisse, quam ipsi vel iam perfecerunt, vel humiliter prosecutioni eius insistant, vel parati fuerunt ad recipiendam eandem.

<sup>e</sup> lib. 5. sexti decretal. tit. 9

Item alia in cap. felicitis, de poetis<sup>e</sup>, vbi idem Bonifacius octauus contra persecutores & homicidas Cardinalium, inter alias pœnas addit, vt filij prædictorum, nepotes per rectam lineam, priuentur omni dignitate

dignitate ipso iure ecclesiastica, & beneficiis, & omnis honoris ecclesiastici vel mundani sint incapaces.

Quamobrem responderem in prædictis constitutionibus in principes quoque seculares ex causa peccati statuere, vt in aliis<sup>a</sup>. Cæterum sententiam condemnationis in nepotes ex causa auorum, & priuationem honorum mundanorum, non intelligi debere de dignitatibus & principatibus, ad quos ius habent filij & nepotes, non ex persona patrum & auorum sed maiorum, sed de nouo iure superuerturo post damnationem patris. Ita in c. licet. 6. de voto<sup>b</sup>, iubet summus Pontifex filio primogenito regis Vngariæ, implere votum quod fecerat pater, & ipse pro eo promiserat se impleturum, de exercitu ducendo in terram sanctam: *sciturus, inquit, nisi onus iniunctum imple-ret, ex tunc te anathematis vinculo subiace-re, & iure, quod tibi si dictus rex sine prole decederet, in regno Vngariæ competebat ordine genituræ, priuandum, & regnum ipsum ad minorem fratrem tuum, appellatione postposita deuoluendum.* Singularis & ad hanc rem videtur textus, in l. 3. de interd. & relegatis<sup>c</sup>. Vbi Alphenus Iurisconsultus, respondit eleganter, eum qui ciuitatem amitteret, nihil aliud iuris adimere liberis, nisi quod ab eo peruenturum esset ad eos, si intestatus in ciuitate moreretur: hoc est hæreditatem eius & libertos, & si quid aliud in hoc genere repereri potest. Quæ vero non à patre, sed à genere ciuitate, à rerum natura tribuerentur, ea manere eis incolumia: itaque & fratres fratribus iure legitimo hæredes, & agnatorum tutelæ & hæreditates habituros: non enim hæc patrem, sed maiores eius eis dedisse. Quamquam pater amiserit dignitatem ante conceptionem vel editionem filiorum iuxta Vlpianum<sup>d</sup>.

Neque tam me mouet autoritas iurisconsultorū quàm ratio eorum, quod hoc ius succedendi non pendeat à patre sed à lege vel natura, neque de hoc iure adimendo loquantur pontifices in supradictis quæstionibus. Imo & quia delicta sunt personalia, & ob alterius delictum æquum non videatur aliquem alium sine culpa sua iure suo priuari<sup>e</sup>: & vbi delictum non est pœna esse non debeat: voluerunt etiam summi pontifices, ne dotes vxorum hæreticorum etiam, publicarentur, ob hæresim maritorum, si ipsæ participes non essent hæresis, vel ipsæ hæreticis scieuter non se coniunxissent<sup>f</sup>.

Accedit quod possessor regni qui deliquit, propriè tantum dicitur habere administrationem eius & vsumfructum, non plenam eius alienandi potestatem, cum illud veniat post eum ex lege principatus ad alios successores: atque ideo res quæ subiecta est restitutioni, non potest delicto vel alio modo alienari cum præiudicio eorum qui vocantur<sup>h</sup>. Atque aduersus sententiam, dicere possunt vocati, se esse ante delictum & pœnam, neque fiscum posse quicquam retinere. vt in simili ait Paulus Iurisconsultus<sup>i</sup>. Nec fiscalis pœna locum habere debet, donec creditores, cuiusmodi sunt quibus res est restituenda, suum recuperauerint, vt ait Papinianus<sup>k</sup>. Iubet & ius gentiū ne aliena res alienetur à non domino vilo modo, directè vel indirectè<sup>l</sup>: forsan & summi pontifices ad execrationem sceleris commissi per reges in Deum, arbitrabuntur descendentes ex ipsis ad honores mundanos

<sup>a</sup> c. nouit, de Indic.

<sup>b</sup> lib. 3. tit. 34.

<sup>c</sup> lib. 48. P. tit. 22.

<sup>d</sup> In l. emancipatum 7. §. f. de senatorib. lib. 1. P. tit. 9.

<sup>e</sup> c. 2. de constitutionib. l. 2. quod vi aut clam, c. nō debet, de regul. iur. in sex.

<sup>f</sup> l. si pœna, & l. crimē, de pœn. P. l. sanctum us c. eo. ti. g. c. decreuit, l. 4. de hæreticis in sex.

<sup>h</sup> Auth. res que, & l. f. §. f. communia de leg. c.

<sup>i</sup> l. Statuis Florentin, 48. l. §. fi. de iure fisco. li. 49. P. tit. 14.

<sup>k</sup> In l. quod placuit 37. eo. ti. de iure fisco. P. cui consentiunt l. 1. §. an bona, l. non possunt, l. in summa, l. l. Arrianus. eod. ti. P.

<sup>l</sup> l. f. c. de reb. alie. nō alien.



non esse admitendos: de aliis proximis verò nihil tale statuunt, cum in filiis paternum vereantur sequi delictum, et filios paterno perire dignos supplicio quidam arbitrati sint<sup>a</sup>, nec ex malo coruo bonum ouum fieri, neque leonis nutriendos esse catulos, sicuti propter delictum filiorum Heli, à domo eius translatum est sacerdotium in Samuelem<sup>b</sup>: & ob delictum Salomonis, translata decem tribus de regno in extraneum<sup>c</sup>: non tamen statim hæc imitari debet summi pontifices: quia non tam translatio regnorum illis concessa videtur, quantum emendatio peccatorum: neque potestas plantandi ædificandi & destruendi concessa prophetæ Hieremiæ<sup>d</sup> ad rebelliones priuationesque regnorum pertinebat. Solius enim Dei factum in prædictis Heli & Salomonis exemplis, proponitur, & summus pontifex ligandi & soluendi potestatem accepit, ad ædificationem corporis Christi & ecclesiæ eius, non ad destructionem, nisi in quantum Reipublicæ Christianæ expedire videbitur consultatione matura adhibita.

24. Sed omittamus causam peccati spiritualem, & transeamus ad alia delicta monarchæ vel principis absoluti, ad negligentiam vel inhabilitatem eius. quæro si hic habeat potestatem suppremam, à quo iudicabitur, vel deponetur iuste? nam si superiorem non habet, ridiculum est eum deponi & iudicari ab alieno, qui non habet potestatem: cum ius dicendi extra territorium impune non pareatur<sup>e</sup>. Neque actus sustinetur qui sine potestate fit<sup>f</sup>. Si recurras ad populi subditi suffragia, & contendas per comitia hoc fieri posse: minus id fieri potest in monarchia: nam esset hoc rebellio in primo capite legis Iulianæ, aliquid moliri in principem, eius honorem, et vitam: si posse sustinuerimus, nullam dicemus monarchiam sed democratiam, in qua suffragia & comitia populi locum habent ad destituendos & instituedos principes: quemadmodum & in republica, duces, dictator, maiores magistratus, & leges à populo constituebantur & destituebantur, seu abrogabantur, & causam dicere cogebantur. Monarcha solum à Deo pender, & illi soli ipse pro animabus subditorum redditurus est rationem<sup>g</sup>. Et cum Israelitæ affligerentur à rege Pharaone, certè non vocarunt illum in iudicium eorum. aliquo alterius regis tribunali, ut causam diceret, neque etiam in eum ideo conspirarunt aut rebellionem fecerunt, sed clamauerunt ad Deum qui voces eorum audiuit<sup>h</sup>. Si nec captiui sub tyrano etiam Nabuchodonozore, & aliis regibus, illis diem dixerunt suscipiendi iudicij coram aliis regibus, sed ad Deum qui superior est regibus qui in terris superiorem non habent, prouocarunt. Propter peccata verò subditorum Deus plerumque dat reges in furore suo, & permittit regnare hyppocrytâ. Ita Christiani sub Paganis Principibus, Arrianis, hæreticis, sub apostata Iuliano, abstinerunt ab eorum iudicio & depositione, memores, quod omnis anima debeat esse subdita potestatibus sublimioribus<sup>i</sup>. propter Deum, & qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit<sup>j</sup>. Miserrimi rectè omnium essent principes, si expositi essent censuræ & iudicio subditorum: primum quod impossibile sit principem quantumuis bonum & iustum, omnibus posse placere, maximè malis qui metu iustitiæ terrentur & bonis sibi aduersariis inuident. Neque

puto

puto quia certissimum, quemquam meliorem potentiozem, iustiozem innocentiorem inueniri vnquam posse, ipso principe & rege regum IESU CHRISTO, quem nihilominus populus suasionem & ambitionem eorum qui præstantiores haberi volebant, ad mortem tanquam abominandum postulauit, eique prætulit insignem latronum principem Barrabam. Bonus & mitissimus Moyses dux, amicus, & is calumniis & seditionibus valde agitatus, ut inde constet iniquissimum & periculosissimum velle censuram sui principis populo subdito committere: non minus quam concedere ægroto & frænetico, in medicum sanare volentem, potestatem & liberam manus. Tum etiam quia ambitiosi, regnandi cupidi, nihil non comminiscerentur aduersus principes, ut corruptis suffragiis, conductis falsis testibus, eos de throno deturbarent. Et ut dicebat Cicero pro rege Deiotaro ad Cæsarem, est ita iniustatum regem capitis reum esse, ut ante hoc tempus non sit auditum. Et rursum, semper regum nomen in hac ciuitate sanctum fuit: sociorum verò regum, & amicorum sanctissimum. Dicebat etiam Telesphorus<sup>a</sup>, Dei accusat ordinationem, qui eos qui ab eo constituuntur, accusat, aut damnari cupit, à quibus se Domini populus, benedici saluari & instrui cupit: nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in accusatione eorum suscipi: populus enim ab eis est docendus & corripiendus, non ipsi ab eo, quia non est discipulus supra magistrum, & inferior non dat legem superiori<sup>b</sup>, quæ quamuis in hypotheli dicta sint de præpositis & prælatis ecclesiæ, debet quoque intelligi de principibus secularibus. Sicuti ex merito plebis, nonnunquam præpositi deprauantur, quatenus procliuus cadant qui sequuntur, ut dicebat Anacletus<sup>c</sup> & componitur orbis, regis ad exemplum<sup>d</sup>.

25. Peccata regum personalia sunt, officium eorum publicum & diuinum, nec propter peccata eorum, contemnenda est eorum dignitas & potestas, & officium. Cum enim Saul iam fuisset à Deo reprobat, tamen iudicabat, & eius iudicium quandiu vixit, populus expetebat<sup>e</sup>. Dauid fuit adulter & homicida: Salomon ad idololatriam declinavit amore muliercularum, & tamen populus non rebellavit aut eos deposuit sed eis obtemperavit. Achab etiam, quamuis coleret Baal, tamen decem tribus iudicabat. Iussit & Christus, super Cathedram Moysis sedentibus Scribis & Pharisæis hypocritis, nihilominus in his quæ mandarent obtemperari<sup>f</sup>. Et dicendum videtur de regibus qui Christi Domini dicuntur, quod Constantinus cognomine Magnus, dicebat de Sacerdotibus & præpositis ecclesiarum, se mutuo coram illo libellis accusantibus quos combussit non lectos, dicens. Ite & inter vos causas vestras discutite: quia dignum non est ut iudicemus Deos, vos à nemine iudicari potestis, qui ad Dei solius iudicium reseruamini<sup>g</sup>. Sic Dauid ad Deum solum suum iudicem, cum nullum alium superiorem haberet, pro peccatis clamat, Tibi soli peccaui & malum coram te feci<sup>h</sup>. Et proinde manifestè improbus eorum prætextus, qui rebellant in principem & populum commouent, ut eum meliorem vexatione faciant, & puniant: Nam & in hoc tanquam vsurpantes Dei potestatem, arguuntur, iuxta ea quæ

Gg 2

a Epistola v-nica c. 3. ca. sacerdotes, 8. § Dei ergo, 6. q. 1.

b c. cum inferior, de maioribus & obedientia.

c In epistol. 3. relatus in ca. 13. ex merito 6. q. 1. facit can. audacter 8. q. 1. d ca. præcipue 11. q. 3. e 1. reg. 15. c.

f D. Math. cap. 23.

g Rufin. lib. 10. histor. Eccl. c. 2. ca. continua lege. 5. §. Constantinus & ca. 41. Sacerdotibus. 11. q. 1. h Psal. 50.

a 1. quisquis, §. filij, ad leg. Iul. maiesta. c. b 1. reg. c. 2.

c 3. reg. c. 12.

d Hieremia 1. vers. 10.

e 1. f. de iuris. omnium iud. P. f. l. multum interest, si quis alteri vel sibi c.

g ad Roma. c. 13. v. 17.

h Exod. 2. v. 24.

i ad Roma. c. 13. & 1. Petr. c. 2. omnis anima, de censuris.

a episto. I. rela  
tus in c. 7. si o  
mnia. 6. q. 1.

sic scribit Anacletus. <sup>a</sup>Si omnia, inquit, in hoc seculo vindicata essent, locum divina iudicia non haberent: superuacuis enim ad beneficia, laborat impendiis, qui solem certat facibus adiuuare. Ideo si aliquis putat se Deo in hoc placere, quod seruos suos accusat: & ut meliores fiant, dicit se hoc agere, in vanum laborat: & plus inuidia stimulis agitur, quam charitatis: quoniam gratia plenitudo adiectione non indiget, nec ulla requirit commendationis augmenta. Quocirca rebelliones in principem prætextu vitiorum eorum, effugere non possunt crimen maiestatis, & Dei indignationem. Et potius relinquendi sunt male regnantes iudicio Dei, quam pollvendæ manus sacrilegio, & parricidio per subditum. Non caret Deus modis quibus possit, quando voluerit, huiusmodi malos principes tollere, vel emendare.

De morte principis.

CAPVT VI.

b ut in l. pro  
ponehatur. P.

c Iustinus.

DESinit quis gerere principatū interueniente morte, vel naturali, vel violenta: mors enim omnia dirimit, & resoluit. Et Summi Pontifices, Imperatores, reges, alique principes vt reliqui homines, nihil ex rebus mundanis morientes auferunt. relinquitur itaque principatus, qui interdum perseverat in eodem statu post mortem administratoris, vt persona non dignitas mori dicatur, per subrogationem enim administratoris censetur perseverare principatus etiā mutata persona. <sup>b</sup>Interdū cum ipso principe, & sine accepit principatus status, & mutatus est in aliam formam reipublicæ, vt cum Codro ultimo rege Atheniensium, regia & monarchica potestas degeneravit in rempublicam. <sup>c</sup>& sæpe victis aut deiectis regibus, victores regna redegerunt in prouincias, tetrarchias, satrapias, ducatus, comitatus. Et post mortem Alexandri Magni, monarchia eius multis cladibus, lachrimisque prouinciarum, & regnorum constructa, breui tempore concidit, & in membra diuisa, iterum ad noua regna decidit. Quando etiam regna successione proximis deferuntur, extincta regia familia, & ultimo ex gente moriente, mutatur status principatus, & vel ad electionem, vel ad tyrannidem, vel Democratiam, vel Aristocratiam venit. 2 Fieri autem solet in omni mutatione principis, vt innovationes quædam publico statui incommodū adferat, siue legitimus successor ex familia, siue alius subrogetur, cumque nouus subrogetur cumque nouus rex est, & noua lex est: siquidem non omnes eodem modo sapiunt, & quæ placuerunt antecessoribus, vix placent, aut nunquam per omnia successoribus, fiuntque ita mutationes morum, actionum, & personarum officialium.

3 Apud aliquos populos vita regis perinde ac propria subditis fuit chara, & commendatior super omnia: vt etiam boni subditi quotidie in bellis se periculis mortis pro principe incūstanter exponūt. In Arabū regione ex instituto quodā receptū erat, vt si membrū aliquod regis fuisset mutilatū, ipsi quoque responderēt & citra adulationem: & ridiculi arbitrabantur, si cū mortuo rege ipsi quoque interfici non stude-

non studerent, eidem mutilato simillimi mali opinionem non confirmaret, vt ait Athenæus<sup>a</sup>. Addit & ex Nicolai Peripatetici historia, Adriatomum Sotianorum regem (quod genus est Celticum) sexcentos delectos ciues apud se habuisse, qui patriæ eorum idiomate Siloduri dicuntur, quod Græcè, vota exequentes significat, qui reges & vnà viuentes & vnà morientes haberent: cum ipsi se ipsa facturos promitterent, & ex hac pollicitatione eadem veste, & eadem dieta vtebatur, vnàque imperabant, atque in omni occasione mortuos, siue ex morbo rex moreretur, siue in bello cecidisset, siue alia quauis de causa: neque vllum fuisse, qui mortem huiusmodi vel formidantem vel tergiuerfantem horum quempiam demonstrare posset, cum regi ita contigisset<sup>b</sup>.

4 Narrat & Tyrannos Erythrentes, post necatum aut submersum regem per ipsos Cnopum, in sua oligarchia statuisse, vt si quis ex ipsis lociis fuisset defunctus, ciues vna cum vxoribus & filiis congregati, illum lugere mortuum compellerentur, pectoraque vehementer percutere magnisque eiulare vocibus, atque hæc facere verberone qui rei præfæsus erat impellente.

Quando apud Lacedæmonios rex è vita discesserat, per totum triuuium nihil vendebatur, atque totum forum paleis conspergebatur<sup>c</sup>.

De questione, num licitè tyrannus à quolibet necari impune possit.

CAPVT VII.

POssunt plura de necando vel non necando tyranno, in vtrāque partem adferri: quæ solent confusè ab his, quorum mens affectibus vel passionibus obfessa aut turbata est, in eam partem in quam magis inclinare videntur, detorqueri.

Cæterum omni animi perturbatione deposita, res & quæstio, distinctione vna aut altera tutius mea sententia & secundum veritatem & conscientiam, poterit terminari.

Omitteremus autem in ea priscam nominis tyranni pro omni rege iusto aut legitimo, acceptionem. De eo enim alias, nunc autem pro iniusto principe tyrannum accipiemus.

Tyrannus ita hic propriè dicitur, qui sibi illicitè vsurpauit imperium seu principatum, puta dolo vel malis artibus, inuitis subditis se constituit principem.

Quare Tyrannus non est, qui est adeptus principatum, aut per electionem eorum qui eligere poterant, aut per sortem commissam à subditis, aut per successionem, aut per donationem seu inuestituram eius qui conferre potest, aut iure successionis, aut iusto bello vi subiiciendo sibi alienos: sunt enim isti modi acquirendi principatum iuregètium probati & habiti legitimi, aut si speciali vocatione à Deo ad regnū quis vocaretur, nō enim est potestas nisi à Domino. Contra qui præter modos prædictos inuadūt principatus, & administrationes rerum publicarum sibi vsurpant, dicuntur verè tyranni, quan-

a Lib. 6. Di-  
pnoSophiston  
c. 6.

b Meminit  
de hi Julius  
Caesar lib. 3. de  
bello Gallico,  
sed vocat hos  
Soldarios seu  
denotos, cum  
de Adcan-  
tuanno agit  
Aquitano Im-  
perante, & de  
fide sexcento-  
rum Soldario-  
rum eius.

c Heraclides  
in Polytiis &  
in politia La-  
cedæmoniorū.

tumuis humanè aut bene populum regant, & ei applaudant: Radix enim istius possessionis ambitione aut rebellione ac latrocinij crimine, infecta est: neque perpetuò verum est, Tyrannos omnes, tyrannicè, id est seuerè & crudeliter malèque imperare, aut malos in administratione esse, Quamquam frequentius ita accidat, & causa etiam sit cur tyrannis modico tempore duret. Cùm tamen quidam post inuasum dominatum, sic modeste imperauerint ac delinuerint populum, vt fuerint ab eo volente tolerati. Sic Orthagoræ & filiorum eius apud Syciones Tyrānis, ad centesimum vsque annum peruenit. Cuius durationis causa: quod mediocritate quadam erga subditos utebantur, multaque, legibus seruientes agebant<sup>a</sup>. Et quia rei militaris aptus fuit Clithenes, non facile contemnendus habebatur, qui & fertur coronasse iudicem qui victoria<sup>a</sup> eius contradixerat. Plurimum & conuersatione & vsu familiari, fauorum & gratiam hominum acquirebat.

<sup>a</sup> Aristote. 6. Politic.

Pisistratus quoque fertur aliquando apud iudicium Areopagi citatus, subiisse iudicium. Cypselidarum item tyrannis durauit Corinthi sexaginta tribus annis cum dimidio: causa eadem ac superior. Quin Cypselus valde popularis & sine vlla custodia degebat. Dionylus Iunior, mortuo patre Tyranno qui Siciliam inuaserat, ad amicitia popularè, primū vt tyrannidè confirmaret descendit: quam cum in crudelitatem conuertisset, ea & autoritate priuatus est<sup>b</sup>.

<sup>b</sup> Iustinus ex Trogo lib. 21.

2 Sunt alij ex vulgi imperiti sententia, Tyranni dicti, qui tamen legitimi sunt principes & principatum, vel per successionem vel per electionem, vel iusto bello, vel alio modo legitimo, adepti sunt: verum quia potestate legitima abutuntur in subditos, crudelitate avaritia, nimia exactione tributorum, habentur pro tyrannis, & tyrannicè dicuntur imperare, quia agant quæ vere Tyranni agere solent.

3 Non desinunt verè esse tyranni adhuc, qui post occupatam iniuste potestatem et tyrannidem, procurant vel metu vel alio modo illicito, se eligi in principem vel inungi, per eos qui ius electionis habent more legitimorum principum. Sicuti quando Sylla procurauit ex lege Valeria, se dici in longum tempus dictatorem, quam iussit publicari, inducto ingenti in urbem exercitu, qui metu populum continebat ne sua libertate frueretur.

Quemadmodum & quando Iulius Cæsar curauit ex alia lege sibi dari perpetuam dictaturam. Ad hunc modum cum Guillelmus Nohus, dux Normanorum in dicto bello anno 1066. Huraldo regi expugnatis Anglis, tyrannidem vsurpasset, & vellet legitimi principis sibi nomen acquirere reiecto titulo Tyranni; petiit ab Stiganeo Cantuariensi Archiepiscopo solenniter cōsecrari: quod tamen ei denegatū est vt alieni iuris inuasori: quamuis postea ab Altredo episcopo Eboracensi, fuerit inauguratus, remanente tamen nota tyranni, victoria etiam eius contra Anglos habita cruentissima, reprehensa: feruntque in loco pugne monasteriū Sancti Martini de bello, structū, in quo sub modico imbre terra imbuta reddere videtur sanguinem qui clamat ad Deum vindictā, vt coniciatur illam Deo displicuisse<sup>c</sup>. Signum etiam eius rei quod non diu hæc tyrannis in eius:

<sup>c</sup> Guillelmus Neobrigensis libr. 1. rerum Anglicarum 1. & seq. cc.

domo durauerit, & fuerit parum fausta. Siquidem huic Guillelmo Notho, successit Guillelmus Rufus filius eius, à suis pro fera in ventione confossus: huic successit Henrichus frater eius minimus: post Henrichum, Stephanus comes Bononiensis ex sorore nepos regnum vsurpauit anno Domini 1135. cum esset legitimus hæres, qui tamen pollicitationibus decepit antistites, & se coronari curauit.

4 Est dolus hic tyrannorū vt post inuasos principatus, velint participes esse titularum verorum principum, quos ante deturbarunt sede, vtentes comitiis populi vel cuiusdam superioris extorta auctoritate. Quæ tamen non possunt efficere quominus tyranni dicantur veri, remanente macula, & quominus legibus tyrannorum non contineantur: Nisi vt quidam putant, post adeptam tyrannidem, omnino se ea potestate abdicauerint, & arma cum persona submittant iudicio eorum quæ conferre legitime principatum possunt: aut nisi post adeptam tyrannidem, cum sua progenie principatum præscripseriat, centenaria vel maiori possessione. Omnia enim præscriptionibus & mutationibus temporalibus obnoxia sunt, etiam iura principatus: cùm, ne rerum dominia sub incerto sint, tum etiam in odium negligentium qui noluerunt per seculū excutere tyrannidem, & ei consensisse silentio videntur, tanquam in legitimum principatum. Potest etiam expressè populus ex tyrāno legitimum principem facere, si ab alio quàm ab eo legitima supremæque potestas non pendeat. Quemadmodū postquam Herodes primus Ascalonita, inuasisset tyrannidè Hebræorū, & ita tyrannico principatu regnasset per vnum & triginta annos, fessi tandè Hebræi, vltor ei ac eius posteris regnū obtulerunt: iurates in fide ipsius & posterorū eius, sese permansuros<sup>a</sup>. Recipiūt & cōsensum tacitū pro placito populi iura<sup>b</sup>, & anti-quitatè tēporis pro lege<sup>c</sup>. Celebris alioquin & vera sententia D. Augustini, nec tyrannicæ factionis, inquit peruersitas, laudabilis erit, si regia clemētia tyrannus subditos trahter: nec vituperabilis ordo regie potestatis, si rex tyrannica seueritate fauiat. Aliud enim est iniusta potestate velle iuste vti, aliud iusta potestate iniuste velle vti<sup>d</sup>.

<sup>a</sup> Philo Iude. in breuiario de temporibus.

<sup>b</sup> l. de quibus de legib. P. c. super quibusdam, de verb. signi.

<sup>c</sup> l. 1. §. f. de aqua pluuiæ arceda. P. l. hoc iure. §. ductus aquæ de aqua quoti. & estina. c. ad audientiam de præscriptio.

<sup>d</sup> Augustin. de bono coniugij c. 14. ca. ne que enim 9. §. 2. 14. q. 5.

<sup>e</sup> 2. de inuentione.

<sup>f</sup> In Hercule furente.

5 Aduersus hos tyrannos & inuasores alienorū principatum, leges fuerūt late, de tyrannis impune auffendēdis & explodēdis, deque morte illis iuste inferēda, de premio honoribusque tyrannicidis decernendis. Meminit Cicero<sup>e</sup> de duabus legibus de necandis tyrannis, & de premio necantium: quarum prior.

Qui tyrannum occiderit Olympionicarum premium accipito: & quam rem sibi volet à Magistratu deposcito: & Magistratus ei concedito.

Altera. Tyrāno occiso, quinque eius proximos cognatione, Magistratus necato. Aliæ leges Græcorū aliarumque gentiū, quæ non patiuntur seuerè viuere tyrānos, & quæ eos exponat omniū libertati, premia honores statuāque; necatibus statuunt, & nouæ quædā eos vt bānitos diffidatos, reos non solū maiestatis sed vt hostes reipublicæ quietis & status eius morti à quolibet inferendæ subiiciant. Atque vt Seneca ait<sup>f</sup>

Vitima aut vlla amplior

Potest magisque opima macl. vi Iouī

Quam rex iniuius.

Legē & Græcorum cauetur, ut tyrannorum filij velut facinoris conscij, parentum crimina luāt, & haud secus morte, exilioque multentur<sup>a</sup>. Ita puto, inquit Cicero<sup>b</sup>, Græcos homines deorum honores tribuisse iis qui tyrānos necauerūt. Hercules non aliunde, aut Theſeus videntur famam celeberrimam naſti, quā ab obtruncatione tyrannorum. ut Aod in libris Iudicum. c. 3. dicitur, *Saluator à Deo suscitatus, qui regē Eglō Moabitarū tyrannicē imperāre populo Israeli, sustulit.*

Nec vlla propemodum in hac sententia videtur difficultas, quin non liceat priuatæ vel publicæ personæ huiusmodi inuasorem reipublicæ aut principatus necare, quia nullus huic subditus dici potest qui hostis est. Et reus diuinæ, & humanæ maiestatis est inuasor principatus: quia non est potestas nisi à Deo, & qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit, mortis reus est, tanquam Dathan, Core, & Abiron, qui voluerunt vsurpare principatum, ideo viui terræ hiatu deglutiti<sup>c</sup>. Et Imperatores reum mortis dixerunt, qui supremi dominij notas vsurpauerit<sup>d</sup>. qualis is qui ex priuato vult effici princeps, & in Aristocratiā, qui ex comite vult effici sociorum dominus. Neque reputandus est seditiosus qui regnum talis tyranni turbat<sup>e</sup>: quia tale regnum non ordinatur ad bonum commune, sed ad priuatum commodum, ut sæpe tradit Aristoteles<sup>f</sup>, imò laudandus qui multitudinē liberat à tyrannica potestate: nisi fortè quādo sic inordinatè perturbaretur, quod multitudo subiecta maius damnum pateretur, aut detrimentū, ex perturbatione sequēte, quā ex tyrānica dominatione.

6. Controuersia etiam non modica, num is qui dicitur tyrannus, vel fertur velle principatum inuadere, possit impunè necari antequā talis fuerit iudicatus, & possit præuentione mortis impediri ne inuadat. Solon enim non nisi cōiuctum & comprobatum permittebat tolli. At tutius visum aliis, quod lege Valerij Poplicolæ narrat cautū Plutarchus, ut statim vbi caput exeruerit factio, ad tyrannidem vsurpandam, antequam secum populi stragem exciter: si modò sint argumenta tyrannidis vsurpandæ apparatus: nempe si quis factiones agat, arces occupet, populū aucupetur, exercitum conscribat, aut quid simile faciat.

7. Et hæc omnia tantum de veris tyrannis dicta censentur. Nam si agamus de necandis legitimis principibus, qui non fuerint principatum per tyrannidem adepti, seu per vsurpationem & inuasionem iniustam, sed aut per legitimam successionem, aut per electionē, aut per inuestituram iustam, aut belli iusti victoria, aut vocatione certa à Deo facta: non ita facilis est resolutio, ac prædictorum tyrannorum, si quis dicat eos legitimos principes tyrannicē viuere, crudeliter imperare, bonos opprimere, aut alia facere illicitè, & impiè in subditos, quæ tyranni solent exercere. Nam quauis admittamus hæc digna esse reprehensione, vindicta, & reformatione, tamen remanet quæstio, à quibus vindicari, & opprimi talia agentes oporteat.

8. Quamobrem distinguendum censeo, & inquirendum, an qui tyrannicē imperare dicitur, supremè sit princeps potestatis, & sui iuris, neminem aliū in temporalibus recognoscens superiorē, qualis est rex Gallie, Hispaniæ, Moschouiæ, Persarum, Turcarum, & similes

monarchæ-

monarchæ: An verò talis sit princeps qui superiorem habeat.

In primo casu non potest princeps ut sentio, legitimus quantumuis impius aut tyrannicè imperans, necari legitime à suis, seu à subditis. Neque illi quippiam in ipsum eiusque statum, honorem, vitam, aut dignitatem, iuridicè aut de facto moliri possunt. Iurisdictionem quippe nullam habent subditi in suum monarcham, qui non pendet à populi potestate, ideo in eum statuere, aut illi imperare nequit: & quauis aliquando potestas Romæ fuerit apud populum, tamen postquam in principem omnem transtulit potestatem, se illa potestate nudauit, ut ea uti nequeat, quam concessit in perpetuum. Sicut Valentinianus Imperator electus, rogatus à militibus ut sibi socium imperij adscisceret, respondit vocem Imperatore dignam: *Vestrum*, inquit, *fuit, ut priuatum me ad imperialem extolleretis dignitatem: res autem administrare, non iam vestri sed principis ipsius esse, vos ipsi quoque dixeritis: itaque vos deinceps imperata facere & quietos esse: me autem quid factu opus sit, curare decet.* atque tunc quidem militibus non cessit, et si postquam Constantinopolim venit, trigesimo à suscepto imperij die, socium sibi imperij fratrem Valentem coniunxerit.<sup>a</sup>

9. Omnis iurisdictione in statu monarchiæ, gladiique potestas, à solo Deo, & principe eius vicario monarcha pendet: ideo subditi qui carent potestate, iuridicè in eum animaduertere non possunt. Multominus præter ius, & rei habebuntur criminis maiestatis, non solum qui ipso facto in personam principis & eius securitatem, & vitam quippiam commiserit, verum etiam qui factioni, consilioque conspiratorum interfuerit, quauis ipse actui non consenserit<sup>b</sup>. Quin & ipsa sola cogitatione necandi principem, cum aliquo actu exteriori, quanquam sequuta fuerit pœnitentia, mortis supplicium pro pœna habet<sup>c</sup>. Memorabile traditur de hac re exemplum cuiusdam nobilis Normandiæ, qui, cum decreuisset necare Franciscum I. regem eius nominis Francorum, & pœnitentia ductus id ipsum fuisset in sacramentali exomologesi cuiusdam minoritæ confessus, & sacramento absolutus, tamen denunciatus per minoritam regi, & à rege ad iudicium subeundum in curiam remissus, ultimo supplicio addictus fuit. imò & post mortem huius criminis est accusatio. Fuit & alius nomine Caboche mente captus, qui cum ense distrinxisset coram Henrico II. rege Francorum, quauis nec inuasisset, nec ad vltiora progressus fuisset, ultimo damnatus est supplicio, nec furor qui solet à pœna in delictis excusare, hunc propter grauitatem facti ab ea potuit eximere. Quando nullus tam amens existimetur, qui principis sui numen naturali quodam instinctu aliquo modo reueratur: cum etiam leones, vel aliæ bestiæ ferociore suum curatorem, seu pastorem & ductorem inter cæteros discernant: nec in eos ut in cæteros insurgant. Princeps Carthaginensium in Africa Hanno, cum opes suas, quibus reipublicæ superabat vires, ad occupandam dominationem intendisset, regnumque interfecto senatu inuadere conaretur, & arces contra Democratiam occupasset, commotis & concitatis in suam partem seruitiis, seu seruis captus, virgis cæsus, effossis oculis, & manibus, curibusve fractis, velut à singulis membris pœnæ exigeretur

<sup>a</sup> Nicephorus Callixtus. l. b. xj. c. 1.

<sup>b</sup> l. quisquis, ad leg. lul. ma. i. sta. C. l. i. eo. tu. in P.

<sup>c</sup> ut tractant interpretes. ad l. cogitationis. de pœn. P. & ad l. si quis nō dicam rapere. de sacrosanct. eccles. C.

<sup>d</sup> l. penul ante penult. & fin. C. ad leg. Iul. ma. i. sta. §. publica autem iudicia. de publ. iudic. apud Justinian.

<sup>e</sup> Numeror. c. 16.

<sup>d</sup> l. sacri affa. tu. de diuers. rescrip. C. l. i.

<sup>e</sup> ut dignita. or. do seruetur. C.

<sup>f</sup> Angelus in summa. in verbo Seditio. Num. 2.

<sup>g</sup> 3. Politicor. & 8. Ethicor.

in conspectu populi occisus est, corpus verberibus lacerum, cruci affixum, filiique, cognatique eius omnes etiam innoxij supplicio traditi: ne quisquam aut ad imitandum facinus, aut ad mortem vlciscendam, ex tam nefaria domo superesset<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Testimonium ex Tregio, lib. 21. severitas tamē illa in proximos delinquentis innocentes, remissa, & in filios. l. quisquis. S. filij, ad leg. Jul. maiesta. C. l. sancimus. 22. de p. n. C.

<sup>b</sup> Bonifidius Decad. 1. li. 5.

<sup>c</sup> Bonifidius lib. 3. Deca. 4.

<sup>d</sup> c. 23. Mat. thei. c. 22. ver. 17. & sequent. Mar. cap. 12. ver. 14. Luca 20. ver. 22.

<sup>e</sup> Euseb. lib. 7. c. 5. Nicephor. Calix. item li. 7. c. 5. f. epistola. 2. quā refert Gr. ian. in c. 1. 2. l. 7.

10 Suppetunt rursus exempla quæ admonere possunt, non licere subditis insidiari, rebellare, manus iniicere in principem naturalem, autoritate publica, electione, vel successione, vel alia causa legitima imperium adeptum, & detinentem, vt laudatur à Xiphilino in Nerone Cæbulo Romanus insignis dux Neronis, ob hanc vnam causam quod Neroni fidem seruauit. Sigismundus Quinqueclesienis episcopus, à Maximiliano 1. Romanorum Imperatore, promisso in defectionis præmium Saltzburgensi archiepiscopatu per literas, vt ipsius partibus se iungeret sollicitatus, respondit, datam semel Vladislaw fidem, fallere nefas esse. vnde & ipse Maximilianus integritatem antistitis laudant<sup>b</sup>. Celebre dictum Michaelis Orsachi Hungariæ Palatini, cum reliqui proceres Mathiam regno deicere cogitarent, *Quemcumque* (inquit) *sacra corona coronatum videris, etiam si bos fuerit, adorato: & pro sacrosancto rege ducito, & obseruato*<sup>c</sup>. Et quanquam Dominus noster IESVS CHRISTVS sæpe reprehenderit auaritiam, impietatem, & scelera Phariseorum, & scribarum: tamen iussit eis obtemperari, quia sederent in cathedra, & sede potestatis<sup>d</sup>. Interpellatus rursus de tributo reddendo à Iudæis Cæsari, & regi, respondit, quæ sunt Cæsaris, Cæsari reddite, & quæ sunt Dei, Deo. Sed & à Christo passo vsque ad Diocletianum, per interuallum prope trecentorum annorum, etsi innumera, crudelique tormenta Christiani passi fuerint, & clades atrocissimas, semel 20. millibus necatis, alias integris opidis Christianis subuersis, tamen nusquam omnino legitur, christianos licet pares viribus, & numero fuerint, vi & armis aduersus leges, rempublicam, & magistratum, Imperatorem, securitatemque eius, vel tantillum molitos fuisse, vel rebellasse. Quin hoc ius fere argumento, se suamque religionem omnibus anteferri debere, colendam, & amplectendam, quodammodo ducti æmulatione, nulla dominandi cupiditate, nullo studio nouarum partium, in ea tam pertinaciter, atque obnixè perdurarent: & vnico amore Dei, & Diuini cultus, christianos se ab eo dicerent appellari, cuius sit hoc piissimum dogma, vt magistratum pareant. Et proinde cum Nicomediæ proponeretur edictum Diocletiani, & Maximiani imperatorum, crudele aduersus christianos, nimirum quo templa solo æquarētur, Diuinæ scripturæ cōburerētur, qui inter christianos magistratum, honorésque gereret, cū infamia in ordinē redigeretur, serui christianismū abiurarēt, libertate donarētur, & pleraque huiusmodi alia graua statuerētur, quidam, illéque primus christianorū extitit, qui tantæ seueritatis indignatione motus ausus est, cum etiā vterque Imperator Nicomediæ moraretur, edictum manu capere, discerpere, cōscindere in minutissimas partes: atque cum in eum extremo supplicio fuisset animaduersum, reliqui etiā christiani iure cæsum esse eū pronūciarūt<sup>e</sup>. Facit quod scribit Euaristus episcopus per Ægyptum<sup>f</sup>, *Nō est*, inquit, *à plebe*

plebe, aut vulgaribus hominibus arguendus aut accusandus episcopus, licet sit inordinatus: quia pro meritis subditorum disponitur à Deo vita rectorum & c. Id eo ista dico quia insidiator bona sapissimè solet conuertere in malum, & in electis ponit maculam. Et permittit etiā Deus malos principes regnare propter peccata populi, quamuis eos non probet, a promittitque Deus regnare hypocratom vt ait Iob. ad puniendam perniciam populi.

In consilio Constantiensis, sessione 15. inter articulos condemnatos, ille est, asserens, quod quilibet tyrannus potest & debet licite & meritorie occidi, per quemcumque vasallum suum & subditum, etiam per clanculares insidias & subtiles blanditias & adulationes, non obstante quocumque prælitio iuramento & fœderatione factis cum eo, non expectata sententia vel mandato iudicis cuiuscumque. Aduersus hunc errorem satagens, inquit, hæc sancta synodus exurgere, & ipsum funditus tollere: declarat & definit huiusmodi doctrinam erroneam esse in fide & in moribus ipsamque tanquam hæreticam & scandalosam, & ad fraudes, deceptiones, mendacia, proditioes periuria, vias dantem reprobam & condemnat. Declarat insuper & decernit quod pertinaciter doctrinam hanc asserentes, sunt hæretici: & tanquam tales iuxta canonica sanctiones puniendi.

Iohannes Gerson quoque, in prima parte operum, in tractatu inscripto, De auferibilitate Papæ, consideratione 14. de eodem sequentibus verbis scripsit, postquam docuit non esse obediendum Papæ determinanti contra vtilitatem ecclesiæ, aut dum vim inferri iubet regno cuiuspiam: *fatemur*, inquit, *nempe duo illa, suspensionem aut subtractionem ab obedientia Papæ, fieri non debere nisi manifestis causis urgentibus: ne in corpore ecclesiæ deterior & generalior sciscura fiat & inducatur, dum particularia membra consuecunt non obedire: sicut notat Aristoteles in politicis, pessimum esse consuecere non obedire principi sine regi. Quanto magis erronea & damnanda est assertio, quod licet unicuique subditorum mox vt aliquis est tyrannus, ipsum omnibus viis fraudulentis & dolosis, sine quauis auctoritate vel declaratione iudiciali morti tradere: præsertim si addat hæc assertio, quod tyrannus omnis ille est qui non præest ad vtilitatem subditorum.* hætenus Gerson, ibi. Rursus idem Gerson in eadem prima parte operum, tractatu de erroribus circa præceptum non occides, repetit inter errores damnatos in consilio Constantiensis, fuisse asserentes, quod fur nocturnus, hæreticus, insidiator viarum, fortilegus meritorie à quocumque etiam si possit duci ad suum iudicem sine periculo mortis, aut vi sibi illata, possit necari. Item ille quod occisio hominis bona intentione facta, redditur iusta & excusabilis, vocando intentionem bonam zelum legis, vel sui principis. Ille etiam, quod quamuis sit fides hosti seruanda tamen non tyranno. Item dicere, quod ab hoc præcepto non occides, excipitur tyrannus, & quod is occidi possit iuxta legem illam, non patieris maleficos viuere supra terram, & loquedo de tyranno qui iure in republica non principatur aut principari conatur: dicere quod Michael occidit Luciferum sine mandato Dei aeterna morte: Similiter Phinces occidit Zambri, sine mandato

<sup>a</sup> docet Origenes hemi. 4. in librum iudicum & gl. ordinaris ad illud c. 4. & can. 18. audacter 8 q. 1. ca. ex merito 6 q. 1. b Iob. c. 34.

quocunque Dei vel alterius: Et pariter Moyses Ægyptium: & quod inde meruerint, & quod similiter Petrus voluit occidere seruum pōtificis. Item dicere quod meritorium, & quod detur qualibet lege cuiuslibet subiecto licētia tyrannum occidendi: quōdque peccet mortaliter quilibet subiectus habens oportunitatem occidendi, si non occiderit tyrannum etiam per cautelas, insidias, aut turpiter.

Et iterum idem Gerson in censura errorum assertorum per Iohānem Paruum, circa præceptum *Non occides*, tradit errores hos repugnare legibus naturæ. Diuinæ, & moribus. asserere licitum esse vnicuique subiecto occidere, vel occidi, facere tyrannum. Adicit & circumstantias quæ simul concurrere debeant in occisione tyranni, quæ probari possit, quarum vna deficiente, improbandam ait. Prima circumstantia, quod sit certus tyrannus, & condemnatus, & per sententiā appareat cum ex incertis & leuibus argumētis non sit procedendum ad mortem. 2. quod sit notorium, talem tyrannum non posse comprimi per superiorem suum. 3. quod sit notorium talem tyrannum non posse per alium occidi æquē bene: alioquin sine lege & ordine plures concurrerent. 4. quod sit probabile non esse tolerandū talem tyrannum, & quod deterius alter contingat: alioquin periret consilium Domini, de non euellendis zizaniis. 5. quod non sit probabile talem tyrannum esse faciliter corrigendum, vel quod possit aliter comprimi cum facilitate maiori. 6. quod non fiat occisio talis tyranni insidiosē, & subito cum certo detrimento animæ eius, vbi potest aliter fieri, prout requirit vtilitas reipublicæ & animæ salus. quoniam in hoc fundatur decretalis, pro humani generis, de homicidio in sexto. 7. quod ad occidendū talem tyrannum, non assumatur media de se mala: vt sunt fidei confœderationes, falsa iuramenta, mendacia: quia non sunt faciēda mala, vt inde eueniant bona: & quia simulata æquitas, non est æquitas, sed duplex iniquitas, & simulatio est iniquitas. Item quod iustum est, iustē exequeris. 8. quod bono animo fiat, non ad vindictam, vel ad rancorem, vel ambitionem: sed intuitu legis diuinæ, & ciuilibus, & pro reipublicæ vtilitate.

9. Debent concurrere, & circumstantiæ morales omnes, vt occidatur, quando, & vbi: & à quo oportet: quare non debet occidi per sacerdotem, nec in loco sancto. Sed & adhuc addit, quod etiam concurrentibus dictis circumstantiis, ex diuini Thomæ sententia, libro de regimine principum, & magistri Nicolai Oresinensis in translatione sua circa principium libri 5. Arist. politicorum, & aliorum plurimum rheologorū, talis tyrannus magis est iudicio Dei reseruandus, quàm per priuatam auctoritatem, & seditionem occidendus, atque magis credendum esse catholicis auctoribus, quàm paganis qui contrariū dixerunt.

Fuit etiam conclusum contra assertiones magistri Iohannis Parui & librum eius quem inscripserat de iustificatione ducis Burgundiæ, qui occiderat Ludouicum ducem Aureliacensem, fratrem vnicum regis Franciæ tanquam tyrannum, & assererat id, regem ratum, habere, debere.

Rationes reprobationis fuerunt: Prior quia contra præceptū Dei *Non occides*

absque auctoritate iudiciaria occidisset.

Secunda, quia scriptum, si quis per insidias occiderit proximum, ab altari eum euellēs vt moriatur.

Tertia quia fuerat assassinus, de cuius damnatione in c. 1. de homici. in sex. 4. quia si hoc permitteretur apperiretur via ad homicidia regum aut principum quorumcunque, ad violationem fidei & iuramenti, si liceret impune eos propria auctoritate necare, aut in eos fraudes moliri, daretur & occasio rebellandi subditis & contemnēdi principes, dissidentia principum subditis. Nemo enim esset ambitiosus, aut alias etiam à principe iuste castigatus, qui non ingentia in illū confingeret crimina, vt eum exosum populo redderet nulla esset imperandi securitas.

13. Proinde quoque qui mortem illorum seuerè vindicarunt & grauissimas in coniuratores homicidas exercuerūt: ne aliis ex impunitate in ipsos coniurandi relinqueretur occasio. Sicut & Seuerus imperator, iussit omnes cōscios mortis Pertinacis tolli. Vitellius, coniuratores & homicidas Galbæ: quin & Epaphroditum vltimo subiecit supplicio, quod rogatus à Nerone, illum ad sibi inferendā mortem iuuasset: vt Dauid puerum Amalechitem, quod dixisset, iuuasse Saulem regem vulneratum in prelio Philistinorum, ad manus sibi inferendas, dicens, *sanguis tuus super caput tuum: os enim tuum locutum est aduersum te, dicens, ego interfeci Christum domini*, fuit autem Saul rex impiissimus, qui sacerdotes Dei iussit interfici, & ciuitatem eorum Nobe succēdi: percutique in ore gladij viros & mulieres & paruulos, lactantes, bouemque & asinum & ouem. Tyrannice itaque imperauit, & prosequutus iniuste Dauidem phycenes consuluit: tamen rex ab initio creatus legitime, ideo neque Dauid potuit probare mortē eius & ipsemet cum potuisset in spelunca in qua latebat necare venientem Saulem, abstinuit, & dixit non extendā manum in dominum meum, & Christum domini. Quinimo dicunt Hebrej, quod, quia tunc Dauid in spelunca latens absidit oram clamnicidis regis saulis, exonerantis aluum in spelunca, in posterum à Deo punitus est, vt in senectute in pœnam perpetua frigiditate rigeret, nec potuerit per vestimenta superiniecta incallescere.

Theophilus Imperator Cōstantinopolitanus, iussit omnes vocari, qui necato Armenio Imperatore, patrem suum Imperatorem creassent, vt eis rependeret beneficium: vocatos autem ad vnum interfici iussit. Bessum, qui proditoriè, vt regnaret in Persia, regem suum necauerat. Alexander Magnus quanuis ei Darius fuisset hostis, iussit crudeli supplicio affici, vt parricidium ita graue subditi in suum regē expiaret.

14. Essæi qui inter Iudæos profitebantur executionē verbi Dei, resoluerunt etiam principes, supremos, qualescunque sint, inuolabiles inter subditos, vt sacros & missos, à Deo esse debere.

Lege Diuina scriptum adhuc, *Principi populi tui non maledices*, multo magis, & prohibitum eum occidere: maximè, quia, qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit. Et possunt esse, & vt plerunque sunt principes obnoxij: vitiis immedicabilibus, sed ideo potestati

a Exodi ca. 21. c. 1. de homicidio, c. non occidens 23 q. 5. ca. qui que 23. q. 8.

b Herodian. in 2. c. Sueton. in Vitellio cap. 10. d Suetoni. in Nerone. c. 49.

e 2. Regum c. 1. f 1. Reg. c. 22. g 1. Regum. c. 28.

h 1. Regum. c. 24.

i 3. Regum, c. 1.

k Quintus Curtius lib. 6. de gest. Alexand.

l Iosephus de scellis Indæorū. m. Exod. 22. ver. 28. actor. 25. ver. 5. cano. ni. Apostolorum. 54. 83.

n ad Romā. c. 13.

n. n. est

non est detrahendum. Quemadmodum, cum filij Samuelis degenerarent à virtutibus patris, & tyrannicè in populo viueret, vt videretur populus iustà habere occasionē sibi regem cōstituendi, & dādi aliū, tamen consultus Deus agrè tulisse videtur eorum petitionem dicēs, *non te, sed me spreuerunt.*<sup>a</sup> inuenis potestatem in qua iudicarent, regerent, aut imperarent, non esse illorum, sed Dei.

a 1. Regum. c. 8.

b Daniel. c. 6

c Baruch. 1. Hierem. c. 29 d Ezechiel. c. 29.

e ca. non sem per. 92. dist. ca. si dominus.

93. dist. ca. Iulianus. 94. dist. ca. qui omnipotentem. 95. dist. ca. qui resistit. 97. dist. ca. imperatores. 98. cum sequentib. xj. q. 3.

f Linius li. 3. g Cornel. 7 a cit. l. 15. an. nulum. h Homerus Odyssea. P.

15 Nullus magis tyrannicè vix imperauit ipso Nabuchodonosore rege Assyriorum, qui inuasit ciuitatē Hierusalem, polluit templum & sanctuarium, diruit domos, ciuitatēque: necauit regem Israel, & maiorem partem populi, aliam verò aliò transtulit, iussit adorari statuam suam<sup>b</sup>: tamen Prophetæ Dei qui sub tyrannide premebantur, tantum abest vt arma in eum sumere, & eum necare hortati fuerint populum, quin contra iusserunt continuo pro illo orari, vt illi filiisque eius Deus longæuam, æternamque vitam concederet, proque regno eius<sup>c</sup>. Atque Ezechiel derestatur iratus, rebellionem Sedechie regis contra eundem regem Nabuchodonosorem<sup>d</sup>.

16 Obtemperandum quidem non est principibus, si contra legem Diuinam aliquid imperent, sed non ideo contra regiam potestatem & regem insurgere oportet: & vt verè dicebat Linius, de subiectis contra tyrannos, scutum magis, quàm gladium in eos sumendum est.<sup>f</sup>

Scutum dicitur id omne quod potest esse pro defensione: gladius pro inuasionē accipitur. cum enim reges à Deo sint, vt sapius diximus, anceps & periculosum est se cæde qualiscunque principis cruciari. *ἡ δὲ δεινὸν δὲ γένος βασιλείου ὄντι κτείνειν. res est grauis occidisse regiā stirpem.*<sup>h</sup> Neque querenda est mutatio, vbi de peiore successore dubitatur, maximè quia ipse per se mutationes omnes, soleant esse reipublicæ noxiæ, vt omnes cuiuscunque generis inuolutiones, & ciuilia bella quæ istas mutationes præcedunt aut sequuntur, sint peiora ipsa tyrannide obruncanda, vel iniusto ipso imperio. Ferendū est quod emendare non est concessum: bonos principes optare à Deo dari, & datos reuereri, eisque obsequi & obtemperare partes sunt subditorum, & qualescunque ferre patienter. Sicut enim sterilitatem aut inimicos imbres, & cætera quæ videntur nobis naturæ mala: sic luxum, auaritiam, asperitatem, & reliqua dominantium nobis visa mala, tolerare debemus. acerbi fructus cum tempore dulcescunt, & tyrannorum ingenia fatiata & culta, possunt quoque mitescere, maximè si se iam confirmatos, & tutos inter populares sentiant. Et considerabunt subditi, non ideo quod Iulius Cæsar tantquam tyrannus proditoricè obruncatus est, respublica à tyrannis libera fuit: sed pro vno statim alios crudeliōres experta sit. Dehinc si homicidæ regum impunè ferant, vel satis asperè non fuerint puniti, transit facilè licentia necandi principem in consuetudinem, vt nihil miserabilius possit populo contingere, & vix nullus princeps sit futurus qui paternè regnet cum subditis, semper crudeliter scæuiturus, & custodias multiplicaturus in damnum subditorum, metu ne ab huiusmodi parricidiis, & sicariis audacibus inuadatur. Sic notat Aymonius, vitiū hoc olim inter Gothos transiisse in consuetudinē vt dum

vt dum eis reges displicuissent, à suis clam vel apertè interimerentur, quofactum vt semper turbata & cruenta fuerit illorum respublica.<sup>a</sup> quemadmodum & apud Anglos qui eadem vti crudelitate, suos reges multos bonos & malos trucidarunt, vt exempla refert Iohannes Gerson.<sup>b</sup> Sic occiderunt Kinicum suum, & Danorum regem. Et anno Domini 651. Ophinum. anno 662. Ofiam: anno 668. Elginum: anno 680. Egristum: anno 698. Vremherdum: anno 716. Obredum, & postea plures alios: peiores feris aut belluis, quas nunquam ita sæpe in armentarios suos insurrexisse vix aut rarò auditum est.<sup>c</sup> Et hæc hæcenus dicta sint quando agitur de principe supremo non habente superiorem, ne possit villo modo occidi à subdito licite, etiam si tyrannicè vixerit aut imperauerit.

a Aymonius lib. 2. de gestis Francorum. c. 18.

b in 2. parte operum, in dialogo duorum militum, Angli. & Fræci.

c vt ait Dionys. Halicarn. in proæmio histor.

18 Quod si de alio quàm subdito queramus, putà de alio principe, num bello vel alio modo possit opprimere regnantem tyrannicè, respondere possent eum qui habeat potestatem bellum inferendi, iustam quoque & laudabilem habere. posse opprimendi, nõ minus quàm Herculem qui talia monstra domasse fertur, vt Busyrim Ægyptium tyrannū, qui hospites immolare solitus erat.<sup>d</sup> Quare & Deus, cum terra tyranniculis abundat qui suo iure imperant, plerunque quendam magnum tyrannum excitat, qui tollat eos qui à suis castigari non possunt, nec debent: qualis fuit ille qui se flagellū Dei dicebat, Attila Rotila, alique plures. Sicque Deus vindicat se de inimicis suis per inimicos. Nec alia ratione Tamerlanes Tartarorum Imperator indixit bellum Paiazethi regi Turcarum, quàm vt eius castigaret tyrannidem: & proinde victum, captū, inelusum, & circumductum in cauea necare fecit.

d Diodor. Sicul. lib. 5.

19 At si agamus de principibus aut regibus qui pendent ex aliorum potestate, putà ex inuestitura alicuius, vt Summi Pontificis, Imperatoris, vel regis, vel ab electione certorum: certè dicemus horum imperium tyrannicum castigari, & puniri debere per eos à quibus pendent. Atque tunc eorundem autoritate possunt iudicari, & banno vt dicunt exponi, vt à quolibet possint ex tali permissione, non autem propria autoritate necari, recepta potestate ab illis qui gladium committere possunt. Et hæc sunt, quæ de republica scribenda putauit, ad laudem, & gloriam Dei, & vtilitatem principum, & populorum Christianorum, & fidei catholicæ, & immaculatæ vniuersalis ecclesiæ, cuius censuræ, & doctissimorum hominum iudicio, eadem si quæ sint, quæ non probentur, subiicio.

LAUS DEO.

FINIS  
Librorum de Republica.

VERITAS DOMINI MANET  
IN AETERNUM.

INDEX RERVM  
ET VERBORVM MEMO-  
RABILIVM QVÆ IN HIS CE  
tredecim posterioribus de Re-  
publica libris con-  
tinentur.

*Tres sunt in hoc Indice numeri quorum primus librum, se-  
cundus caput, tertius capituli sectio-  
nem denotat.*



- A**
- Bel fundator ciuitatis  
Dei in hoc orbe 20.  
1.2
- Abdicatio liberorum  
Græcorum more gra-  
uis visa, 14.3.7. sed  
gravior illa expositio habita, eod.
- Aborsus quando habeat homicidium &  
diuersa punitio 14.11.1
- Abundantia generat superbiam 22.6.6
- Academia cur habeant auctoritatem  
Papæ 18.2.16
- Academia Parisiensis scholastici & do-  
ctores privilegium à Pontifice & re-  
gibus habent ne soluant contributio-  
nes pro redemptione regis regni, &  
bello impostas & denuas beneficio-  
rum indultas regi à Summo Pontifi-  
ce 18.7.12
- Academia Pragensis quare & quando  
translata fuerit in Typsiam 18.6.19
- Academiarum statuta quis condere debeat  
18.8.2
- Academiae & illustres præceptores opi-  
da quæ incolunt clara reddunt 18.6.3
- Academiae iuris vtriusque necessariae  
17.10.1
- Academiae privilegiatae tantum confer-  
re gradus possunt scholasticis & testi-  
moniales doctrinae literas 18.9.1
- Academiae Viennae instituta & origo 18.  
6.6
- Academiae Theologiae Hebraeorum quan-  
do esse desierint 17.10.5
- Academiae vel in loco claro esse debent  
vel illae clarum reddunt breui & quare  
& quomodo 18.6.1
- Academiae privilegiae quandiu quis vti  
possit 18.10.9
- Academiarum loca, & quæ scientiæ ibi  
doceantur suat arbitraria principibus  
18.6.9
- Academiarum & docendi potestas pen-  
dere maximè à cura principum de-  
bet 18.2.13
- Academiarum reformatio vt facienda  
18.10.6
- Academiarum fundatio, vel auctoratio  
quare ad principem pertinere dicatur  
18.5.1
- Ædes in terris visæ quæ postea euanue-  
runt delictis vestigiis ciuilia bella præ-  
dixerunt 21.9.30
- Acies in cælo visæ 21.7.18
- Acta iudicialia quo idiomate fieri de-  
beant 15.3.9
- Acquisitionis principatus legitimi & il-  
legitimi modi 26.7.1
- Adam primus princeps in orbe 20.1.1
- Adam vbi regnauerit & vbi sepultus fue-  
rit 20.1.1
- Adamitarum secta quando 21.6.16
- Adiaphora multa ex vsu vel abusu iudi-  
canda 17.2.13
- Adiaphora ex vsu 17.2.18
- Adonai nominis Dei efficacia 16.2.10
- Adorabantur in salutatione reges Par-  
thici 26.1.12
- Administratio reipub. neglecta mina-  
tur interitum 22.1.1
- Adorianus imperator tantus Astrologus  
vt quæ sibi ventura essent præscripse-  
rit vsque in horam mortis 21.7.22
- Aduenæ cur non possint statim conue-  
nire cum ciuibus 23.6.1
- Ægrotos publicè expositos, non lice-  
bat sine interrogatione morbi præte-  
riri apud Babylonios & quare 17.8.4
- Ægypti regni in varias formas muta-  
tur 21.7.17
- Ægyptij tantum artem paternam & à



I N D E X.

Arabibus discebant 18.2.4  
 Aegyptiorum monarchia, quandiu durauerit 20.1.5  
 Aegyptiorum reipub. mutatio 21.2.6  
 Aemilij Pauli ducis contemptus diuitiarum 22.13.10  
 Aetarij ditando nimium addictus non debet esse princeps 22.12.7  
 Aetatibus iuuenum quae disciplinae conueniant 15.1.5  
 Agatho Abbas tacere didicit tenedo, in ore lapidem per triennium 17.4.4  
 Agraria lex de quinquaginta iugeribus tantum possidendis 23.9.15  
 Agricola in cura plantandi arbores & principis erga generationem similitur 14.1.1  
 Albanorum regni mutatio 21.2.5  
 Albatorum secta quando orta in Italia 21.6.16  
 Albari nostro tempore, eod. 21.2.5  
 Albertus Sueonum rex regno pulsus ob tyrannidem tributorum 22.12.1  
 Album in quo scriptum quid 16.3.8  
 Alexander Magnus oraculo de tempore mortis per uenena monitus vitare non potuit 21.3.10  
 Alexandri monarchia, quandiu durauerit 20.1.11 & 12  
 Alexandri Magni post eius mortem diuisio monarchiae 25.1.3  
 Allemanorum regna, in prouincias redacta 21.2.13  
 Alimctorum causa in denegatione partus non temere definienda & quare 14.3.5  
 Amalafuntha Theoderici regis filia omnium linguas qui commercia cum Romanis haberent loquebatur 15.4.3  
 Amanuenses necessarii, eorumque fides 16.9.6  
 Amasis rex Aegyptiorum tyrannus pulsus regno 22.7.4  
 Amatoria scripta a republica explodenda 16.8.9  
 Amatoria pocula punita 17.9.3  
 Amatoria causa, seditionis origo ex qua turbatus & mutatus reipublicae status 23.2  
 Amorem militum quomodo sibi conciliaret Iulius Caesar 23.8.7  
 Amorum libros Aelius Verus dilexit 16.10.3  
 Amazonum regni initium 19.1.20  
 Ambitio gubernantium, causa mutationis reipublicae 22.1.5  
 Ambitio philosophorum in sectis introducendis 17.7.14  
 Ambitiosis cupientibus imperium qui-

bus remedijs obuiam eatur 22.10.1  
 America subiuganda per Hispanos uaticinium per daemoneum Zemi 21.3.41  
 Amici plures etiam principis necessarii sunt sed cum cautione deligendi 22.11.5  
 Amicis non omnia sunt detegenda, neque omnino fidendum 22.11.4  
 Amicitiae simulatio decipit 22.11.6  
 Amicitiam fingentium proditio, pene inuitabilis, cum inimicorum apertorum facile vitetur 22.11.8  
 Anabaptistarum quando bellum 21.6.20  
 Anatomiae raro faciendae 17.9.11  
 Anacle fatale Romano imperio de caelo lapsum 21.3.23  
 Andreae Auriacensis celebris in repudianda tyrannide Genuensium 26.1.7  
 Angelus bonus cum malo uisi per urbe tempore pestis & quot vicibus malus iussus per bonum perueniabat: domum tot moriebantur ex illa domo 21.7.16  
 Angeli boni relinquunt homines quos Deus uult perdere 21.3.44  
 Angeli boni exequentes iram Dei, quomodo differant a daemoneibus qui eadem exequuntur 21.3.29  
 Angeli tutelares non recedunt a locis vel a nobis sibi commissis nisi tristes dum per peccata nostra Deum offendimus, ut relinqui mereamur 21.4.11  
 Angeli tutelares ciuitatibus & regnis dati 21.3.43  
 Angelorum sermones quomodo fiant & loquela 15.5.1  
 Angelorum scriptura salutifera in frontibus saluandorum 16.3.18  
 Anima iuuenum, tanquam tabula rasa 15.1.2  
 Anima Galeatij Sfortiae apparuit monititias, fratrem futurae cladis 21.4.8  
 Anima hominis parrurit & generat eaque curanda non minus quam ab obstetricibus parturientis 15.1.2  
 Anima patris Ludouici Alodisij Imolae principis, monuit filium, de amissione futurae principatus notata etiam die 21.4.9  
 Animas propriam stellam habere & in illam post mortem redire qui dixerint 21.7.27  
 Animalia quae silentio necem effugiunt 17.4.6  
 Animalia quomodo inter se loquantur 15.5.2  
 Animalia puilla quae suffodeunt ciuitates desertas, reddiderunt prouincias, pepu-

I N D E X.

pepulerunt habitatores 11.11.2  
 Animalia nocentia pulsa exorcismis & processu & sententia iudiciali 21.12.6  
 Animalia a Deo ad deuorandum contrumaces, saepe mittuntur, ideo tunc & auxilium a Deo petendum contra illa 21.12.5  
 Animalibus depopulantibus regiones quae remedia humana, aut diuina adferri possint 21.12.4  
 Animus immortalis semper aliquid in se boni vel mali tractat 23.7.1  
 Annales a quibus compositi 16.9.4  
 Annibal ob Cannensem victoriam nimium insolens 22.6.6  
 Annesia, lex obliuionis iniuriarum quando lata 23.9.16  
 Antiochus Sederes 22.12.1  
 Antiochiae redditae principibus Christianis signa praecedentia 21.6.21  
 Antoninus imperator a milite cur necatus 22.7.9  
 Apologus arborum quarentium regem 26.2.3  
 Apologus asini uiam ignorantis 24.7.3  
 Apologus cucurbitae & pinus 22.10.9  
 Apologus canis & pastoris 23.6.3  
 Appellatio a conseruatoribus academijs ad quos dirigatur 18.10.10  
 Appellatio scholasticorum ad quem deuoluitur 18.7.15  
 Aquae inscribere quid 16.3.21  
 Aquae baptismatis paschae consecrationis ritus 16.3.21  
 Aquila insigne Romani imperij quando duo capita & quare coepit habere 25.1.7  
 Arabes regis imitabantur morbos 26.6.3  
 Arbores uaticine Solis & Lunae iudicis 21.3.10  
 Arbores uoce humana loquuntur 15.5.3  
 Arbitrium liberum homini 21.8.4  
 Architectura scientia pluribus ornata &c. 18.1.6  
 Archebustos breues ferre & habere Romae prohibitum 23.9.6  
 Areopagiticum consilium ubi 24.4.5  
 Aristobuli & Hircani fratrum pro regno Iudaeorum contentio, eum tributarium reddidit 25.1.20  
 Aristas post mortem uenit docere literas 18.3.3  
 Aristotelis uitia magna 17.7.12  
 Aristotelici philosophi Alexandriae pulsati 17.7.13  
 Arma prohibenda priuatis, ad praecauendas seditiones & rebelliones, & exempla 23.9.6  
 Aruernorum regnum magnum olim, & eius mutatio 21.2.11  
 Armatae acies uisae in caelo 21.6.20  
 Armorum dominus, est dominus status reipublicae 22.11.1  
 Arrogantiae & superbiae imago 22.6.2  
 Ars ciuilis eaque praecipua quae 18.6.1  
 Ars gubernandi reipublicas, est bonum consilium 24.1.1  
 Artes necessariae ad philosophiam discendam 17.6.5  
 Artis impressoriae origo 16.3.22  
 Artes liberales necessariae in republica 17.12.1 & cur ita dictae, eod.  
 Artes quae discendae sunt in rep. 15.1.24  
 Filius non alebat patrem Athenis a quonullam artem esset edoctus 15.1.24  
 Artes liberales sunt praenae institutiones ad scientiam iustitiae 17.12.2  
 Artes liberales reprobarunt aliquando Lutheris Melancthon Carolostadius & alij & scholae ideo aliquot annis clausae 17.12.4  
 Artes quae sunt existimandae uiles & fordidae 15.1.5  
 Artium liberalium cognitio adempta in poenam populis ut molles & ignaui essent 17.12.6  
 Arfacidae assassini qui 22.11.3  
 Arfaces quomodo regna occupauerit 19.1.23  
 Arfaces latronum princeps cum illis occupauit imperium Persicum 25.1.6  
 Arfacidarum crudelitas & regni eorum subuersio 22.7.6  
 Asini superbi uiam ignorantis, apologus 24.7.3  
 Assacinorum regni origo, 19.1.22 & destructio, ibid.  
 Assur dicitur Ninus 20.1.6  
 Assyriorum monarchia quandiu durauerit 20.1.6  
 Assyriorum monarchia ob molliem regum in Medos translata 22.3.4  
 Astra nihil corrumpunt sed conseruant & secundum dispositam materiam operantur 21.9.20  
 Astrologi Genethiaci urbe pellendi ut inanis & incertae scientiae professores, &c. 21.9.12  
 Astrologiae peritissimus Adrianus 21.7.22 & Mydus senator, eod. 23  
 Astrologiae praesagia & obseruatio quatenus recipi debeant 21.9.21  
 Atheniensis reipublicae mutatio 21.2.4  
 Atheniensium principatus mutatio 21.2.9  
 Atheniensium regni initium & duratio 20.1.16  
 Auaritia Mamae matris notam inuulsi

**I N D E X**

Alexandro Imperatori filio 22.12.2  
 Avaritia principum & rectorum reipub.  
 quomodo causa defectionis & sedi-  
 tionis 22.12.1  
 Avaritia omnium malorum radix &  
 mater 22.12.10  
 Avarus cur odiosus 22.12.9  
 Aves edoctæ verba quædam pronuncia-  
 re 15.6.6  
 Augustini librorum lectione delectatus  
 Carolus Magnus 16.10.2  
 Augustana protestantium confessio, quan-  
 do imperatori exhibita 21.7.21  
 Aures & oculi principum qui 24.8.3  
 Autoritas eius qui seditiones sedare  
 vult debet esse intrepida constans 23.  
 9.14  
 Autoritas vnius viri præstantis mul-  
 tum proficit in sedando populo 23.  
 9.12. & qualis, eod. num. 14.  
 Auxiliares milites, inuaserunt ditiones  
 eorum à quibus in auxilium vocati  
 fuerunt 23.6.4

**B**

Bartholus à quibus suggillatus 16.  
 8.3  
 Bassinæ Toriagorum, de regibus Galliarum  
 futuris vaticinium 21.3.20  
 Bastards auouez turpes patribus 14.1.6  
 Batto Dalmatarum rebellatiū Roma-  
 nis dux 22.12.1  
 Beneficiis etiam ad seditiones inclinantes  
 retrahendi 23.9.7  
 Beneficia ante in rempublicam reorum  
 maiestatis aut proximorum parentū,  
 non debent dare occasionem prin-  
 cipi illis indulgendi & quare 22.11.  
 10.  
 Beneficentiæ vis 22.13.8  
 Bellantes abstinebant à pugna inter-  
 uentu Druuidum 17.5.5  
 Bellum civile Syllæ & Marij quæ cœle-  
 stia signa præcesserint 21.6.11  
 Bellum civile quomodo à seditione di-  
 stat 23.1.1  
 Bellum externum, siue verum siue exci-  
 tarum custodit ne ciues seditionem  
 incant 23.7.3  
 Bellum qui lubentissime sequantur 23.  
 6.2  
 Bellum Cymbricum signa cœlestia quæ  
 præcesserint 21.6.10  
 Bellum & seditio quomodo differant  
 23.1.1  
 Belli triumphatus prænuncius cometes  
 21.6.13  
 Bella civilia misera, & inferiorum vi-  
 ctoria 23.1.5  
 Bella concitata astute ad euitandas ra-

tionēs interceptorum pecuniarum  
 reipublicæ 22.12.4  
 Bella excitata data opera ab iis qui di-  
 tari inde se posse putabant 22.12.5  
 Bibliothecæ thesauris similes 16.7.1  
 Bibliothecæ combustæ forte fortuna  
 vel data opera ex malignitate 16.7.3  
 Bibliothecæ regum Peniarum & populi  
 Israel 16.7.4  
 Bibliothecas colligentes 16.7.5  
 Bonis viris Deus manifestat futuras cla-  
 des & eos ab illis exarcat, 21. 4.2. ibi  
 exempla  
 Brigosi qui, & quomodo maiestatis rei  
 23.4.4  
 Burgundiæ & Aureliæ domus factio in  
 Gallia 23.3.6  
 Burgundiones cur permiserit Deus à Sar-  
 racenis superari & affigi 14.1.7

**C**

Cadmus spōte à patre acceptam ty-  
 rannidem iustitia monete depo-  
 suit & noluit retinere, 26. 1. 6. & se-  
 quentibus  
 Cadmi de satione dentium serpentis ex-  
 planata fabula 16.2.5  
 Cadurci echo absolutissima 15.6.4  
 Cœlestia signa ante finem mundi 21.  
 7.3  
 Cœlestia corpora & stellarum rotatio  
 causa mutationis corporeorum 21.  
 3.1  
 Cœlestia signa quare portenta & signa  
 21.9.29  
 Cœlestia prodigia & apparitiones im-  
 pressionēque acris tempore Honorij  
 & Theodosij quibus tyrannorum A-  
 tilæ & similibus clades prælagitæ a-  
 liæque mala plura 21.6.15  
 Cœlestes influxus vitari possunt à pru-  
 dentia & cautione hominis, 21.9.16.  
 item resplicæ quæ constant homi-  
 nibus, eod.  
 Cœlestium influxus quatenus recipiendi  
 vel reprobandi 21.9.21  
 Cælibes exosi aliquando 14.1.2  
 Cæsaris & Pompeij factiones Romanis  
 statum perdidit 23.3.3  
 Cain fundator ciuitatis dæmonis 20.  
 1.2  
 Cain primus in orbe tyrannus 20.1.8  
 Calamitates imminentes ex signis &  
 prodigiis cœlestibus sunt supplica-  
 tionibus Deo oblati auertendæ vt fa-  
 ctum fuisse exemplis docetur 21.  
 10. 4.  
 Calceis cur non vterentur mulieres Æ-  
 gyptiæ 15.2.4  
 Cambyfes Cyri filius putaris oraculum  
 de suc-

**I N D E X.**

de successore eludere occidendo fra-  
 trem, non potuit 21.3.5  
 Camilli, etiam in hostes iustitia 24.8.9  
 Campanæ depositæ ad seditionem pul-  
 satæ 23.8.2  
 Candaules rex vxoris insidiis sublatas  
 20.1.13  
 Canis & pastoris apotogus 23.6.3  
 Cantemus quare Psalmos 17.2.4  
 Capillus nisi regi habebat fatum regni  
 21.3.16  
 Capilli Sansonis habebant roboris fa-  
 tum 21.3.16  
 Capitis aridi locutio, & de damnatis  
 reuelatio 15.5.10  
 Capitis primi de homicidio in sex ex-  
 plicatio 26.5.23  
 Capita mortuorum post mortem locu-  
 ta 15.5.9  
 Captiones sophisticæ vnde sumantur  
 17.3.10  
 Cardinali nuper recepto quare Papa os  
 claudat & aperiat 17.4.9  
 Cardinalium quæ insignia sunt donata  
 à Constantino Magno 25.1.11  
 Carolomanus filius Pipini repudiato re-  
 gno monasticam vitam elegit 26.  
 1.8  
 Carolus Magnus quando imperator  
 proclamatus & quare à Leone Papa  
 25.1.10  
 Carolus tertius dictus Crassus prætextu  
 quod esset redditus inhabilis impe-  
 rio deiectus 26.4.2  
 Carolus Crassus quibus imposturis fuit  
 depositus 26.5.16  
 Carolus Martellus diuisit regnum filiis  
 suis Galliarum quod suum non erat &  
 multa tunc prodigia visa 21.7.17  
 Carolus sextus rex Galliarum per interual-  
 la amens 2.5.1  
 Cathedralici philosophi qui & damnati  
 17.2.13  
 Carthaginensis regni initium 19.1.25  
 Carthaginensium regni initium & finis  
 20.1.17  
 Centesimo quoque anno quædam va-  
 riatio in rebus publicis & principati-  
 bus 21.5.2  
 Character inustus in cute malefacto-  
 rum imponendus, 16. 3. 12. & alio-  
 rum, eod.  
 Characteres Magici efficaces 16.2.10  
 Childericus rex Francorum regno pul-  
 sus quod violaret filias subditorum  
 22.3.8  
 Childbertus rex Francorum à Bodilo-  
 ne necatus 22.7.8  
 Chaldæi à parentibus discabant philo-

sophiam 18.2.4  
 Christiani sub imperatoribus tyrannicè  
 imperantibus nunquam rebellant  
 vel in eos.  
 Christiernus Danorum rex quando re-  
 gno ob tyrannidem pulsus 21.6.19  
 Christiernus Danorum rex pulsus ob  
 tyrannidem regno 22.7.10  
 Ciceronis scriptis quid vitio datum 16.  
 8.5. & 8  
 Cimonis principis summa liberalitas  
 & pauperum cura 22.13.5  
 Citatus ante tribunal Christi in sexage-  
 simum diem rex Petrus quartus rex  
 Aragoniæ à procuratore ecclesiæ Tar-  
 raconensis, mortuus est intra diem 21.  
 6.16  
 Cincia lex de donis non accipiendis 22.  
 8.7  
 Ciuis quis dicatur 23.6.2  
 Ciues ab incolis extraneis admissis, sedi-  
 bus pulsi 23.6.3  
 Ciuitates intereunt translatis habitato-  
 ribus, inductione aratri 21.11.1  
 Ciuitates duæ Dei & diaboli quando e-  
 rectæ 20.1.2  
 Ciuitates & prouinciæ relictæ sponte ab  
 incolis 21.11.4  
 Ciuitates desertæ relictæ propter ani-  
 malia quæ ibi grassabantur 21.11.2  
 Ciuitates & regna non posse superari,  
 nisi prius angeli illarum tutelares ces-  
 serint persuasum 21.3.44  
 Ciuitatum & regnorum interitus ali-  
 quando sine remedio inuitabilis 21.  
 12.2  
 Ciuitatum plurium alias splendidarum  
 subuersio & memoria deleta Dei ira  
 21.12.10  
 Cleandri Phrygis ingratitude in impo-  
 ratorem qui eum opibus & dignita-  
 tibus ditauerat 22.9.7  
 Cleopatra regina Ægypti plures lin-  
 guas locuta 15.4.3  
 Clerici coniurantes & phratias facien-  
 tes quomodo puniti 23.4.3  
 Clericis adstantibus Summo Pontifici,  
 qui postea dicti Cardinales quæ di-  
 gnitates & insignia donata fuerint à  
 Constantino Magno 25.1.11  
 Coadiutor dandus inutili principi 26.  
 5.2  
 Codices vnde dicti 16.3.10  
 Codrus vltimus rex Atheniensium 22.  
 1.3  
 Cœlestes influxus, nihil operari in mu-  
 tatione reip. probatur medio propor-  
 tionis agentis & patientiam non con-  
 ueniente 21.9.14

I N D E X.

Cœlestia corpora & motus eorum non esse causas nostrarum voluntariarum actionum docetur 21.9.17. & seq.  
 Cœlestium corporum cognitio valde difficilis & quare 21.9.1  
 Cœlestium prodigiorum & significationum remedium primum ad Deum refugere & eius opem 21.10.4  
 Cœlestibus influxibus corpus hominis afficitur & quomodo eorum impressione voluntas indirecta mouetur electione 21.9.22  
 Cognita cur non possint omnia exponi 15.3.4  
 Cognitio sui ipsius in republica precipua 15.1.11  
 Coitio venerea cum mortua capitaliter vindicata 17.9.5  
 Collegia sine principis autoritate cur non debeant edificari 18.2.19  
 Collegiorum qualis debeat esse reformatio 18.10.7  
 Cometa ante plura regna euerſa Christianorum apprensus 21.6.18  
 Cometa magnus tempore Constantini Magni quid significauit 21.6.17  
 Cometes præſagis mortis Claudij imp. & imperij crudelis Neronis 21.6.14  
 Cometes finem Romanæ democratiz indicans & imperium Augusti 21.6.12  
 Cometes mortem & priuationem regni Demetrii præceſſit 21.6.9  
 Cometæ ex halitibus siccis terræ quomodo generentur secundum quosdam & qui negent 21.9.9  
 Cometæ sint-ne stellæ & quid sint disputatio incerta 21.9.8  
 Cometæ vnde generentur 21.6.3  
 Cometarum variæ diuersis temporibus apparitiones & eorum effectus in mutationibus regnorum & principum 21.6.15. & sequentibus  
 Cometarum quorundam relationes & effectuum qui contigerunt aliquibus temporibus 21.6.7. & seq.  
 Cometarum. & eclipsium præſagis malis, per cautionem humanam obuiam iri potest 21.10.7  
 Cometarum apparentium significationes secundum mathematicos potissimum in regnorum & regum interitu & mutatione 21.6.1. & seq.  
 Cometarum influxus quomodo operatur in homines & principatus promutatione 21.9.23  
 Cometarum natura, qualis Martis & Mercurij & eorum effectus 21.6.2  
 Comitua generalia conuocandi formula 24.4.8

Comitia Galliz vnde & de quibus & à quibus collecta 24.4.8  
 Comitua Galliz ad intelligendas & corrigendas oppreffiones nobilitatis, magistratum & aliorum 24.5.2  
 Comitua quare frequenter principii habenda 24.8.2  
 Cœcilium generale antiquum annuum in Gallia olim 24.4.6  
 Comitua dignitas professorum quæ sit 18.3.9. & quid cœmitua dignitas, eod.  
 Concionatores publici possunt ad pacem vel bellum excitare tumultum. & seditionem 23.8.1  
 Concionatorum effusa lingua & seditione quomodo puniendæ 23.8.2  
 Concubinarus hodie prohibitus 14.3.2  
 Concubitus illiciti mala 14.1.7. & 8  
 Coniuratis detectis nullus beneficij ante in rempublica collati, prætextu non est indulgendum 22.11.9  
 Cœiurationes & factiones omnes in principem habent crimen maiestatis 23.3.8  
 Coniuratores quomodo iure ciuili puniunt, 23.4.1. & seq. & iure canonici clerici coniurantes 23.4.3  
 Coniuratores cito tollendi antequam se detegi intelligant 22.10.9  
 Coniuratorum concilia pro liberandis reis factionis 22.11.9  
 Confessionem sacramentalem & absolutionem petierunt quædam capita mortuorum 15.5.9  
 Confœderatio & factio quomodo differant 23.3.8  
 Confusio officiorum & artificiorum interitum minatur reipublicæ 22.2.9  
 Conseruator iudex de quibus non cognoscat 18.10.3  
 Conseruator est iudex delegatus à principe vel Papa 18.10.5  
 Conseruatoris munus 18.10.2  
 Cœseruatoris circa officij cautio 18.10.8  
 Conseruatores priuilegiorum academiæ quare necessarij 18.10.1  
 à conseruatoribus priuilegiorum ad quos appelletur 18.10.10  
 Consiliarius is bonus, cuius in re consulta nihil singulariter interest: contra cuius interest. 24.6.10  
 Consiliario vni fidere aut duobus princeps omnino non debet 24.7.2  
 Consiliarij boni, debent eligi probi & honestæ famæ & vitæ 24.6.15  
 Consiliarij principis secreti debent esse 24.6.6  
 Consilium datum quomodo honeste, non sequatur princeps, & sine consulentium indignatione 24.8.4

Con-

I N D E X.

Consilium componendum & principum, ex triplici statu populi plebeiorum nobilium, ecclesiasticorum, & non ex altero solum & quare 24.6.13  
 Consilium commune Græciæ literarum ciuitatum vbi 24.4.4  
 Amphictyonum consilium vbi & quid 24.4.4  
 Consilium præmeditatum à paucis, decipit principem eorum quæ aguntur ignarum 24.8.7  
 Consilium sibi dari, recte petet à senatu iuuenis princeps 24.6.16  
 Consilium & iudicium quomodo differant 24.8.6  
 Consilium datum à consiliariis reipublicæ quando exequendum est necessario, vel non est 24.6.18  
 Consilium honestum vtili tantum præponendum etiam cõtra hostes 24.8.9  
 Consilium bonum deliberatum & non præcipitatum esse debet 24.2.3  
 Consilium bonum in republica quid sit 24.2.2  
 Consilium bonum quomodo tria tempora considerent, præteritum præsens & futurum 24.2.2  
 Consilium stabilitum in omni bona institutione reipublicæ 24.4.1  
 Consilium non est vnius sed plurimum rerum, & præcedere debet actui 24.1.2  
 Consilium malum & consultori & reipublicæ nocet 24.3.6  
 Consilij boni & vtilitas, mali, damnum 24.3.1  
 Consilio reipublica stabilis fit 24.1.1  
 Consilio adhibendus de necessitate, non ideo de necessitate in opinione sequendus 24.8.4  
 Consilio vti hominum iudicari & habere vtilitatem vtentes 24.2.2  
 Consilio dux perficitur, miles manu 24.1.2  
 Consilio quare principes adhibere debeant sanguine coniunctos 24.6.14  
 Consiliarios principum quorundam principum ioculatores & perditiores 24.6.12  
 Consilia sua non deregere, sapientis est principis 24.6.8  
 Consilia cum re & tempore mutatione accipere possunt 24.8.4  
 Consilia bona & mala 24.2.1  
 Consilia bona quibus notis possunt discerni à malis 24.8.1. & seq.  
 Consilia episcopalia, archiepiscopalia, monachorum capitularia 24.4.13  
 Consilia generalia ecclesiastica 24.4.12  
 Consilia vel comitia publica olim in Italia & in Germania quæ dictæ dicantur 24.4.9  
 Consiliorum publicorum relatores ad hostes puniuntur vltimo supplicio iure 24.6.7  
 Consiliorum bonorum probatio si honesta & conformia voluntati Dei contineant & suadeant 24.8.8  
 Consiliis magis iuuatur & tutius reipublica quam armis 24.1.3  
 Constantinopolis caput imperij Orientalis 25.1.7  
 Constantinus Magnus inuisus Romanis & ideo eam cessit 25.1.8  
 Constellationes quatuor genera ignis, aqueum, mortiferum, portentiferum 21.7.14  
 Constellationes cuiusque nati esse factum dixerunt Priscillianistæ hæretici 21.7.25  
 Consultata minus ægre ferunt populus onera imposita 24.3.3  
 Contemptus principis initium est ad rollendum ei principatum 22.8.3  
 Contemplationi destinati non valde egent studio literarum 17.12.5  
 Contractus quo idiomate fieri debeant 15.3.9  
 Conuentus Gallici antiqui generales annui 24.4.6  
 Cœiuari principes quis docuerit 22.4.1  
 Conuiuio non esse seria loquendum aut dicenda quæ rixas excitent 17.4.5  
 Conuiuia ad literas apparatus 16.2.6  
 Conuiuia noctu prohibita Parisiis sine licentia principis 23.9.6  
 Conuiuioſum detestatio per Deum 22.4.7  
 Cor hominis vitæ mensura ab anniculi duabus dragmis vsque ad 50. annum crescit, postea decreſcit iisdem gradibus 21.5.3  
 Corda inscripta & signata post mortem hominis inuenta 16.3.15  
 Cordibus hominum quomodo Deus inscribit legem 16.3.16  
 Corinethici imperij mutatio 21.2.7  
 Cornix locuta prædicens mortem Domitiani 15.6.6  
 Cornua subito in fronte nata Gennutio quid significabant 26.1.13  
 Corpus Solis & Lunæ quale sit disputatur sub incerto 21.9.10  
 Corporis humani & corporis reipublice similitudo in paralyſi & apoplexia, & in cura 21.1.6  
 Cræsus luit peccatū Tritani homicidæ regis 21.3.19  
 Crudelitate regum quæ regna fuerunt translata, aut extincta 22.7.10. & 11

I N D E X.

Crudelitas principum reddit eos inuisos omnibus suis & extraneis 22.7.1  
 Crudelitas in suos regiam stirpem subtulit 22.7.2  
 Crux visa cum vexillo in caelo 21.6.20  
 Ctesiphontem non transire Romanos fatale 21.3.24  
 Culenus rex Scoriae ob luxuriam obtruncatus 22.3.10  
 Cultellos breues gerere vel habere Romae prohibitum & quare 23.9.6  
 Cuniculi quasdam desertas reddiderunt ciuitates pulsas habitatoribus 21.11.2  
 Curae nimiae desiccant & mutant corpus sanum 17.9.7  
 Curati debent habere magistrum qui doceat filios parochiae Grammaticalia & canere & fidem 18.2.17  
 Curatores dandi principibus infirmis & prodigis, non successores, ut priuatis 26.5.17  
 Curiae centenariae in Francia vnde 24.4.7  
 Cynathensium magna crudelitas 22.7.1

**D**  
 Demones quomodo loquantur per animalia, animata & inanimata 15.5.3  
 Daemon Zemi adoratus in America ante aduentum Hispanorum 21.3.41  
 Darius superbia timens praeter modum humiliatus 22.6.3  
 Darius quare institor dictus 22.12.2  
 Debitorum inopia lege releuata, remittente vsuras, aliquando & debitum 23.5.7  
 Decemuiratus Romae ob impudicum amorem Appij finem habuit 22.3.3  
 Decimatio militum seditionis 23.9.17  
 Declamatores seditiosi pellendi vrbe 17.2.17  
 Declamatores vmbrales reipublicae nocentes quare 17.2.16  
 Decuriones ciuitatum adhibendi in deligendis praceptoribus & quare 18.2.21  
 Defectionis solis rationem primus inuestigauit Thales 21.9.25  
 Delatores num habendi in republica 24.8.3  
 Delatores a principibus quibusdam probati, ab aliis improbi 23.9.11  
 Deliquium animis breuis momenti magnam in corpore mutationem adfert postea sic deliquium luminarium 21.9.25  
 Democratia quomodo subuertatur 22.1.1 & seq.

Democratia perit magistratum mala aut negligenti administratione 22.2.7  
 Demosthenes Ciceroni non placet 16.8.3  
 Destitutiones imperatorum & pontificum per vicissitudines 26.5.11  
 Detractores qui fuerunt praestantissimorum scriptorum vide lib. 16. cap. 8. per totum  
 Detractorem victoriae suae Clithenes coronauit 26.7.1  
 Deus proximas reipublicae & principatum ruinas solet ante reuelare, quibus modis, & quare 21.3.37  
 Deus primus rex hominis, qui & homini dehinc dedit in alios potestatem 19.1.6  
 Deus permittit & vocat tyrannos, ut de aliis tyrannis & populo sumat vltionem 21.3.31  
 Deus singulorum curam inter mala, suorum delectorum habet 21.10.6  
 Deus irascitur in eos qui fata Dei impedire conantur 21.3.5  
 Deus dicitur fatum necessitas Adrastra & c. 21.3.17  
 Deus obcaecat corda eorum quos decreuit perdere 21.3.32  
 Deus facile superba desiccat, humilia subleuat 21.12.12  
 Deus vitur pro signis suae vindictae & tanquam ministris in vindicandis criminibus rebus naturalibus, quae & sua naturalem habent causam late 21.9.28  
 Deus quos vult a miseris decretis eximit, 21.4.2. & ibi exempla  
 Deus castigat suum populum, ut postea maioribus afficiat beneficiis 21.4.10  
 Deus super omne fatum 21.8.8  
 Dei opera incomprehensibilia 21.9.2  
 Dei timor adesse debet consiliariis 24.6.4  
 Dei fatale ex arbitrio omnia gubernare 21.8.9  
 Dei iudicia abscondita de fine regnorum nisi reuelet 21.3.36  
 Dei decretum non absolutum quomodo retractari possit 21.4.4  
 Dei timor & cultus primum & praecipuum fundamentum status boni reipublicae 23.9.4  
 Dei decreto resisti nequit 21.4.1  
 Dei iram & eius signa timent etiam animalia, & homines timere debent 21.10.1  
 Dei flagella inuitabilia cum gratiarum actione sunt toleranda 21.12.8  
 Dei ira & decretum perdendo supplicationibus reuocatur, 21.10.4. & ibi exempla

Deo

I N D E X.

Deorum praecipuos dicti sunt, praecipuos principum 18.3.4  
 Deioeces rex per internuncios tantum loquebatur 22.11.1  
 Dialectica quatenus in ecclesia & Christianis recipienda, & vtilitas eius 17.3.6  
 Dialectica quid & in quo differat a rethorica 17.3.1  
 Dialectica & Rhetorica in quibus conueniant & differant 17.3.11  
 Dialecticae superfluitas in quibus relinquenda 17.3.12  
 Dialecticae abusus improbat 17.7.7  
 Dialecticam qui sancti calluerunt & quomodo illa vti sint 17.3.8  
 Dialectus quid in sermone 15.4.1  
 Dictaturae proroganda lex Valeria & alia per tyrannos suasa 26.7.3  
 Dissidentia conseruat homines 22.11.2  
 Digitus ori admotus silentij symbolum 17.4.9  
 Dilectio Dei & proximi duo capitalia mandata Dei 15.1.11  
 Diocletianus & Maximianus deposuerunt imperium & quare 26.1.5  
 Diogenes Cynicus falsarius ante monetam publicam 17.7.9  
 Dionysius iunior tyrannus Siciliae, elegit priuatum vitam ut securius viuere 26.3.6  
 Disciplinae quae conueniant aetatibus iuuenum 15.1.5  
 Discipuli debent colere praecipuos ut patres & praecipuos eos debent habere ut filios 18.3.2  
 Discipuli supra captam doctrinam non sunt onerandi 18.8.4  
 Discordia destruxit res publicas 23.3.4  
 Discordiae in republica aliquando vtilis nec semper noxiae 23.9.3  
 Discordiae virtutis & vitij, paupertatis & diuitiarum seditionum sunt causae 23.1.3  
 Disertus quis & quomodo differat ab eloquente 17.4.1  
 Disputare de fide publice quare prohibitum 17.3.13  
 Disputationis vtilitas & vis 17.3.4  
 Diuina mysteria non omnibus propalanda 17.4.9  
 Diuisio principatus, causa eius interitus 25.1.1. & seq.  
 Diuitiarum contemptus magnorum ducum 22.13.10  
 D. Hieronymus non potuit detractantium linguas effugere 16.8.6  
 Docentes multis laboribus praemuntur 18.7.4  
 Docere nemo nisi probatus debet 18.2.14

Docere publice professores oportet non priuatum 18.6.4  
 Docti ex sua diligentia sine praecipuo 15.1.27  
 Docti ex superna illustratione 15.1.28  
 Scientia quibus diuinitus infusa 15.1.28  
 Doctores seu docentes cur priuilegiis donandi 18.7.3  
 Doctores iustitiae apud Persas quos admitterent docendos 18.2.5  
 Doctores professores, in fide sincera debent probari eaque profiteri 18.9.11  
 Doctores missi ordinaria & extraordinaria missione qui & quomodo probandi 18.2.15  
 Doctores periti adhibendi quoque in recipiendis scholae aliis praecipuibus 18.2.22  
 Doctores professores, non debent se immiscere postulationibus aut aliis officijs vrbe & quare 18.9.14  
 Doctores professores illustres sunt 18.3.10  
 Doctores Papales digniores illis qui in academiis sunt, sed non graduati sub bulla 18.9.8  
 Doctores professores representant Summum Pontificem & principem ideo plus ceteris honorandi 18.3.8  
 Doctores quae debeant esse qualitates ut comitum donentur dignitate 18.2.12  
 Doctores ex licentia Summi Pontificis curiales & a comitibus Palatinis creati reprobati 18.9.7  
 Doctorem in conferendis gradibus indignis abusus & remedium 18.9.6  
 Doctorem & professorum honor in praecedentia Constantinopoli qualis 18.3.8  
 Doctores quae quanta & vnde data stipendia 18.4.1  
 Doctores & scholasticis priuilegia concessa a Bonifacio 8. immunitatis a collectis, vectigalibus locationis hospitiorum, iudicis ordinarij, perceptionis fructuum beneficiorum 18.7.10  
 Dolore rebellat interdum subditi 23.5.1  
 Dominus vnde dicitur 19.1.9  
 Domus diruta in detestatione ambientium dominationem Romae 22.11.10  
 Dona lucentur etiam syluestres homines 22.1.23  
 Donatio Constantini Magni facta Siluestro Papae quid continebat 25.1.11  
 Draco cur pingatur in Palladis imaginibus 15.2.4

I N D E X.

Duces populi, saepe produnt rechneris populum 22.2.1  
 Dynastia & potestates in Aegypto quot fuerunt usque ad Ninum & quandiu durarunt post diluuium 20.1.4  
**E** Brietatis praetextu Dionysius regno pulsus 26.4.5  
 Ecclesiarum consecratio habet inter caetera scripturam in cinere & fabulo, in pauimento 16.3.19  
 Eccleipsis Solis praefagia; 21.7.15. & 16. & 21  
 Eccleipsis Solis ante deletam magnum exercitum Xerxis 21.6.7  
 Eccleipsis Lunae & Solis veneficiis fieri dicebant antiqui ignorantes causas & sonitu putabant ea auertere 21.9.25  
 Eccleipsis Solis & Lunae rationes physicae 21.9.24. & 26  
 Echo referens integrè voces 15.6.4  
 Electio Summi Pontificis concessa regibus Francorum aliquando, 26.5.9.  
 Renunciatio iuris conditionata, cod. 26.5.10  
 Electio magistratum ex literarum ordine vbi 16.2.4  
 Electores imperatoris, an eum deponere possint 26.5.19  
 Eleemosynis impediri potest futuri à principatu deiectione 21.4.8  
 Eloquens quis dicatur & quomodo differat à diserto 17.4.1  
 Eloquentes mali pernitiosiores sunt reip. 17.2.9  
 Eloquentia quid 17.2.1  
 Eloquentia in ecclesiasticis concionatoribus reprobata 17.2.11  
 Eloquentia quae damnetur à sacris patribus & quae probetur 17.2.14  
 Eloquentiae abusus damnandus non eloquentia 17.2.13  
 Eloquentiae in repub. vis & efficacia ad bellum & ad pacem 17.2.3  
 Eloquentiae efficaciae imagines 17.2.6  
 Eorius rex Gothorum ob luxuriam pulsus & necatus 22.3.9  
 Ephesinae literae Magicae 16.2.10  
 Ephori obiecti regibus à Theopompo Lacedaemone 22.1.3  
 Episteti fictilis lucerna dare post mortem eius vendita 16.6.1  
 Epimedis guttis post eius mortem apparuit distincta quibusdam literis 16.3.13  
 Episcoporum inuestitura concessa à sede apostolica regi Francorum 26.5.9  
 Epistolarum conscribendarum modus 17.4.13  
 Equi ad tibiam saltare docti, perdidit

in bello Sybaritas & Cardianos 22.4.6  
 Equorum multiplicatio cur prohibita regibus 22.4.1  
 Eruditi quidam euaserunt sine praceptoribus 15.1.27  
 Eruditio iuuentutis necessaria in republica 15.1.1  
 Ethnarchia species regni à Caesare introducta 25.1.21  
 Etoclis & Polinici pro regna Pertinax odium 25.1.18  
 Eudo occupauit Galliae imperium & restituere haeredi iussit 26.1.9  
 Examen triplex in graduandis 18.9.4  
 Examen graduatorum factum à professoribus sufficiens est Papae aut principi ut non debeat ab aliis examinari 18.9.9  
 Excantationes morborum reprobandae 17.9.9  
 Excessus in imperatorum & in Summorum Pontificum factis 26.5.11  
 Exilium decennale contra opulentes & praestantes ciues 22.10.5  
 Exorcismi contra animalia noxia & processus iudicialis 21.12.6  
 Expeditio Christianorum sexcentorum millium & terram Hierosolymorum 21.7.19  
 Expertes in rebus consiliis earum adhibendi sunt 24.6.9  
 Explicandi leges vel docendi methodus 17.4.15  
 Explicatio c.1. de homicidio in sex capit. statutum de haereticis in sex c. felicitis, de poenis in sexto 26.5.23  
 Explicatio cap. alius, 15.4.6. lib. 26.5.14.  
 Explicatio c. super specula de privilegiis 18.6.7  
 Exploratores à quibusdam principibus submissi in populum 23.9.11  
 Exponebantur quando infantes apud Lacedaemonios & Catheos & Brachmanes Indos 15.1.16  
 Expositio liberorum quomodo prohibenda aut permittenda 14.3.6  
 Expositorum infantium quae cura habenda & leges 14.3.8

**F** Abulæ quales sunt permissæ pueris 15.1.3  
 Facies hominis caracthere iniuri quare non debeat ob poenam delicti 16.3.12  
 Factio quid, & in bonam & malam partem 23.3.1  
 Factio quid 23.1.4  
 Factio & confederatio quomodo differant 23.3.8  
 Factionis tempore num secundum legem Solon

I N D E X.

Solonis se iungere oporteat alterutri parti 23.4.5  
 Factiones in populo à principibus initio opprimendae 22.8.9  
 Factiones Graeciae, & Atheniensium quot & Siciliae & aliarum regionum 23.3.2  
 Factiones Genuensium Fregosiorum & Aduraiorum 26.1.7  
 Factiones duarum domorum Aureliae & Burgundiae in Gallia perniciosae 23.3.6  
 Factiones Gibellinorum & Guelphorum, 23.3.5. nigrorum & alborum eo.  
 Factiones contra principem propius ad distinctionem pertinent regni, quam si fiant inter ciues 23.3.8  
 Factionum mala seditiones & subuersiones status reipublicae 23.3.3  
 Factionibus & coniurationibus obiecta remedia 23.4.1  
 Factionibus remedium tollere distidia 23.4.4  
 Fatari hominum vitam reprobatur 21.8.4  
 Fatum quid. ex sententia Pythagoreorum 21.7.20  
 Fatum caelestium syderum quo argumento scripturae sacrae probari videatur 21.7.22  
 Fatum inter Christianos pro dispositione & ordinatione rerum Dei & eius finis 21.8.5  
 Fatum inter Christianos pro decreto Dei immutabili 21.3.27  
 Fatum ex syderibus regnorum quidam ponunt 21.6.1  
 Fatum dispositio rex in mundo à Deo 21.8.3  
 Fatum seu voluntas Dei non potest nec debet ab hominibus grauius ferri 21.12.9  
 Fatum à natura quidam distingunt, an bene 21.7.28  
 Fatum & necessitas Deo subiiciuntur 21.8.8  
 Fatum qui dixerunt hominum ex constellationibus natiuitatis 21.7.25  
 Fatum prauideri facilius quam euitari potest 21.3.25  
 Fatum regnorum positum à quibusdam in constellationibus initiorum 21.5.1  
 Fati seu fato 3. sententiae 21.8.5  
 Fati necessitati nec deos refragari 21.8.1  
 Fato respublica regitur 21.8.3  
 Fato dari principatus 21.3.5  
 Fatalis oleasteo Messenias 21.3.6  
 Fatalis necessitas vitari nequit 21.3.18  
 Fatale Dei ex arbitrio ut velit gubernare 21.8.9

Fatalia remedia non admittunt 21.3.18  
 Festina lente quid significet 24.2.3  
 Feudum non personale retinetur ab inhabili militiae per alium seruitudo 26.5.2  
 Feudum, debetur idoneus & habilibus 26.4.6  
 Feudum à regno libero multum differt 26.5.22  
 Feuda possunt quaedam exhibere obsequium per substitutum 26.5.22  
 Fide disputare publice prohibitum & quare 17.3.13  
 Fidei professio à graduandis ex bulla Pij 4. fieri potest in manibus doctorum promouentium 18.9.11  
 Fidendum omnino vlli non est nec fratri 22.11.2  
 Fidendum, diffidendumque omnino non est 22.11.5  
 Filiationis probatio difficilis & fere impossibilis quomodo, 14.3.2. de eius praesumptionibus, num. 4.  
 Filij & nepotes in quibus puniantur pro delicto patris & auis in quibus non 26.5.23  
 Filij primogeniti cur à Iacobo patriarcha seepri successione priuati 26.4.13  
 Filij Iulianus per obstetrices inreceptus 14.2.4  
 Filij tyrannorum cum tyrannis necati lege 26.7.5. & 9  
 Filij natura sunt sub imperio patris 19.1.7  
 Filij ex proximi delinquentis an possint priuari principatu per eius delictum 26.5.23  
 Filij non tantum parentibus sed & patriae nascuntur 14.1.2  
 Filij non mittendi peregre antequam eradiantur 18.2.8  
 Filij ambitiosorum habentium potestatem in aula à principibus retinendi sunt quare 22.10.8  
 Filium asserenti alicui mulieri, alicuius an credendum sit 14.3.2  
 Finis & euentus considerandus in prolati extraordinariis vocibus 15.6.10  
 Fisci seu zratij & liens comparatio 22.12.7  
 Flores quare inscripti nascantur 16.13.14  
 Flagra qui gestarunt pro armis & quare Corcyrae 23.9.6  
 Felicitas humana valde inconstans cui fidendum non arbitrantur sapientes 26.3.9  
 Felicitas seculi, interdum arguit iram Dei 22.6.9  
 Feminas decet secretum domus 15.2.4

INDEX

- Forminae egregiae formae nuptiae causa  
perditionis status Ardeatunum 23.2.2  
Folia librorum quare dicta 16.3.2  
Fornicationis vehementes praesumptiones  
14.3.4  
Fortunae natura & inconstantia 22.6.8  
Fratrium discordia pro regno patris, illos  
& regna perdidit 25.1.18. & seq.  
Fraus à consiliis abesse debet etiam con-  
tra hostes 24.8.9  
Friderici depositionis ab imperio causae  
16.4.11  
Fundatores academiarum debent vocari  
in praepositione praepositoribus 18.2.18
- G
- Alba necarus quod trium tantum  
sententia regeretur 22.9.6  
Galliarum regni de fato & eius prosa-  
pia vaticinium 21.3.20  
Gallici conuentus generales annui olim  
24.4.6  
Gedeon recusauit dici rex Iudaeorum  
26.1.14  
Gelon nudus prodiens, populo resti-  
tuit potestatem 26.1.15  
Genutij Cippi praetoris contemptus re-  
gni 26.1.13  
Genius & fatum à constructione dantur  
ciuitatibus 21.3.18  
Genij nostri vel ciuitatis boni non re-  
cedunt à nobis iussi à Deo nisi tristes  
21.4.11  
Genuflexum discordia, eos subiecit Sfor-  
tiarum potestati 23.3.4  
Germani non pugnabant Luna decre-  
scentē 21.7.29  
Gerusia senatus Lacedaemoniorum 24.4.5  
Gestus & actio oratoris & vox qualis  
esse debeat 17.4.16  
Gottici regni initium & finis 20.1.22  
Gracchi duo tribuni plebis, ob seditionem  
commotam occisi 23.9.15  
Graduatus probatus an reprobari possit  
18.9.10  
Graduati à sede Apostolica quales 18.  
9.7  
Graduandi non debent excedere sum-  
ptus taxatos 18.9.13  
Gradus indignis conferentes academi-  
ae priuilegiis priuantur 18.9.2  
Gradus academiarum Gallicarum scho-  
lasticorum tres bachalaureatus, licen-  
tia, doctoratus 18.9.5  
Gradus conferre ex priuilegio tantum  
academiis concessum, 18.9.1. & quale  
tempus requiratur, num. 3.  
Guelphorum & Gibellinorum factio-  
num mala & causae 23.3.5  
Grammatica vnde appellata eiusque
- partes 17.1.1  
Grammaticis uariatio munerum & ho-  
spitum concessit 17.1.6  
Grammatici veloces & rhetoricam do-  
cebant 17.1.2  
Graeca lingua quando & in quo loca  
fuerit prohibitum 15.3.8. & 9  
Graecam linguam discere cur Cartha-  
ginenses prohibuerunt suis 15.3.7  
Gyges quomodo per parricidium do-  
mini regnum Lydorum adeptus sit,  
& quare non diu eius posteritas poti-  
ta regno 20.1.13  
Gymnastica ars ad quid uilis 15.1.7
- H
- Anno Carthaginensis uoluit se  
Deum per aues edoctas publicare  
15.6.6  
Hannonis Carthaginensis reipublicae  
inuasio & supplicium 23.9.8  
Haereditatis diuisio causa seditionis a-  
pud Hestiazum 23.5.1  
Haeresis causa mutare potest academi-  
ae locum sed cum authoritate superio-  
ris Sum. Pont. & principis transferen-  
da 18.6.10  
Haereses à philosophis proditae 17.7.17  
Haereticarum academi-ae vitandae 18.9.12  
Haeretici perpetuo silentes 17.4.9  
Haeticorum libri reiciendi 16.8.10  
Hebraicae litterae quando lectione per  
puncta & alia faciles euaserint 16.1.4  
Hebraicarum litterarum significationes  
16.1.1. & de antiquitate illarum, eod. 2  
Hegesiae philosophi oratione de misere-  
ria, uita ad mortem audientes impelle-  
bantur 17.2.5  
Heliodi historia Caricleria 16.8.9  
Heluetij propria incenderunt ut aliena  
regna inuaderent  
Heluius Pertinax octuagesimo die im-  
perij necatus quod nimium probus  
26.3.5  
Heli filius ob luxuriam adeptum sacer-  
dotium cum principatu 22.3.5  
Heraclidarum progenies, quandiu im-  
perauit Lydiis 20.1.13  
Heracliti Ephesij doctrina absoluta 15.  
1.27  
Herculis senis trahentis catenis auri-  
bus alligatus imago, quid significet  
17.2.6  
Haeretici maxime dialectica & rhetori-  
ca abusi 17.3.7  
Hierosolymae subuertendae uaticinia &  
fatum, quod euitare non poterunt quia  
decretum Dei & perirent 21.3.22  
Hispani ingenia habent propria feris  
quam hominibus 19.1.19

Histo-

INDEX

- Historiographi qui sunt sequendi aut  
reiciendi in historia Assyriorum Per-  
suarum & Medorum 20.1.8  
Homeri calumniator 16.8.8  
Homeri libros valde dilexit Alcibiades  
16.10.2  
Homicidae regum quare grauisime pu-  
niendi 26.7.17  
Homo cur dicatur omnis creatura 19.  
1.6  
Homo perfectus omnium substantiarum  
est parriceps & anima illis praestat  
& dominatur 19.1.2  
Homo habet liberum arbitrium ad bo-  
num vel malum, vitam vel mortem  
21.8.4  
Homo obediens Deo, omnium creatu-  
rarum habuit subiectionem: ubi Deo  
reconciliatus fuit singulari à Deo pra-  
seruatus 21.10.6  
Homo quomodo impressionibus supe-  
riorum corporum indirecto mouea-  
tur 21.9.22  
Homo expresso Dei uerbo imperium  
accepit in animantia omnia terrae 19.  
1.9  
Homo dominatur creaturis 21.9.16  
Homines tricorporei & bicorporei, di-  
cti quia tres vel duas linguas noscent  
15.4.2  
Homines syluas & deserta habitantes  
adhuc habuerunt quandam societa-  
tem inter se 19.1.8  
Hominum uaria iudicia 16.8.2  
Honestum bona consilia facit 24.8.8  
Honor alit artes ingenuas 18.3.1  
Honores communicandi popularibus à  
principe, ut tuto regnet 22.8.9  
Honorum ambitio, mutat paucorum &  
aliam rerum publicarum statum 22.  
1.5  
Honoraria praepositoribus & professo-  
ribus quae & quanta constitui debeant  
18.4.1  
Honorantur pessimi quique turbata re-  
publica 23.1.5  
Hospitum non recipendorum priuile-  
gium datum professoribus 18.7.7  
Hostes foris impediunt ne oriatur bellum  
ciuile in populo 23.7.1  
Hostibus imminentibus quomodo pro-  
spicere sibi debeant respublica vel  
princeps 21.12.1  
Humanarum rerum inconstantia 22.6.7  
Humanarum rerum inconstantia 26.3.9
- I
- Iasonis & Menelai de pontificatu con-  
tentio statum Hierosolymis reipu-  
subuertit 23.3.4
- Ieroboam quomodo decem tribus sub-  
traxit Salomonis filio 22.9.2  
Iesus nomen inuentum scriptum in cor-  
dibus quorundam martyrum 16.3.15  
Ignauiae causa Hiarnus regno pulsus  
26.4.4  
Illiberalitas quid 22.12.8  
Illustres dicuntur cur professores artium  
& scientiarum antiqui 18.3.10  
Imago principis depicta 26.2.1  
Imagines menti per eloquentiam im-  
pressae 17.2.5  
Imagines sunt notae significatorum 16.  
1.8  
Imaginatio uoces se audire quae non sunt  
fingit quare interdum ratione praec-  
edentium auditorum, 15.6.1. vel ob me-  
tum turbata imaginatione eod. nu-  
mero 2.  
Imperator Romanorum an subiciatur  
Summo Pontifici in temporalibus  
26.5.8  
Imperator an sede Apostolica ex omni  
causa deponi possit, 26.5.9. & ibi de  
diuerso tempore  
Imperatoris Vuesessai depositio dispu-  
tata 26.5.19  
Imperatori quae timenda & confide-  
randa 26.3.5  
Imperatores cur potius subiciantur po-  
testati Papae quam alij reges 26.5.7  
Imperatores electi qui ante vel post e-  
lectionem ab imperio, ad vitam mo-  
nachalem, vel priuatam transierunt  
26.2.6  
Imperatores deiectione à Summis Pontifici-  
bus 26.4.11  
Imperatores subsunt Summo pontifici  
& quare 26.5.18  
Imperium, qui, sumpta excusatione à se-  
nectutis aetate vel morbo, recusarunt  
Romanum 26.2.4  
Imperium naturale generantium in fi-  
lios 19.1.7  
Imperium Romanum quando diuisum  
& debilitatum 25.1.7  
Imperium Occidentale sub Carolo Ma-  
gno diuisum 25.1.13  
Imperium Romanorum recusauit Ta-  
citus Senator 26.1.4  
Imperium Romanum deposuerunt Dio-  
clesianus & Maximianus, & quare  
26.1.5  
Imperio priuati tanquam inhabiles 26.  
4.1  
Impositurae oraculorum loquentium à  
sacriticulis caua imaginum subeunti-  
bus clam 15.6.3  
Impositoriae artis ori go. 16.3.22

INDEX

Incedium de celo cadens prælagiuit amissionem libertatis Græciæ sub Phi- lippo 21.6.9	quæ remedia 22.6.7
Incolæ quâdam sponte suas provincias reliquerunt 21.11.4	Insolentia ex rebus secundis 22.6.6
Inconstantia rerum humanarum 26. 3.9	Instituto puerorum quæ & qualis à mo- deratorib. reipublicæ desiderata 15.1.3
Indoles pueritiæ non sufficit ad iudican- dum de reliqua iuuenis ætate 15.1.21	Interrex à quo & quando creandus 24. 5.4
Infans semestris matrem alloquitur vt à patria capiendâ fugeret 21.4.3	Inuestituræ episcoporum ex consilio Lateranensi concessæ regi Francorū 26.5.9
Infans rex in cuius in prælio circumla- tus victoriæ causa 26.5.4	Inutili regi coadiutor datus 26.4.9
Infantes proprios necantium graue de- lictum 14.3.9	Inutilem regno & inhabilem posse pri- uari iure regni probatur aliquot ra- tionibus 26.5.1
Infantes succedunt principibus parenti- bus ex lege Francorū 26.5.5	In contrariam partem rationes num. 2.
Infantium exponendorum lex Romuli, reprobata 14.1.9	Iohannes de Scratia maledictus à san- cto Francisco ob studium institutum in ordine literarum 17.12.5
Infantium educatio iuris naturæ est & facilis 14.3.10	Iohannes rex Galliæ captus in prælio ab Anglis 24.5.1
Infantium necatorum Iudæorum à Pha- raone causa 21.3.39	Ira Dei flectitur per pœnitentiam 21.4.4
Infantibus expositis quæ cura adhiben- da publica 14.3.8	Ira Dei quibus remediis præueniatur 21.4.6
Infantibus cur cum discretione eligen- dæ nutrices 14.4.1	Isidigerdis regis Persarum celebre factū 26.5.6
Infantibus ædendis & educendis seu ser- uandis quæ cura in reip. esse debeat 14.3.1	Italiæ regni initium & finis 20.1.26
Infantulus in cuius iram Dei in populū effatus, postea conticuit 15.6.12	Iudæi iussi vno die necari ab Assuero 16.2.5
Inhabilitatis prætextu imperio deiecti & priuati 26.4.1. & seq.	Iudaici regni tetrarchia & diuisio causa malorum 25.1.21
Ingenia ad quæ apta sint diu explorada 15.1.18	Iudices Scholasticorum qui 18.7.9
Inimicitiarum seminatione, qui pepe- rerunt sibi principatum 22.2.2	Iudices quare legum periti esse debeant 24.6.3
Iniuriæ vlciscendæ illatæ causa, princi- pes obruncati 22.8.2	Iudicium quomodo à consilio differt 24.8.6
Iniuriarum obliuio lege apud Ethnicos lata inducta 23.9.16	Iudicia varia hominum de vna & eadem re 16.8.2
Iniustitia crudelis causa obruncatorum regum 22.7.8. & 9.	Iudicia illusoria esse non debent 25. 5.6
Iniustitiæ & excessus tollunt formam rerum publicarum 22.1.10	Iudicia suorum iudicum rata habere de- bet princeps & quare 24.8.5
Inuenta quare sint verba 15.3.5	Iulianus Imperator iussi scholas artium Christianis claudere 17.12.3
Inuidia inter ciues quomodo corrup- pat rempublicam 22.8.10	Iulij Cæsaris modus conciliandi sibi mi- lites 23.9.7
Innuatio rerum nisi ex magna necessi- tate & vtilitate faciendâ non est in re- publica 23.9.9	Iuramento mulieris dicētis se ex aliquo concepisse quâdo credatur vel non 14.3.4
Inquisitio de causa locutionis miracu- losæ 15.6.8	Ius civile quomodo prohibeatur legi Parisiis & locis vicinis 18.6.7
Inscripti flores quare nascuntur 16.3.14	Iuris canonici & civilis coniunctio 18. 6.8
Insignia dignitatis donata Summo Pon- tifici & clericis eius à Cōstantino Ma- gno 25.1.11	Iuris vtriusq. studia maximè necessaria in rep. 17.10.1. introducta inter Ethni- cos, Iudæos & Christianos, eod. & seq. 14.3.1
Insolentiæ ob felicitatem obicienda	Iura societatis humanæ quomodo sint subordinata 18.1.5

INDEX.

cessaria reipubl. 17.11.2	Lex de vsuris remittendis 23.5.7
Iurisconsulti in consilio imperatorum 24.4.2	Lex de iuuantis gratis ægrotis in reme- diis morborum 17.8.4
Iurisconsulti nostri temporis cur non habeant auctoritatem iurisconsulto- rum antiquorum 18.5.4	Lex de expositione infantium Theba- norum 14.5.8. Romuli eod. num. 9.
Iurisdictio omnis pendet à principe 26. 7.9	Lex Dei de non cogendis thesauris per principem 22.12.3
Iustiperiti necessarij sunt in ciuitate om- ni vt recte habitari possit 17.11.4	Lex obliuionis iniuriarum amnestia 23. 9.15
Iurisprudentiæ præcepta & quod munus sit regum eam docere 17.11.1	Lex vt infantes in regno Francorum & aliorum regnorum succedant nō ob- stante infirma ætate 26.5.5
Iustitia potius quam fraudibus voluit Romanus populus hostes vincere 24. 8.9	Lex Gallorum de rumoribus rempubli- cam spectantibus non loquendum sed referendum magistratui 24.6.6
Iustitiæ magistri apud Persas, quos acci- perent instituendos 18.2.5	Lex Agraria de quinquaginta iugeribus 23.9.15
Iuuentus emendari & corrumpi potest 15.1.18	Lex consulebatur in senatu priusquam ab imperatore ferretur 24.4.2
Iuuentutis princeps Nolæ 23.9.7	Leges Cincia, Licinia, Iulia, de quibus 22.8.7
Iuuentutis eruditio necessaria in repu- blica 15.1.1	Leges, qui tradiderunt suis rebus pu- blicis 17.11.1
Iuuenes quandoque cum senibus quare admittendi ad consilium reip. 24.6.2	Leges nō sunt per signa & abbreviatio- nes transcribendæ 16.1.6
L	Leges de venenis non habendis, aut nō cognoscendis 17.9.3
Lacedæmoniorum regni initium 20. 1.14	Leges Romani iuris quatenus in regnis Galliæ & aliis liberis recipiantur & v- sui sint 18.3.7
Lacedæmoniorum scholæ & modus eru- diendi publicè liberis 18.2.6	Leges solent mutari adueniente nouo principe 26.6.2
Læcon pædagogus optimus puerorum 15.1.21	Leges Spartatarum singulis annis le- gebatur publice iuuenibus 17.11.3
Lactis nutricis vis quanta in nutriendis pueris 14.4.1	Leges de loquutione commoda & ir- reprehensibili 17.4.4
Langobardici regni initium & finis 20. 1.22	Leges de occidendis tyrannis impune 26.7.5
Langobardici regni origo 19.1.18	Leges conuenientes populi moribus sunt ferendæ 22.8.7
Langobardici regni in aliam formam mutatio 21.2.16	Legum periti ad concilia & iudicia eli- gi debent 24.6.3
Latini sermonis propagandi vbique quæ- ta fuerit Romanis cura & diligentia 15.3.8	Legibus sublatis, ex democratia ea cor- rumpitur 22.2.6
Legati iuregentium inuiolabiles, & quare 21.12.1	Liber apertus pro insignibus Alphonso regi 16.10.4
Legationis apud magnates exequendi modus & ordo 17.4.13	Liberalia studia quæ 18.1.1
Legere & scribere in omni professione vitæ conuenit 15.1.6	Liberalis principis maxima laus, publi- ca priuato cōmodo præferre 22.13.10
Leonib. redditæ defertæ ciuitates 21.11.2	Liberalis & liberalitatis partes & comi- tes 22.13.6
Leuconis stratagemâ in dilatione pœ- næ præditorum 22.10.4	Liberalitas media inter auaritiâ & prodigalitatem 22.13.1
Lex Ægyptiorum de arcanis reipubli- cæ sub pœna abscisionis linguæ ce- landis 24.6.7	Libertas nimia populi sine legibus est corruptio status 21.1.7
Lex regia, de potestate à populo in prin- cipem transferenda 24.7.1	Liberti quomodo Volsinensium rema- publicam vsurpauerint 22.4.4
Lex de rationibus reddendis à magi- stratibus 22.12.4	Libethriorum exterminium oraculo designatum 21.3.11
Lex Valeria de proroganda dictatura 26.7.3	

INDEX.

- Libratij qui dicti olim scriptores 16.  
1.9  
Librariorum in transcribendis libris fi-  
des 16.9.2  
Libri hæreticorum in Academiis inqui-  
rendi & tollendi 18.9.12  
Libri hæreticorum reiiciendi 16.8.10  
Libri plures inutiles & nocentes 16.  
6.2  
Libri famosi & maledici reiiciendi 16.  
8.11  
Libri lintei, & elephantini 16.3.9  
Libri vnde dicantur 16.3.1  
Libri qui sunt generaliter à republica  
explodendi 16.8.9  
Libri improbaræ lectionis comburendi  
18.1.2  
Librorum multitudo quibus utilis, &  
quibus ridicula 16.6.1  
Librorum appellatione omni generis  
scriptæ materiæ continentur 16.3.3  
Librorum affectio inæstimabilis 16.10.1  
Librorum multitudo & possessori & a-  
liis prodesse potest 16.6.3  
Libros religionis Christianæ aboleri &  
rolli iusserunt qui voluerunt tollere  
religionem 17.10.3  
Libros aliquorum qui multis pecuniis  
emerint 16.10.2  
Libros plures & bibliothecas qui sibi  
compararunt, 16.7.2. & seq.  
Libros alterius qui sibi falso adscripse-  
runt 16.8.7  
Libros qui multos scripsere 16.5.1  
Mercurio Aegyptij tribuerant omnia  
inuenta, & cur tot libros dicatur com-  
posuisse 16.5.2  
Libris legendis defectus & iudicium ad-  
hibendum 16.6.2. & 3  
Licinia lex de quinquaginta iugeribus  
22.8.7  
Ligue gallis, quid 23.3.1  
Lingua natiua & materna cur dicatur  
15.3.5  
Lingua & ad bonum & ad malum vti-  
mur 17.2.13  
Lingua retinenda & frenanda, quare  
17.4.2  
Lingua exsecta qui locuti sunt miracu-  
lose Christiani 15.5.12  
Lingua in Gallia prohibita & apud Hel-  
netios 23.4.2  
Lingua mulieribus extraneis cur excis-  
sa Britannia 15.3.5  
Lingua & sermonis fines duo 17.4.17  
Linguam suam quæ respUBLICÆ in aliis  
regionibus voluerunt propagare 15.  
3.8  
Linguarum & sermonis proprietates ex  
consensu vrentium & vnde mixta 15.  
3.5  
Linguarum seu sermonum in orbe quot  
genera 15.4.1  
Linguas duas aut plures, nouisse olim  
pro miraculo & aliquibus non pro-  
batum 15.4.2  
Linguas discere plures, aliquibus lauda-  
bile & vtile reipublicæ visum est 15.  
4.3  
Linguas peregrinas quare repudiarint  
aliquando respUBLICÆ 15.3.6  
Litera vnde appellata 16.1.1  
& literarum Hebraicarum signifi-  
cationes eod.  
Literæ humaniores præuiæ ad iustitiam  
discendam, 17.12.3. & ad iuuandam  
religionem eod.  
Literæ in tabellis iudiciorum à Roma-  
nis vt usurpatae 16.2.9  
Literæ inuenta & addita à diuersis, 16.  
1. num. 3. & 5  
Literæ formatae & commendatitiae pe-  
regrinantium synodi Nicenæ, 16.2.13  
& ibi de illarum differentiis  
Literæ in qua diuersa materia scripta  
vel impressa dicantur 16. per totum  
cap. 3  
Literæ pro significandis numeris & di-  
gnitate personarum 16.2.12  
Literæ per signa expressa 16.1.6  
Literæ Hebraicæ Chaldaicæ & Arabicæ  
quando cœperunt doceri in acade-  
miis 18.1.8  
Literæ 22. Hebræorum representant  
creata omnia mundi 16.2.2  
Literæ quomodo differant à notis 16.  
1.7  
Literæ Ephesinæ Magicæ 16.2.10  
Literæ deposita bona & mala immuta-  
ta conseruant 16.2.5  
Literæ omnium scientiarum prima &  
necessaria elementa 17.1.5  
Literarum in proditione vis & efficacia  
in iniuriis inferendis 16.2.5  
Literarum bonarum interdicitio reddit  
homines stolidos & sine mente 17.  
12.6  
Literarum Hebraicarum prima ante a-  
lias inuentio 16.1.2  
Literarum mirabilis vsus in referendis  
conceptis animo, & in sono & mente  
retinendis 16.2.1. & toto cap. 2  
Literarum & scribendi origo 16.1.3  
Literarum studio priuare pro pœna ma-  
gna habitum 15.1.26  
Literarum certamine vel à versibus in-  
cipientibus ab eadem, vel compo-  
nendo præuia cui deesset in omnibus  
verbis

INDEX.

- verbis vna litera, vel de aliis modis e-  
ius certaminis 16.2.11  
Literarum variæ occultationes, 16.4. per  
totum in vagina, num. 1. in lepore e-  
xenterato, 2. in lamina, 3. in pane, 4. co-  
ra, 5. in extis, 6.  
Literarum descendiarum vtilitas 15.1.6  
Literarij ludi magistri distingui possunt  
à Grammaticis 17.1.4  
Literati & literatores quomodo disse-  
rant 17.1.1  
Literatores qui dicti 17.1.1  
Locuti post linguam excisam miracu-  
lose 15.5.12  
Locuti infantes miraculose 15.5.6  
Locutio num sit dæmonica vel fictitia  
vel extraordinaria quomodo inqui-  
ratur 15.6.8  
Logica quid & ratio nominis & de eius  
syllogismo, 17.3.2. & num. 6.  
Logici post mortem apparitio & pro-  
fessio damnationis ob vana sophis-  
mata 17.3.7  
Loquacitas vituperabilis 17.4.2  
Loquacitas maximè nociua 24.6.7  
Loquela Dei & angelorum quæ 15.5.1  
& num. 3.  
Loquela animalium quæ 15.5.2  
Loquendi bene & honeste præcepta 17.  
4.2  
Loquendi dicendive modus obseruan-  
dus quis 17.4.13  
Loquedi vt oportet quædam leges 17.4.4  
Loquendi licentia quibus modis casti-  
ganda 23.8.2  
Loquens debet considerare personam  
cui loquitur 17.4.11  
Loqui articulate proprium est homini  
15.3.12  
Loqui volens consideret an habeat po-  
testatem loquendi 17.4.12  
Loqui intelligere scribere tria magna  
& pretiosa in homine 15.3.1  
Loquuta animalia magicis præstigiis  
15.6.7  
Loquuta arbores & animalia & alia  
inanimata quando 15.5.3  
Lotharingia vnde dicta 25.1.15  
Loquutioni perficiendæ quæ sint con-  
currentia 15.3.3  
Lucretius Atheos 17.7.5  
Ludi quales sunt permittendi pueris 15.  
1.3  
Ludouicus Pius quibus imposturis im-  
perio à filiis priuatus, & restitutus 26.  
5.15  
Ludouicus filius Caroli Magni, calum-  
niis filiorum ab imperio depositus,  
postea restitutus 25.1.14
- Lunæ deficientis præfagia 21.7.15. & 18.  
& 19  
Lunæ disco vel rotunditati num inscri-  
bi possit 16.3.11  
Lunæ defectus horribilis 21.7.4  
Lunæ defectus mala minatur Persis 21.  
7.13  
Lunam fuisse æqualis luminis cum Sole  
fabula Iudæorum 21.9.11  
Lupanaria num & quando permitti de-  
beant in ciuitate 14.1.5  
Luxuria perdidit regnum Troianorum  
22.4.5  
Luxuria principum causa mutationis  
status regnorum in aliam formam  
22.3.1. & per totum cap. 3.  
Luxus principum quomodo turbet rem-  
publicam & mutet 22.4.1  
Luxus & voluptatum remedia quædam  
22.5.1  
Lycon instituendis pueris quare acco-  
modus 15.1.21  
Lycurgus regnum posthumo fratri re-  
stituit 26.1.11  
Lydiarum imperium quædiu durauerit  
20.1.13  
Lydiarum regnum in aliam progeniem  
ob luxuriam translatum 22.3.7
- M
- Macedoniae regni initium & finis  
20.1.10  
Macedoniae regni translationis fatum  
sub Perdicca 21.3.26  
Macedoniae regni in successione gene-  
ris fatum si non sepelirentur reges in  
sepulchro Perdicæ regis 21.3.12  
Macedonianum senatusconsultum non  
habet locum in mutuo dato filiofa-  
student 18.7.14  
Machabæorum familia regnum amisit  
ex contentione duorum fratrum 25.  
1.5  
Magi procurant per dæmonem medicum  
loqui animalia & inanimata 15.6.7  
Magia nata à medicina 17.9.10  
Magiæ causa philosophi peregrinati  
17.7.8  
Magici characteres 16.2.10  
Magistratus & potestates vtile est in re-  
publica esse temporales nec conti-  
nuatas 22.10.6  
Magistratus populi tyrannidem occu-  
pant, cum potestate nimia populi 22.  
2.4  
Magistratus ex quibus eligantur, habe-  
re distinctionem formæ administratio-  
nis reipublicæ 24.6.17  
Magistratum venditio turbat reipu-  
blicæ statum 22.12.6
- B



INDEX.

Magistratibus maioribus dandi quare collegæ vel assessores 22.10.7  
 Magistri debent haberi & stipendio donari ab ecclesiis cathedralibus & metropolitanis ex decreto consiliorum 18.2.17  
 Magistri grammatices & aliarum artium quibus utatur immunitatibus, & probati reprobati possunt 17.1.6  
 Magistri quare dicantur præceptores & alij 8.2.10  
 Magistri seu doctorum qualitates 18.3.9  
 Magnificus princeps quomodo à liberali differt 22.13.7  
 Maiestatis crimen est factio & coniuratio & quomodo puniatur 23.4.1  
 Maiestatis rei, non debent iuari pro pœnæ immunitate quod maiores eorum pro republica laborarent, vel ipsi etiam & quare 22.11.11  
 Maiestatis reus etiam qui cogitavit occidere principem et si postea pœnituerit 26.7.9  
 Maieur & Maire vnde dicatur 19.1.9  
 Maiores domus Franciæ dominos expulerunt 22.9  
 Maledicendus non est princeps, multominus occidendus 26.7.14  
 Malum à Deo quomodo 19.1.10  
 Mali regnant turbata repub. 23.1.5  
 Mali cur in hoc seculo bona habent 21.4.7  
 Malleatores à vicinitate scholarum submouendi 18.6.12  
 Mandata Dei decem ad vnum delectationis redacta 15.1.11  
 Mandatorum Dei obseruatorum in republica ciuili quanta utilitas eorumque applicatio 15.1.12  
 Manij Curij contemptus diuitiarum 22.13.10  
 M. Manlius ob concupitam tyrannidem præcipitatus 22.11.10  
 Mantuanæ reipub. mutatio 21.2.15  
 Manumissus ad populi clamorem, vt metu manumissus restituitur domino 22.8.12  
 Manus reperta scriptoris librorum uuida post multum tempus, eius mortis 16.9.3  
 Marcellus quo astu vitauit defectionem L. Bantiij imminentem Nolæ 23.9.7  
 Martyrum constantia & confessio ad egit ad depositionem imperij Diocletianum & Maximianum 26.1.5  
 Massensium origo 23.6.3  
 Mathematicæ artes philosophiæ discendæ necessariæ 17.6.5  
 Mathematici qui reprobari 18.1.2  
 Matrimoniorum ætas que, 14.1.10. eaque esse debere libera, eod.  
 Mauritius imperator ob auaritiam necatus 22.12.1  
 Maxentius imperator Suppolitius filius Maximiani Herculij 14.1.8  
 Medicus quatenus cum phisico conueniat 17.8.1  
 Medici nulli apud Babylonios, apud Aegyptios vero erant singulorum morborum 17.8.4  
 Medici luxuriosi pœna 17.9.5  
 Medici qui iurauerant se occisuros omnes barbaros 17.9.4  
 Medici silere debent vitia secreta ægrotantium 17.4.8  
 Medici abusus ex imperitia & malitia 17.9.2  
 Medici cur iurati in ciuitate esse debent 17.9.3  
 Medici ante porrectionem medicinæ debent curare vt ægroti medicos animarum vocent & quare 17.9.6  
 Medico imputatur imperitia & malitia 17.9.4  
 Medico eligendo sunt obseruandi boni mores 17.9.5  
 Medicorum tres sectæ 17.8.4  
 Medicorum priuilegia non omnibus, sed certis à principe tantum ad numerum deductis concessa 17.8.1  
 Medicina necessaria in ciuitate 17.8.3  
 Medicina & medici, sunt corporis & animæ 17.8.2  
 Medicinæ secretæ pepererunt superstitionem Magiæ 17.9.10  
 Medicinæ vt efficax sit, quæ quinque concurrere debent 17.9.1  
 Medicinæ quinque species 17.8.3  
 Medicinam discere seruis & mulieribus aliquando lege prohibitum, postea emendata lex 14.2.3  
 Mediolani status per seditionem immutatio 23.3.7  
 Meditatione qui euaserunt sine præceptore docti 15.1.27  
 Medorum regni finiendi prædictio 21.3.40  
 Medorum regni duratio 20.1.11  
 Medorum monarchia quando nata 20.1.7  
 Megarensis regni fatum in capillo regis Nisi 21.3.16  
 Megareses indiligentes circa eruditionem liberorum taxati 15.1.2  
 Melius ob concupitam dominationem Romæ necatus 22.11.10  
 Membranarum librorum inuentio 16.3.7  
 Mendici

INDEX.

Mendici validi ad opus agendi 23.7.4  
 Menecrates medicus Iouem se vocari voluit 17.9.10  
 Meretrici non creditur dicenti se concepisse ab aliquo 14.3.2  
 Meretrices non ferendæ in ciuitate 14.1.5  
 Meretricum vitæ adducta remedia quædam 14.1.6  
 Meteorica cometæ, sunt in aere & imperfectæ commixtiones 21.9.19  
 Miceni regni origo & duratio 20.1.15  
 Michael senior & Sequens imperio deiecti, vt inhabiles 26.4.1  
 Milites extranei in auxilium aduocati, sedes elegerunt apud vocantes inuitos 23.6.4  
 Misericordia Dei prouocatur pœnitentia 21.4.4  
 Missianis de duratione vrbis editum oraculum 21.3.9  
 Missio doctorum vel prædicantium ordinaria & extraordinaria quæ 18.2.15  
 Mitylenensium aristocratia quare sublata 22.7.10  
 Morbi corporis & animi & eorum medici 17.8.2  
 Morbi quare hominibus bonis & malis ex Dei permissione accidunt 17.9.8  
 Morborum incantationes reiiciendæ 17.9.9  
 Morbis extinctæ ciuitates & respublicæ 21.11.3  
 Morbis popularibus per diligentiam magistratuum adhibenda remedia 21.12.7  
 Monarchia Aegyptiorum quandiu durauerit 20.1.5  
 Monachus factus regno abdicato Carolomanus Pipini filius 26.1.8  
 Monarchia quomodo mutetur in tyrannidem, 22.1.2. & contra tyrannidem in monarchiam, eod.  
 Monarchia Alexandri multis cladibus constructa post mortem eius diuisa 25.1.16  
 Monarchia Romanorum, quando & quomodo collapsa 25.1.9  
 Monarchia Assyriorum quandiu durauerit 20.1.6  
 Monarchia Medorum vnde nata 20.1.7  
 Monarchia Alexandri Magni post mortem eius lacerata & diuisa 25.1.3  
 Monarchiæ Persarum initium & duratio 20.1.9  
 Monasteriis cur prohibuerit Carolus Magnus habere studia publica & nū  
 olim in monasteriis fuerint collegia & institutiones inuentutis 18.6.5  
 Mores regionum conseruandi etiam principibus si amari velint à subditis 22.8.8  
 Mores puerorum notandi in qua studia sint propensiores 15.1.10  
 Mores mali bonarum legum occasiones 22.8.7  
 Mores naturales quomodo habent propensionem non necessitatem 15.1.20  
 Mortem principis lugere ex lege coacti 26.6.4  
 Morte principis, interdum perseuerat status publicus interdum mutatur 26.6.1  
 Mortui suscitati vt testimonium dicerent & postea obdormientes 15.5.11  
 Mortuorum ad nos voces vnde prodeat 15.5.4  
 Mortuorum capita post mortem locuta & quæ petierunt confessionem sacramentalem 15.5.9  
 Mortuis concumbere nefandissimum & punitum 17.9.5  
 Moses Grammaticam Hebræam addidit 17.1.3  
 Mosaicæ philosophiæ diuisio 17.6.6  
 Mulier ob peccatum supposita fuit viro 19.1.5  
 Mulieri asserenti se concepisse ex aliquo an credendum sit 14.3.2  
 Mulieres cur calceis Aegyptiæ non vterentur 15.2.4  
 Mulieres præceptoribus ludæorum dabant salaria 18.4.1  
 Mulierum promiscuus concubitus vbi & emendatus 14.1.4  
 Mulieribus extraneis linguæ cur excisæ apud Britannos 15.3.5  
 Munera pretiosiora habentur propter authoritatem dantis et si exigua sint 22.13.3  
 Munera homines lucrantur 22.13.2  
 Musica quæ & quatenus sit utilis & necessaria in republica 15.1.8  
 Mutatio & interitus rerum pub. vel per morbos vel vi extrinseca 21.1.4  
 Mutatio formæ rerum publicarum quomodo fiat per totum cap. 1. lib. 22.  
 Mutatio Romanæ democratiæ in principatum per deceptionem populi facta 21.2.12  
 Mutatio rerum publicarum interdum subito, interdum per media fit 21.1.3  
 Mutationes principum arguunt futurum reipublicæ interitum 12.3.32  
 Mutationibus & interitui obnoxia regna, 20.1.17. & ibi exempla, 20.1.17

I N D E X

Mycerinus rex Ægyptiorum cito mortuus quia non satis affligeret populum 22.14.4  
 Myſteria diuina non omaibus communicanda 17.4.9  
 Myſtridates rex 22. linguas diuerſas locutus 15.4.3

N

**N**Abuchodonosor imperauit Hebrais tyrannicè, & tamen illi pro eius & filiorum prosperitate Deum rogabant 26.7.15  
 Naturales tantum liberi hodie non separantur ab spuris 14.3.2  
 Naturalia omnia mutationibus & interitui obnoxia 21.1.1  
 Nauarræ regni initium & interceptio ex parte 20.1.25  
 Naxiorum respublica oppressa ob seditionem ex nuptiis 23.2.2  
 Necesse est venire scandala, quomodo intelligatur 21.3.35  
 Necessitas inuitabilis 21.8.1  
 Necessitas & fatum quale in actionibus hominum 21.3.28  
 Necessitas & fata cœlestia & rerum, nõ eodem modo in omnia, nec perpetuo nec absolute semper 21.8.7  
 Necessitas in rebus triplici modo consideratur, 21.8.6. & ibidem late de necessitate simpliciter & ex suppositione in superioribus & inferioribus actionibus 14.4.1  
 Necessitatem pendere ex cœlestibus & stellis, dicere est iniuriã cœlo & Deo irrogare 21.9.13  
 Necessitatem Deus temperat, & dispensat contra eam quando vult 21.8.8  
 Negotium potius quam otium populo militati conuenit 23.7.1  
 Negotiorum priuatorum tractandi ratio 17.4.19  
 Nepotes aliquando pro delicto aui puniuntur 26.5.23  
 Neutralitas inter dissidentes ciues ac regnicolas num tuta & iusta 23.4.5  
 Nicolaus Perotus æmulum habuit Domitium Calderinum 16.8.4  
 Nigidius Figulus semator Romanus peritissimus astrologus 21.7.23  
 Nigrorum & alborum factiones in Italia perniciose 23.3.5  
 Ninus dicitur Assur 20.1.6  
 Nobilitas inter Germanos qui associati dicuntur, extrita ob luxuriam 22.3.12  
 Nodi Gordij dissolutio habebat fatum regni Asiæ 21.3.15  
 Nomen vestimenti primi primorum parentum representat redemptionem & nomen Christi 16.2.3  
 Nomen verum ciuitatis Romanæ quare occultatum est 21.3.45  
 Nominations ad beneficia dantur tantum ab academiis Galliæ ex priuilegio 18.9.1  
 Notæ quomodo differant à literis 16.1.7  
 Notæ ad compendiosam scripturam 16.1.6  
 Notarius à notis & quid illæ 16.1.8  
 Notarij apostolici & protonotarij 16.1.9  
 Notarij non debent scribere per abbreviationes 16.1.6  
 Notarij armariis similes, quia non debent detegere, nisi ab illis requisita 24.6.6  
 Notorum mores damnati 14.1.7  
 Nouarum rerum studiosi perniciosi in respublica & ex illa explodendi vel puniendi 23.9.9  
 Noaus princeps noua lex 26.6.2  
 Numidarum regnum ex diuisione clades accepit 25.1.17  
 Nuptiarum causa seditio 23.5.4  
 Nuptiarum causa, origo seditionis & mutationis reipublicæ 23.2.2  
 Nutritij præceptores & rectores iuuenum 15.1.22  
 Nutrices aut nocent aut iuant ingenia infantium ideo cum discretionem eligendæ 14.4.1

O

**O**bligations quædam constant literis 16.2.7  
 Obstetricum ex Platone vsus & excantationes 14.2.5  
 Obstetricibus cur debeant curam adhibere magistratus & mala quæ illæ possint in partuum editione gerere 14.2.2. & seq.  
 Occa rex Britannorum regno pulsus & restitutus 22.14.4  
 Occidere nemo potest suum successorem & ibi exempla 21.3.5. & num. 8  
 Occidere licere cuilibet tyrannum, dicere damnatum est à consilio Constantiensis 26.7.11  
 Occidere principem suum graue, & contra Dei voluntatem 26.7.18  
 Occidere tyrannum leges permittentes, & præmia necantibus dantes 26.7.5  
 Occidere solis medicis & aduocatis impune licet 17.9.2  
 Ocioſum verbum quid 17.4.3  
 Ocioſorum verborum reddenda Deo 17.4.3  
 Ocioſus

I N D E X.

**O**ctavius Cæsar voluit repudiare imperium 26.3.2  
 Odium & contemptus principis habet ruinæ reipublicæ viciniam 22.8.1  
 Odium & metus sunt comites principatus 26.3.1  
 Odij simulatio Zopiri decepit Babylonios 22.11.6  
 Odiosus omnibus cur auarus 22.12.5  
 Optimatum status quomodo immutetur & tollatur 22.11.1  
 Oraculum liberi impletum de clade Libethriarum 21.3.11  
 Oraculum de futuro excidio Messeniorum quando Oleaster arma pareret 21.3.6  
 Oraculum de duratione præſapiæ Alexij Comneni imperatoris 21.3.7  
 Oracula futurorum daemones hauriebant à signis cœlestibus 21.7.24  
 Oratio quid sit & vnde formetur 17.1.5  
 Oratio paucorum verborum laudabilior 17.2.8  
 Orationis efficacia & vis 17.2.3  
 Orator proprie vir bonus & reipublicæ commodus 17.2.15  
 Orator quis 17.2.2  
 Oratores distinguendi sunt à declamatoribus 17.2.16  
 Oratores mali in concitanda seditione efficaces 23.8.1  
 Oratores persuaſores seditionis ob aquilam templo à rege positam, prætextu legis patriæ, viui combusti 23.9.15  
 Oratoris vox & gestus qualis esse debeat 17.4.16  
 Orestis Lipsana fatalia victoria Lacedæmonis 21.3.14  
 Organa vocalia 15.6.5  
 Origenes infinita pene scripsit 16.5.3  
 Orphei & Decalionis fabula explicata 17.2.6  
 Os claudit & postea aperit nobis Cardinalibus Papa & quare 17.4.9  
 Ostentum quid 21.9.29  
 Ostracismus quid, & quale & in quos iudicium 22.10.5  
 Orthogoræ Sicyonum Tyrannis centum annorum 26.7.1  
 Otiosi inquirendi & ad opus publicum vel priuatum cogendi 23.7.4  
 Otium mater iniquitatis 23.7.2  
 Otium natura stulta 22.8.11

P

**P**acerij generales Romæ ad componendas rixas præpositi 23.4.4  
 Pædagogia quid 18.2.2  
 Pædagogus vnde præceptor 18.2.2  
 Pædagogi discipulorum saliscorum pro dicitio & pœna 24.8.9  
 Pædagogorum & præceptorum vita & mores cum doctrina consideranda 15.1.21  
 Palladium fatale vrbis Troiæ 21.3.17  
 Papa non cesserit potestati à Constantino concessæ eligendo imperatorem Carolum Magnum 25.1.12  
 Papa quando cœperit vti depositione regum & imperatorum 26.5.12  
 Papa quare habet pleniorum potestatem in imperatorem quam in alios reges non sibi vasallos 26.5.7  
 Papa ex consilio Lateranensi non potuit eligi sine consensu regis Galliæ imperatoris 26.5.9  
 Papa Formosus quomodo interuenit in depositione Caroli Crassi imperatoris 26.5.16  
 Papæ pulsi ab imperatoribus & reges & principes à Pontificibus 26.4.11  
 Papæ Gregorij quarti abusi rebelles pro depositione Ludouici Pij 26.5.15  
 Papæ donata insignia à Constantino Magno 25.1.11  
 Papæ cur tribuatur academiarum cura 18.2.16  
 Parlamentorum ortus 24.4.7  
 Partialitas in ciuitate est velut vermis in caseo, & de malis eius 23.3.4  
 Partialitates familiarum Angliæ quantum nocuerint regno 23.3.6  
 Partialitates ab initio delendæ ne tranſeant in coniurationes 23.4.4  
 Parrus in ipſo tempore egressionis ab vtero diligentia conseruationis indigent 14.2.1  
 Partus suppositio modi & mala 14.1.8  
 Partus vt agnosceretur quæ formula 14.3.3  
 Parricidarum graue delictum 14.3.9  
 Pastores populi reges 22.8.12  
 Patientia principi in temperando populo necessaria 23.9.13  
 Patres facilius instituere possunt quam alij liberos quare 18.2.4  
 Paucorum administratio quomodo in plures in respublica tranſeat 22.1.5. & 6  
 Paucorum administratio quomodo tranſeat in tyrannidem 22.1.6  
 Tempore belli & pacis eodem 22.1.7 & 8.

I N D E X.

Pauperes maledici, releuari aliqua re benedicunt facile principi 22.13.2  
 Pax oblata principi etiam superiori non debet contemni, vt exempla 21.12.1  
 Peccati mala quae acciderunt homini 21.9.22  
 Peccata, morborum saepe causa 17.9.6  
 Peccata populi causa mutationis reipub. 22.14.3  
 Pecuniae desiderium, singulorum, nocet possessoribus 22.13.4  
 Pellibus scriptum 16.3.7  
 Peloponensem regnum vnde 19.1.21  
 Peregrinari per regnum num debeat princeps 24.8.2  
 Peregrinati ob famam doctorum 18.6.2  
 Peregrini ratione studiorum fauore & privilegiis digni 18.7.2  
 Peregrinum idioma quare non admiserint quaedam respublicae 15.3.6  
 Peregrinorum cura Deo est & hominibus esse debet 18.7.3  
 Pericula evitare cum possumus, interdum permittente Deo interdum nostra socordia non vitamus 22.11.7  
 Periculis eloquentia turbavit Graeciam seditionibus 17.2.9  
 Persae habebant scholas publicas, cuiusque aetatis, & artis 18.2.5  
 Persarum Monarchiae initium & duratio 20.1.9  
 Persici regni ruinae praedictio 21.3.38  
 Persecutio Christianorum sub Sapore magna 21.6.19  
 Perseus rex Macedoniae suppositivus partus Philippi regis 14.1.8  
 Personae quae loquuntur & cum quibus loquimur considerandae 17.4.11  
 Personarum apud Persas ordo & distributio & eruditio 18.2.5  
 Personarum incrementum & decrementum mutat formam reipublicae  
 Pestis tempore viti bonus & malus angelus quorum malo venabulo iussu boni percutiente, tot peribant ex domo quot ictus incussisset 21.7.16  
 Pestis causa secedere a loco cum privilegiis potest academia 18.6.10  
 Petalitanus iudicium contra bonos 22.10.5  
 Philippicus volens occidere successorem non potuit 21.3.8  
 Philippus Arabs vsurpavit imperio, nimia autoritate sibi concessa abutens 22.9.3  
 Philippi regis Macedoniae ad regna occupanda doli & fraudes & mors 26.4.10  
 Philosophus & philosophia quid 17.6  
 in profundiore doctrina 17.6.2  
 Philosophi pecuniae contra professionem cupidi 17.7.11  
 Philosophi qui ab urbibus expulsi 17.7.15  
 Philosophi ad gerendam rempub. inutiles 17.7.16  
 Philosophi sunt necessarii pro complemento reipub. 17.6.1  
 Philosophi cathedratici qui 17.2.13  
 Philosophi ex professo Athei 17.7.17  
 Philosophorum antiquorum vitia & superbia 17.7.2  
 Philosophis innovatoribus in republica prospiciendum nam solent plura innovare & turbare 17.7.18  
 Philosophiae discendae quae artes necessariae 17.6.5  
 Philosophiae Mosaicae diuisio 17.6.6  
 Philosophiae professores debent dissolvere argumenta philosophica contra fidem 17.7.19  
 Philosophiae & literarum cognitionem cur prohibuit Iulianus Christianis 15.1.26  
 Philosophiam iuuenibus dicere conducit at excedentibus eam aetatem probrum quare 17.7.20  
 Philosophiam audituri apud Indos prius per Physognomos probabantur 17.6.4  
 Phocas imperator ob auaritiam necatus 22.12.1  
 Phocionis oratio qualis 17.2.8  
 Physicus quomodo contineat medicum 17.8.1  
 Physiognomia fallax 15.1.21  
 Pictura num utilis reipublicae 15.1.9  
 Pisanae reipublicae mutatio 21.2.14  
 Pisistrati eloquentia qua sibi regnum comparauit 17.2.9  
 Pisistratidis tyrannus ob luxuriam adempta 22.3.6  
 Plagiarij librorum, qui aliena scripta sibi adscripserint 16.8.7  
 Planetarum ordo quisque sit terrae proximior disputatur inter Astrologos 21.9.6  
 Plato magno pretio Philolai & Sophronis libros emit 16.10.2  
 Platonis & aliorum praestantissimorum scriptorum nota 16.8.3  
 Platonis vitia 17.7.3 & 10  
 Plautianus maxima dignitate a Severo honoratus vsurpare sibi imperium tentauit 22.9.5  
 Plebs facile specie laeri & libertatis decipitur 22.1.6  
 Plebei

I N D E X.

Plebei non excludendi a consiliis principum quare 24.6.13  
 Pliniusatheos 17.7.5  
 Poena non est remittenda coniurantibus quare 22.11.9  
 Poena non docere literas bonis filiis 17.12.6  
 Poenae delinquentium in rempublicam in liberos & amicos extesa 26.7.5 & 9  
 Poesis grauitati philosophiae non conuenit 17.5.3  
 Poesis vituperatio 17.5.3  
 Poetae familiares principum 17.5.4  
 Poetae obsceni qui non legendi 16.8.9  
 Poetae num in republica recipiendi sunt diuersae sententiae 17.5.1 & ibi rationes prohibentium  
 Poetarum interpretes necessarii ad poetas corrigendos 17.5.5  
 Poetarum interpretes Grammatici atheni 17.1.1  
 Poetarum vsus apud Gallos 17.5.5  
 Poetas Plato a sua republica expulit 17.5.3  
 Poetas recipiendos in repub. 17.5.4  
 Policratis prospera in vita fortuna, mortem inuexit turpissimam 21.4.7  
 Politica ars reliquas complectitur & finis omnium 18.1.4  
 Polonici regni interceptio & restitutio 20.1.24  
 Pontificatus Hierosolymitani contentio inter fratres statum reipub. peruenit 23.3.4  
 Populus subditus non possunt iudicare de peccatis regis sui 26.5.24  
 Populus motibus subitus turbatur & temere sequitur persuasiones 23.3.10  
 Populus abutitur facile principis indulgentia ideo non ex arbitrio eius regendus 22.8.12  
 Populus Domanus arte ferocis aequi 22.8.5  
 Populus nimiam tribuens potestatem magistratibus seipsum priuat potestate 22.2.4  
 Populus oppressus, ab vna se liberans tyrannide, in aliam peiorem se temere conicit 22.8.6  
 Populus se vindicans in subiectionem incidit 22.1.4  
 Populus natura incertus mouetur consiliariis vt mare ventis 22.8.13  
 Populi nimia indulgentia conuertit statum democratiae in plebeium 22.2.6  
 Populi deceptiones a dolosis cum tempore 21.1.5  
 Populi magna inconstantia 22.2.8  
 Populi moribus quantum & quandiu se princeps vel rector accommodare debeat 22.8.7  
 Populi nimia libertas a principe repri-menda 22.8.11  
 Populi obduratur cor cum Deus vult eum perdere vt non velint declinare quod habent ante oculos interitum 21.3.32  
 Populi voluntas non est sequenda in omnibus a rectore 22.8.11  
 Populi infideles & non fortes ex illicitis concubitis nati 14.1.7  
 Populi natura inconstans & ingrata in suos beneficos & bonos rectores 26.3.8  
 Populo tributa a Romulo 24.4  
 a Populo amari tritum est principi 22.8.4  
 Popularis status seu respublica vnde recipit mutationem 22.2.1  
 Populares non afficiendi iniuriis a principe, & ad honores admittendi 22.8.9  
 Populares homines verbo quidem sunt, sed sibi eo modo principatum quaerunt & turbant rempub. 17.2.17  
 Potentia nimia subditis concessa eos ambigiosos ad occupandum principatum, inducit 22.9.1  
 Potestas malorum principum etiam a Deo est 19.1.10 & 11  
 Potestas magna vni soli non est a republica vel principe concedenda, vel non diu 22.10.1  
 Potestas abutentibus adimenda antequam maius moliat 22.10.6  
 Praesumptio pessima 23.3.3  
 Praecautio ne contingat seditio, praestantior omnibus remediis contra ortas adductis 23.9.2  
 Praecepta tria totius iuris honeste vincere alterum non laedere suum cuique tribuere sunt pro discernendis bonis consiliis 24.8.10  
 Praeceptor Aristaeas post mortem visus in Sicilia docere literas 18.3.3  
 Praeceptor in moribus naturalibus vitiosus puerorum emendandis multum laborat, & saepe nihil proficit, & exenipla 15.1.16  
 Praeceptores iuuentutis quibus similes sint vt agricolis medicis, &c. 18.2.11  
 Praeceptores qui fuerunt honorati a discipulis suis principibus, 18.3.5 & ibi multa adferuntur pulcherrima exempla & seq.  
 Praeceptores vt speculum sine macula, quare eligi debeant 18.2.9  
 Praeceptores eligendi, quia discipuli solent illorum mores retinere 18.2.1

INDEX.

Præceptores principum dicti sunt præceptores deorum 18.3.4  
 Præceptores morum alij dati iuuenibus alij disciplinae; quandoque vnus omnibus sufficiebat 15.1.22  
 Præceptores nutriti principum & rectores, alij disciplinarum 15.1.22  
 Præceptores & doctores cur in republica honorandi 18.3.2  
 Præceptores publici pro vtilitate reipub. 15.1.25  
 Præceptores à quibus eligi debeant 18.2.13. & seq.  
 Præceptorum in reformandis moribus maxima vis 15.1.19  
 Præceptorum de puerorum moribus conseruandis & pudice habendis, 15.1.15  
 Præceptoribus bonis tria requiri, 18.2.3. & secundum Quintilianum alia quinque, eod.  
 Præceptoribus vnde & quanta præbenda stipendia 18.4.1  
 Prædicare verbum Dei nisi probatus ab ecclesiasticis nemo debet 18.2.14  
 Prægnans anima quomodo dicatur, quomodo iuuanda 15.1.2  
 Prægnantium quæ debeat esse cura in republica 14.1.11  
 Princeps sibi cauere debet à populo & aliis 22.1.11  
 Princeps quando sine consilio, & cum consilio res gerere debeat 24.7.3  
 Princeps monarcha, quomodo suo arbitrio sine consilio possit ardua negotia expedire 24.7.1  
 Princeps vt consilia sibi data iudicare tutius possit debet notionem gestorum in sua ditione habere 24.8.2  
 Princeps quare & quandiu populi moribus accommodare se debeat 22.8.7  
 Princeps secularis ecclesiasticæ academix vel scholæ potest concedere priuilegia 18.7.6  
 Princeps vt bene imperet debet habere notitiã artis gubernandi & negotiorum 24.8.7  
 Princeps, per tria sola præcepta honeste viuere alterum non lædere, suum cuique tribuere vniuersa consilia probare debet. 24.8.10  
 Princeps magnificus quis dicatur 22.13.7  
 Princeps inuiolabilis inter subditos 26.7.14  
 Princeps affidens suo consilio redditur sapientior instructiorque de rebus & personis sui principatus 24.3.5  
 Princeps nouus cur consiliarios præde-

cessoris sui debeat retinere 24.6.15 & quales debeat reicere, eod.  
 Princeps malus habens consilium bonum, vtilior reipublicæ principe bono habente malum consilium 24.1.1  
 Princeps non debet temere credere delationibus contra amicos & quare 22.11.12. ibique exempla  
 Princeps, non nisi cum maxima causa, debet reprobare iudicia eorum qui sua autoritate iudicant 24.8.5  
 Princeps legitimus, tyrannicè imperans an possit à quolibet vt tyrannus verus opprimi 26.7.7  
 Princeps consilia detegi timens, debet ea audire sed non suam sententiam dicere & concludere 24.6.8  
 Princeps quare erga malos & bonos debeat esse beneficus 22.13.1  
 Princeps consulendo publico, debet quatum fieri poterit cauere à damno priuatorum 24.8.11  
 Princeps vt securè regnet debet habere amorem populi 22.8.4  
 Princeps non debet accipere de bonis populi, nec hæreditates eius ex lege Dei 22.12.3  
 Princeps ex consilio quas vtilitates capiat. 24.3.2. & 3  
 Princeps habens supremam potestatem extra peccatum fidei, à quo debet iudicari vt deponi possit 26.5.24  
 Principis donum, quare plurimi fiat etiam si exiguum sit, ab ipsis accipientibus 22.13.3  
 Principis virtutes 24.1.1  
 Principis boni & tyranni differentia 24.8.12  
 Principis mortem lugere ex lege coacti 26.6.4  
 Principis salus & vita debet esse charior subditis, ipsa propria 26.6.3  
 Principis mali signum contemnere relictum & bonum consilium 24.3.6  
 Principis odium minatur reipublicæ ruinam 22.8.1  
 Principis patientia quæ in audiendis consiliis & prudentia in celanda propria ad tempus sententia 24.8.1  
 Principis morte interdum principatus status subsistit, interdum mutatur 26.6.1  
 Principi non maledicendum 26.2.14  
 Principi etiam vitioso fides seruanda 7.5.10  
 Principes malos quare permittat Deus prosperare 21.4.7  
 Principes quidam in acquirendo strenui, in conseruando negligentes 26.5.18

Principes

INDEX

Principes mali quare permittuntur à Deo regnare, 19.1.10. ad vindicanda delicta & 11. ad probationem bonorum, eodem 11.  
 Principes necessario quare consulendi in ædificandis academiis & collegiis 18.2.19  
 Principes male audiunt vtendo malis consiliariis & aulicis 24.6.12  
 Principes qui bene regnarunt consilio vsi sunt, alij reiecerunt 24.4.3  
 Principes sublati ab illis quibus nimiam concesserunt potentiam & auctoritatem 22.9.1  
 Principes etiam mali ferendi 26.7.16  
 Principes mali dantur malo populo vt tortores, & boni adimuntur 22.14.4  
 Principes non omnes sunt ideo approbati, quod sunt vocati, à Deo, per exempla 21.3.30  
 Principes non debent cogere subditos nubere vel ducere vxores, quos quas velint 14.1.10  
 Principes quomodo prospiciant, ne qui potestatem à se habent moliantur infidias ad occupandum principatum 22.10.1  
 Principes qui honorarunt suos præceptores 18.3.5  
 Principes quomodo vt pastores regere debeant populum 22.8.12  
 Principum aures & oculi qui dicantur 24.8.3  
 Principum familiarum mutationibus & interitu iobnoxix ex voluntate Dei 21.12.11  
 Principum luxus & prodigalitas quomodo causent mutationem reipublicæ aut interitum 22.4.1  
 Principum quorundam hodiernorum inanes promissiones & technæ in eludendis promissis & debitis 22.13.9  
 Principum interest eligere loca scholarum quæ coniuurationibus minus sint obnoxia 18.6.3  
 Principum olim priuata vita frugalis & non superflua deposito factu 22.5.3  
 Principum liberalitas facit sibi amicos 22.13.4  
 Principibus qui non possunt administrare dandus est coadiutor 26.5.2  
 Principibus quæ ad victum sint conuenientia & quæ vitanda 22.5.2  
 Principibus insolentia & superbia quare assine vitium 22.6.6  
 Principatus non sunt sine odio & metu 26.3.1

Principatus successor à Deo destinatus tolli non potest ab imperante & exempla 21.3.5  
 Principatus non temere sed deliberare subeundus 26.3.4  
 Principatus & reipublicæ dantur & tolluntur & conseruantur à Deo sententia Platonis & aliorum 21.3.4  
 Principatus Deus affligit aliquando, vt fortiores postea reddat 21.4.10  
 Principatus qui generaliter parum durant parui & magni, quare 20.1.21  
 Principatus debitus etiam infantibus principum ex lege Francorum & aliorum 26.5.5  
 Principatus repudiari metu ne possent recte regere 26.2.1  
 Principatus quia non eodem tempore nascuntur nec decidunt, non censentur subiici constellationibus 21.9.15  
 Principatus ademptio translata in filios ob pœnitentiam principis 21.10.4  
 Principatus conseruandi præcepta Octauij morientis 22.10.1  
 Principatus quidam initio boni postea facti mali: & contra ex malis boni 10.1.10  
 Principatu quibus modis quis priuetur 26.1.1. & seq.  
 Principatu, num inutilis gubernationi priuari debeat pro affirmatiua sententia rationes 26.5.1  
 Principatum renunciare quis potest libere 26.3.10  
 Principatum relinquere quæ rationes suadeant 26.3.2  
 Principatum Angelo i. lucifero, & homini, ademit superbia 22.6.1  
 Principatum retinere quæ rationes suadeant 26.3.3  
 Principatum acquirendi qui legitimi modi 26.7.1  
 Principatum & potestatem quidam sponte deposuerunt 26.1.2  
 Principatum translatio non est facienda exemplo eorum qui ante illegitimè occuparunt 26.5.10  
 Principatum causa Dei lex, & necessitas societatis humanæ 19.1.1  
 Principatum & rerum publicarum variationes Deus solet antè reuelare, & quomodo & quare 21.3.37  
 Priscilianorum hæresis 21.7.25  
 Priuata vitæ maior quam publicæ tranquillitas 26.2.3  
 Priuilegia scholæ ecclesiasticæ princeps

I N D E X.

- potest secularis dare 18.7.6  
**P**riuilegia multa academiarum de quibus plures tractarunt 18.7.5  
**P**riuilegia concessa academiis & personis ad utilitatem publicam concessa 18.7.1  
**P**riuilegia quaedam scholasticorum & doctorum enumerantur, 18.7.7. & sequentibus  
**P**riuilegia academiarum porriguntur tantum ad scientias ibi legendas non alias 18.1.7  
**P**riuilegia quomodo amittantur vel non in perpetuum concessa 26.5.10  
**P**riuilegiorum academiarum rationes 18. per totum cap. 7.  
**P**riuilegiis non gaudent scholasticorum qui alibi quam in loco priuilegiato student 18.6.10  
**P**riuilegiati supernumerarij non sunt in repub. adiungendi aut raro 18.2.20 pro negatiua alia, eod. num. 2.  
**P**roclis & Euristhenis, pro regno Lacedæmoniorum discordia in posteros transfusa 25.1.19  
**P**rocuratores regij speculatores & delatores 24.8.3  
**P**rodigalitas imperantium causa mutationis administrationis paucorum quomodo 22.1.9  
**P**rodigum vt differt à liberali 22.13.6  
**P**rodigi qui 22.4.7  
**P**rodigium nouum cornuum enatorum Gennatio quid præflagirent 26.1.13  
**P**rodigium quid 21.9.29  
**P**rodigiorum mala reipublicæ significantium auersiones per religionis actus & supplicationes etiam apud Etruscos, 21.10.5. & ibi exempla.  
**P**roditio sub specie odij inimicorum 22.11.6  
**P**roditio suorum, displicuit etiam hostibus Romanis 24.8.9  
**P**roditiones patriæ ex intelligentia linguarum peregrinarum 15.3.7  
**P**roditor Aristocrates lapidatus 22.7.3  
**P**roditorum detectorum quomodo dissimulandum & puniendum scelus 22.10.3. & seq.  
**P**rofessores per viginti annos literarum comitiarum honore donantur 18.3.9  
**P**rofessores linguarum introducti quare & quando 15.4.4  
**P**rofessoribus Grammaticæ & artium liberalium immunitates datæ & vacatio ab hospitibus 17.1.6  
**P**rofessoribus doctis statuar publicæ datæ 18.3.6  
**P**rofessoribus quomodo & quando sint soluenda salaria 18.4.2  
**P**romnesus rex virgines omnes ante nubium cognoscens pulsus 22.3.1  
**P**rofectio suscepta subditorum alterius gradus est ad usurpandam illorum subiectionem 23.3.9  
**P**rouidentiam Dei negasse videtur Cicero 21.8.5  
**P**rouinciæ homines cur à Deo puniti 14.1.7  
**P**rusias rex Eychiniæ filium occidere volens ab eo necatus 22.7.7  
**P**ublica utilitas quando præferenda est utilitati & læsioni priuati 24.8.11  
**P**udicitia puerorum conseruanda per præceptores & quomodo 15.1.15  
**P**uellæ seu virgines institui debent pro more honesto regionem 15.2.1  
**P**uellæ liberalibus disciplinis institutæ antiquitus 15.2.3  
**P**ueri & infantes ante tempus miraculose locuti 15.5.6  
**P**uerorum de quibus institutio & educatio faciendæ sit in annis primis 15.1.3  
**P**uerorum educandorum & instituendorum fines scopus, publicus & priuatus 15.1.10  
**P**uerorum ingenia quomodo probaretur Cathei Indi 15.1.16  
**P**uerorum modestiæ & castitati lex gymnasijs Græcorum 15.1.15  
**P**ueris quæ conueniant disciplinæ vel artes docendæ 15.1.24  
**P**ueris quæ conueniant in moribus formandis 15.1.23  
**P**ugillares vbi scriptum diuersi generis 16.3.4  
**P**uncta pro vocalibus Hebræorum quando 16.1.4  
**P**ythacus Mytilenæus cur deposuerit potestatem 26.2.1  
**P**ythacus Mytilenæus, potestatem summam sponte deposuit 26.1.7  
**P**ythagoræ impostura 17.7.4  
**P**ythagoricorum silentium 17.4.4  
**P**yrrii fatum præuisum inuitabile 21.3.25  
**P**ython defectionem cogitans quomodo ab Antigono rege præuentus 22.10.3  
**Q** Cincinnatus dictator, potestatem negotio exequro peposuit sponte ante tempus 26.1.7  
**R**  
**R**atio in homine est per quam ipse sibi & aliis dominari potest 19.1.3  
**R**atio

I N D E X.

- Ratio homini propria & ideo rationalis ars logica necessaria 17.3.3  
**R**ebellant maximè in principem subditi, cum ipsi principes per peccatum rebellant principi Deo 21.4.5  
**R**ebellio in regem & schisma quantum sit abominabilis coram Deo 23.3.11  
**R**ector datus atate paruis, & furiosis ab Augusto 18.2.7  
**R**ectoris vniuersitatis in iudicio priuilegium 18.10.2  
**R**ectoris studij iurisdicchio inter scholasticos & alios de quacumque causa ciuili 18.7.11  
**R**egia lex potestatem populi in regem transferens 24.7.1  
**R**egiarum potestatis concessæ aliarum causarum 19.1.13  
**R**eginarum olim ipsæ seruis pinsebant farinam & panes coquebant 21.3.26  
**R**egnum repudiavit & monachus factus Carolomanus Pipini filius 26.1.8  
**R**egnum repudiavit, quam bonum consiliarium non reliquerit Lescus 24.3.6  
**R**egnum delatum Gothorum Vraia viuentis patris capto recusauit 26.1.10  
**R**egnum & respublica in se diuisa, destructioni patet 23.3.4  
**R**egnum delatum ex successione primogenito etiam non compoti mentis 26.5.22  
**R**egnum deberi etiam infantibus & mente captis probatur lege exemplo iudicio oraculi, & Romanorum 26.5.22  
**R**egnum ambientes quomodo puniti à Romanis 22.11.20  
**R**egnum diuisum desolabitur, quia minoris virtutis ad resistendum 25.1.2  
**R**egnum nepoti posthuimo Lycurgus restituit 26.1.11  
**R**egnum Francorum in tres partes diuisum sub Ludouico Pio 25.1.15  
**R**egnum recusantes quod filiis mortuorum debebatur 26.5.21  
**R**egnum Siculorum recusauit Timoleon 26.1.3  
**R**egnum eloquentia sibi parauit Pistratus 17.2.9  
**R**egum depositiones per summum Pontificem quando coeperint 26.5.12  
**R**egnum Parthycum Cinnanus electus regi Artabano restituit 26.1.12  
**R**egni & imperij administrandi difficultates quaedam 26.3.2  
**R**egni Iuda signa venturi & perituri 21.3.21  
**R**egni orbis seu Canni perditio prædicta à Deo 21.3.33  
**R**egni Arguorum initium & duratio 20.1.18  
**R**egni Israelis diuisio per Ieroboanum causa multorum bellorum 25.1.4  
**R**egni Carthagenensis initium & finis 20.1.17  
**R**egni Niceni origo & duratio 20.1.15  
**R**egni Tartarici origo mira 19.1.16  
**R**egni Iudaici ruinæ prædictio 21.3.39  
**R**egni magna sunt onera quæ sapientes abhorrebant & ita noluerunt principatus 26.2.2  
**R**egni Francorum lex de successione infantium 26.5.5  
**R**egni Atheniensium initium & duratio 20.1.6  
**R**egno pulsi ob luxuriam 22.3.1  
**R**egno deiectione ab ambitiosis, prætextu ignauiæ Cælestinus Sardanapalus, Childericus, & alij 26.4.8  
**R**egno priuans vel principatu aliquem indignum, an possit priuare, eos qui post illum ex lege principatus vocantur 26.5.23  
**R**egna & imperia obnoxia mutationibus & fortunæ & homines 20.1.17  
**R**egna quæ defecerunt ob crudelitatem regum 22.7.11  
**R**egna orta vel extincta ceterisimo quoquo anno notantur ab initio mundi 21.5.2  
**R**egna interrenitia maiorem principatum non maiorem plerunque subeunt 21.1.2  
**R**egna in prouincias redacta, postea restituta & subuersa 21.2.5  
**R**egna orta ex latrocinijs & expyratice arte 19.1.14  
**R**egna translata occasione sumpta à delitijs regum 22.4.2  
**R**egnum seu monarchiarum quatuor fatum prædictum per Danielē 21.3.34  
**R**egnum translatio, ob impietatem & iniustitias 22.14.12  
**R**egnum speculum Sol 21.7.5  
**R**egnum Corinthi Lacedæmoniorum Romanorum origo 20.1.14  
**R**eligionis contemptus, inducit contemptum principis & deicit statum reipub. 22.14.1  
**R**eligionis contemptus quot mala reipublicæ inferat 15.1.14  
**R**eligionis & mandatorum Dei obseruatio disponit subditos ad obseruandum legibus humanis principum 15.1.13  
**R**eligionis leges conseruatae reipublicæ fundamentum 23.9.4

I N D E X.

- Religionis libri, religionem nutriunt alioquin sublatis libris religio perit 17.10.3  
 Religionis mutatio vel innouatio habet subuersionem reipublicæ 17.10.7  
 Remedia contra superbiam & innouationem philosophorum 17.7.18  
 Renunciatio iuris eligendi Summum Pontificem per reges Franciæ qualis 26.5.10  
 Renunciatio principatus fieri potest & quomodo & in manibus cuius facienda 26.3.10  
 Reprehendere alios facilius quam melius agere 16.8.1  
 Reprehensiones variæ etiam præstantissimorum scriptorum 16.8.3  
 Respublica vt corpus humanum habet sua symptomata & crises in morbis 23.9.10  
 Respublica mutata ex seditione orta ex causa amaroria, 23.2.4. & causa nuptiarum, num. 3.  
 Respublica popularis mutatur & perit ex ambitione gubernantium 22.1.5  
 Respublica patitur morbos incrementa & decrementa, vt corpus humanum 21.2.1  
 Respublica paucorum quomodo mutetur 22.1.4  
 Respublica à paucorum administratione quomodo ad democratiam vel plurius transeat potentiam 22.1.5  
 Respublica proxima interitui vbi consilia virorum prudentium reiiciantur 24.3.6  
 Respublica hominibus est composita ideo tot mutationibus & interitui, quibus homines subiicitur 21.3.1  
 Reipublicæ administratores obnoxij rationibus reddendis pecuniarum exactarum 22.12.4  
 Reipublicæ neglecta administratio minatur eius interitum 22.1.1  
 Reipublicæ mutatio quomodo fiat ratione belli 22.1.7.  
 Ratione pacis 22.1.8  
 Reipub. rectores in perturbationibus eius, non debent statim desperare sed diligenter ad conseruationem animam intendere 21.1.9  
 Reipublicæ perturbationes & seditiones in republica senescente maximè oriuntur & omnino non sunt curabiles 21.1.8  
 Reipublicæ negotiis non omnibus & nisi cum consilio loquendum 24.6.6  
 Reipublicam gerere re ipsa, & verbo de illa disputare maximè differuat 17.2.16  
 Respublicæ mutatae ob luxuriam principum 22.3.1  
 Rerum publicarum gubernandi ars, est bonum consilium 24.1.1  
 Rerum publicarum sunt naturales mutationes 22.1.1  
 Rerum publicarum mutatarum & sublatarum, causarum epitome 21.3.3  
 Rerum publicarum subuersio ob transgressionem mandatorum Dei 22.14.3  
 Rerum successus mutant respublicas in aliam formam 22.2.5  
 Rex Galliæ & Francorum imperatorius habuit disponendi & ordinandi sedem apostolicam 26.5.9  
 Rex habens supremam potestatem extra crimen fidei, à quo debeat iudicari vel deponi 26.5.24  
 Rex Adratorum, habebat sexcentos electos, qui secum viuebant regnabant & commoriebantur 26.6.2  
 Rex Medorum quare se videndum omnibus non præberet 22.11.1  
 Rex Samo factus ex mercatore ab Sclauis 22.3.11  
 Rex primus Deus, qui & homini in alia dedit imperium 19.1.6  
 Rex Galliæ à quo tempore stipatus militibus incedat 19.1.22  
 Rex Galliæ non subiicitur statibus regni aut comitiis, & quare 24.5.3  
 Rex primus in orbe Adam 20.1.1  
 Regis & principis imago 26.2.1  
 Regis Gygis homicidium de Candale rege, vindicatum in posteris 21.3.19  
 Rege Alexandro mortuo, duces prouinciarum se reges dixerunt 19.1.26  
 Reges priuati regno à Summis Pontificibus 26.4.12  
 Reges plures quamuis infantes regnarunt & quamuis mente capti 26.5.5  
 Reges primi qui natis ex se, vel ex suis imperarent vel electi in locum eorum 19.1.8  
 Reges & principes artibus liberalibus vacabant 17.12.1  
 Reges cur tot numero primis senilis fuisse dicantur 19.1.9  
 Reges in temporalibus non subiiciuntur eodem modo Papæ ac imperator 26.5.7  
 Reges electi etiam propter necessitate defensores à populo 19.1.15. & seq.  
 Regum suorum interfectores Gothi & Angli 26.7.17  
 Regum

I N D E X.

- Regum filij minores & in vtero legitimi habiti principes non obstante minori ætate 26.5.3  
 Regum superborum humiliatio magna à Deo illata 22.6.3  
 Regum Arabum morbi à subditis imitabantur 26.6.3  
 Regum & pastorum similitudo 22.13.5  
 Regibus etiam peccatoribus maximis obediendum 26.5.25  
 Regibus rebellantes & schisma mouentes quam acri poena à Deo puniti 23.3.11  
 Regibus Galliæ captis, amentibus vel minoribus comitorum consilio electi gubernatores 24.5.1  
 Reuelationes & prædictiones perituro-rum regnorum plures 21.3.38  
 Rhetores maledici tandem à populo interempti 23.8.2  
 Rhetores & concionatores similes ventis, tubis, tympanis 23.8.1  
 Rhetores Romæ exosi & Roma pulsi 17.2.7  
 Rhetorum linguæ maledicæ vt sunt puniendæ 23.8.2  
 Rhetorica quæ ars 17.2.1  
 Rhetorica & Dialectica in quibus differant & conueniant 17.3.11  
 Rhetorica in quo differat à Dialectica 17.3.1  
 Rhodiensium monarchia quomodo in aristocratiam mutata 22.3.13  
 Rifaces equivo quomodo decepit Dariam 22.11.6  
 Roboam decem tribus regno amittit ob non releuata tributa 22.12.1  
 Roma quando cessa Summis Pontificibus 25.1.8  
 Roma noua Constantinopolis, dicta 25.1.7  
 Romani publico viatico sex iuuenes in Ethruriam quotannis ad discendam religionem mittebant 15.1.14  
 Romanus 3. volens succifforem occidere non potuit 21.3.8  
 Romani imperij fines Ctesiphum quæ transire non posse dicebant in fati esse 21.3.24  
 Romani imperij initia progressus & finis 20.1.20  
 Romani imperij ruina prædicta dum Balbus imperaret & quando acciderit 21.3.13  
 Romani imperij mutationes crebræ 21.2.2. & 12  
 Romani mandantur vno die à Mithriate iugulari 16.2.5  
 Romanum Occidentale imperium oblatum ab Anastasio imperatore Orientis Clodoueo regi Francorum 25.1.9  
 Romanum imperium diuisum & delitatum 25.1.7  
 Romanæ democratiæ perituræ præcedens prodigium 21.31.42  
 Romanæ ciuitatis nomen quare occultatum est 21.3.45  
 Romanorum respublica ob luxuriam mutata 22.2.1  
 Romanis fatale Ancyle de caelo lapsum 21.3.23  
 S  
 Sabacci regis Ægypti iustitia qui cedere malint regno quam sacerdotes necare 26.1.16  
 Sacerdotis Summi pectorale, & Vrim & Thumim in eo quid 17.3.5  
 Sacerdotes soli apud quos annales componerent 16.9.4  
 Sacerdotes confessi sibi peccata filere debent omnino 17.4.8  
 Sacerdotes necare Ægypti noluit Sabaccus rex sed maluit potius regno se abdicare 26.1.16  
 Sacra scripturæ non sunt profanandæ aut lenociniis verborum ornandæ impunè 17.2.14  
 Salaria quæ quanta & vnde olim professoribus publicis literarum & scientiarum soluta 18.4.1  
 Salomom quot libros & de quibus scripserit 16.5.4  
 Salomon voluit Ieroboam regni in decem tribubus futurum succifforem occidere, sed non potuit 21.3.5  
 Salustius à quibus reprehensus, 16.8.3. & 8  
 Samo mercator Francus Sclauorum rex cur creatus 22.3.11  
 Samuel num vere ipse apparuerit Sauli post mortem 15.5.8  
 Sancij regis cessio quare facta fratri 26.5.13  
 Sanctius rex Hispaniæ vt inutilis, fratri regnum coactus cedere 26.4.7  
 Sancedrin senatus Iudæorum 24.4.11  
 Sanguinis riuus apparentes 21.6.22  
 Sanson vim fortitudinis habebat in capillis 21.3.16  
 Sapientes qui dicerentur antiquis 17.6.1  
 Saturnus voluit fatum vitare ne pellere-tur regno à filio, filios occidendo, sed non potuit 21.3.5  
 Saryricorum poetarum rabies & detestatio 17.5.2  
 Saul voluit Dauidem quem sibi succif-

I N D E X.

furum in regno putabat occidere sed non potuit	21.3.5	18.6.1
Schismatis in regno spiritali & seculari quam abominabilis sit discessio à principe legitimo	23.3.11	18.6.1
Schola Edessena suppressa propter hæresim Nestorij	18.9.12	18.6.1
Scholæ sine principis autoritate cur constitui nequeant	18.2.19	18.6.1
Scholæ Perfarum in quo loco ædificatæ	18.6.12	18.6.1
Scholæ seu academiæ quædam habent secularia & spiritalia priuilegia & ferre omnes egent vtroque principe	18.5.5	18.6.1
Scholæ publicæ apud Persas erant	18.2.5	18.6.1
Scholæ publicæ & publici præceptores iuuentutis Lacedæmoniorum	18.2.6	18.6.1
Scholæ Turcicæ vnde sumant stipendia & dotationes	18.4.3	18.6.1
Scholæ publicæ omnibus patere debent	18.8.1.	18.6.1
Scholæ doctrinæ & linguarum à gubernatoribus rerum publicarum quare erectæ & dotatæ	15.1.25	18.6.1
Scholæ iurisprudentiæ ad vtilitatem reipublicæ erectæ sunt, vt promptuaria virorum necessarium reipubl.	17.11.5	18.6.1
Scholæ publicæ esse debent vt doctrina publice probetur	18.6.11	18.6.1
Scholæ aperiendæ, claudendæ, & admittendi cum pueris alios, lex	15.1.15	18.6.1
Scholæ ædificandæ in loco quieto vbi nullus tumultus	18.6.12	18.6.1
Scholæ debent esse in loco publico, & ibi publice legendum & conueniendum non priuatim	18.6.4	18.6.1
Scholæ Theologicæ ne inficiantur erroribus cauendum, aut tollendæ	17.10.6	18.6.1
Scholarum loci electio certa fuit necessaria ad vitandam vagationem	18.6.10	18.6.1
Scholarum electio loci, ad principem pertinet vt elegat cõiurationibus minus obnoxia	18.6.3	18.6.1
Scholarum loca electa mutari possunt ob pestem & hæresim loci	18.6.10	18.6.1
Scholarum introductio à principibus petenda gubernatio doctoribus relinquenda	18.2.13	18.6.1
Scholarum ædificij priuilegia	18.6.12	18.6.1
Scholarum professores & doctores donati magistratibus, sacerdotiis, honoribus	18.3.5. & 7	18.6.1
Scholis ædificandis qualis locus eligendus		18.6.1
Scholas claudere bonarum artium, Iulianus iussit Christianis claudere quare	17.12.3	18.6.1
Scholastici & doctes multis laboribus præmuntur	18.7.4	18.6.1
Scholastici studentes in priuilegiatis academiis percipiunt fructus beneficiorum in absentia	18.7.8	18.6.1
Scholastici recepti in singularem protectionem à principe & res & nuncij eorum etiam belli tempore	18.7.13	18.6.1
Scholastici qui non gaudent priuilegiis vniuersitatis	18.7.16	18.6.1
Scholastici quare priuilegiis donati	18.7.3	18.6.1
Scholasticorum ingenia aliquando relaxanda	18.4.5	18.6.1
Scholasticorum iudicum sententiæ à quibus executioni demandari possunt	18.10.4	18.6.1
Scholasticorum capacitas docentibus inspicienda	18.8.4	18.6.1
Scholasticorum in academia existentium leges vetuerunt oscitent ridere &c.	18.8.3	18.6.1
Scholasticorum tempora studij ad suscipiendos gradus requisita	18.9.3	18.6.1
Scholasticorum iudices	18.10.2	18.6.1
Scholasticorum iudices qui sunt	18.7.9	18.6.1
Scientia præstâtissima & necessaria homini & in republica, seipsum cognoscere quis sit & ad quid factus sit	15.1.11	18.6.1
Scientia non singulis necessaria, corpori tamen reipublicæ est	17.12.5	18.6.1
Scientiæ persuasio decipit multos	17.7.1	18.6.1
Sclauorum regni initium	19.1.24	18.6.1
Sclauorum rebellio aduersus Hunnos ob eorum adulteria	22.3.11	18.6.1
Scribarum in republica necessitas & de eorum fide ibidem	16.9.1	18.6.1
Scribere in disco Lunæ quid	16.3.11	18.6.1
Scribere & legere conducit omni vitæ instituto	15.1.6	18.6.1
Scribere in aqua & vento quid, & num possit ibi scribi & quando scriptum & ad quid inuenitur	16.3.21	18.6.1
Scribendi vt loquendi modus mutatur cum tempore	16.1.5	18.6.1
Scribendi origo	16.1.3	18.6.1
Scriptoris manus reperta diu post sepulturam viuida	16.9.3	18.6.1
Scriptum in terra & in cinere	16.3.19	18.6.1
Scriptum calamo graphio	16.3.5	18.6.1

I N D E X.

Scriptum olim in libris foliis plumbo papyro, &c.	16.3.1	20.1.17
Scriptum in membranis & coriis	16.3.7	20.1.17
Scriptura per immutationem literarum occulta	16.4.7	20.1.17
Scriptura in frontibus saluandorum	16.3.18	20.1.17
Scriptura Tacographia per signa & notas	16.1.6	20.1.17
Scripturæ abbreviationes in scripturis legum prohibita	16.1.6	20.1.17
Scripturæ mirabiles quarum nec attracti nec chartæ ratio vix dari ab homine potest, 16.3. per totum num. 18.	16.4.8	20.1.17
Scytale Laconica	16.4.8	20.1.17
Scytarum regni initium & duratio	20.1.19	20.1.17
Secretariorum fides in republica principibus quæ necessaria: & proditio eorum	16.9.7	20.1.17
Secreti debent esse consolarij reipublicæ	24.6.6	20.1.17
Secretorum commissorum delectores, quomodo puniantur	24.6.7	20.1.17
Seclæ philosophorum plures	17.7.14	20.1.17
Seclæ medicorum tres	17.8.4	20.1.17
Seculorum singula quandam adferunt in republica variationem	21.5.2	20.1.17
Seditio Constantinopolitana vbi interierunt quadraginta millia hominum	23.3.3	20.1.17
Seditio & bellum quomodo differant	23.1.1. & quid illa & hoc, & quomodo à civili bello differant, eod.	20.1.17
Seditio ob nuptias negatas	23.5.4	20.1.17
Seditio orta, mutans statum reipublicæ ex causa nuptiarum	23.2.2	20.1.17
Seditio subuertens rempublicam ex causa amatoria orta	23.2.1	20.1.17
Seditio ob æs alienum, caritatem anno-	23.5.3	20.1.17
Seditio perdidit statum reipub. Mediolanensis	23.3.7	20.1.17
Seditionis vna causa metus de reddendis rationibus indebitè occupatis reipublicæ	22.12.4	20.1.17
Seditiones præcauere melius quam illis mederi	23.9.2	20.1.17
Respublica nulla est quæ non alat inuidiam & contentionem	23.9.2	20.1.17
Seditiones ex duabus generaliter causis vt morbi in corpore ex inanitione & repletionem nimia	23.1.2	20.1.17
Seditiones militares & populi sæpe compefcuit, hostis aduentatis siue vere, siue fictis aduentus	23.7.3	20.1.17
Seditiones inditia futuri regnorum in-		20.1.17
teritus		20.1.17
Seditiones ex consortio peregrinorum admissorum	23.6.1	20.1.17
Seditiones etiam tempore quietis præcauendæ ne accidant	23.9.2	20.1.17
Seditiones plures in Græcia excitatæ per eloquentiam Periclis, 17.2.9. & a libi per alios eloquentes eodem		20.1.17
Seditiones dum oriuntur comprimendæ, quia & facilius tunc tolluntur	23.9.10	20.1.17
Tempestatum futurarum signa & cautiones	23.9.10	20.1.17
Seditiones interdum non intentione subuertendi rempub. sed aliunde excitantur	23.5.1	20.1.17
Seditiones quomodo perdidit democratiam	22.2.3	20.1.17
Seditiones viri alicuius boni & constantis præsentia & interuentu sedari possunt	23.9.12	20.1.17
Seditiones excalescentes paulatim, nõ impetu sunt sedandæ	23.5.9	20.1.17
Seditiones ob electiones consulum & ob alias causas	23.5.5	20.1.17
Seditiones à declamatoribus quare	17.2.16	20.1.17
Seditionum authores exemplariter puniendi: at aliis vbi imminet magna strages populi remittenda seueritas	23.9.15	20.1.17
Seditionum contraria illis remedia	25.5.6	20.1.17
Seditionum occasiones & causæ sunt tollendæ ad euitandas seditiones	23.9.5	20.1.17
Seditionum ex declamatorum factionibus remedia	17.2.17. & 18	20.1.17
Seditionibus militaribus quare grauior pœna imposita	23.9.17	20.1.17
Seditionibus tria genera remediorum obicienda & quæ	23.9.1	20.1.17
Seditioforum ad concitandam plebem qui fieri & persuasiones	23.3.10	20.1.17
Seianus maxima authoritate à Traiano honoratus sibi imperium vsurpare tentauit	22.9.4	20.1.17
Seiani coniuratio in principem ex nimia authoritate à Tiberio dextere antequam sentiret vindicata	22.10.2	20.1.17
Cessio bonorum	23.5.8	20.1.17
Segnieur, vnde dicitur	19.1.9	20.1.17
Seleuci & Antiochi fratrum discordia causa amittendi regnum Persicum	25.1.6	20.1.17
Senatus Summi Pontificis Cardinalium	24.4.11	20.1.17

I N D E X.

Senatus Romæ pro consilio reipub. 24.	Sol quantum distet à terra controuersum	21.9.4
4.1.&2	Sol & Luna steterunt loco	21.7.5
Seneca cum matre Neronis stuprum committere reus factus & adulterij & proditiõis Neronis	Sol in mercedem datus & acceptus	21.3.26
17.7.7	Solis ortus & occasus bis in Aegypto immutatus	21.7.7
Seneca à quibus reiectus	Solis deliquium tempore passionis Christi mirabile	21.7.3
16.8.3	Solis & Lunæ defectus etiam quadrupedes pauent	21.7.4
Senes eligi & magistri debent adhiberi consilio reipublicæ	Solis vis & effectus	21.7.4
24.6.1	Solem compati cum homine, & sexies splendidiorem fuisse ante peccatum hominis qui dixit	21.7.2
Sententiam consuletium princeps semper non tenetur sequi	Soles duo	21.7.12
24.8.4	Soles tres visi quid significarint	21.7.11
Sententiam in consilio cur nobiliores & præcipui dicere postremi debeant	Soles tres ante triumphatum Antonij Lepidi Octauij in cælo visi	21.6.13
24.7.2	Soles multiplicati Tyrannidem futuram præfigerunt	21.7.6
Sephora & Phua obstetrices bonæ Israelis	Solon recusauit tyrannidem delatam sibi à ciuibus suis	26.2.2
14.2.2	Solonis lex examinata de se coniungendo alterutri parti seditiosorum vel factiosorum	23.4.5
Sepultura Adæ ubi	Sophistæ Sophi vnde dicti	17.6.1
20.1.1	Sophistica ars damnanda	17.3.9
Sermo discendus est ex cõsuetudine loci	& ex quibus fiant syllogisticae deceptiones, 10	
15.3.1	Sophisticorum & Dialecticorum in perditione temporis emendatio vt procuranda	17.3.13
Sermo debet rei de qua agit accommodari	Sparthanorum respub. à quo mutata	21.2.8. & 10
17.4.7	Spartiatæ non sinebant peregrinari filios antequam eruditi essent disciplina patria	18.2.8
Sermoni perficiendo quæ concurrere debent	Spiritus opera & fructus	21.9.22
15.3.3	Spiritus probandi antequam eis adhareamus	15.6.8
Serpentis dentes quot & eorû in Cadmi fabula feminatio quid	Spurius Cassius ob concupitam tyrannidem necatus	22.11.10
16.2.5	Statuæ publicæ professoribus & præceptoribus dicatæ	18.3.6
Serui Volturnensium quomodo tandem rempublicam occupauerint	Status tres generales dicti regni cur olim fuerint congregati, 24.5.1. & seq.	
22.4.4	Status generales seu comitia Galliarum quid	24.4.8
Sigla in scriptura, & prohibitio ne per notas scribatur	Statuta scholarum quis condere aut mutare debeat	18.8.2
16.1.6	Statutû de hæreticis in sexto, explicatio	26.5.23
Signa futurarum calamitatum in cælestibus sunt vt in aliis prodigijs interdum admittentia remedia, interdum minime	Stella cornuta præcessit cladem magni exercitus Xerxis	21.6.7
21.9.26	Stellarum quanta sit magnitudo, controuertitur	21.9.3
Signa & prodigia non sunt causæ futurorum, sed inditia futurorum	Stellis singulis animas esse mortalium qui dixerint	21.7.27
21.10.2		
Signa futurorum, naturalia & supra vel præter naturalem ordinem		
21.9.28		
Signa cælestia malorum præfagia, quomodo in fauorem bonorum & malorum dentur à Deo		
21.10.3		
Signati saluandi		
16.3.18		
Silentes quæ dicenda sunt reprehedendi		
17.4.10		
Silentium vitæ periculo sancitum		
24.6.7		
Silentium commendatur aut meliora silentio loqui		
17.4.6		
Silentium multis commendatur		
17.4.2		
Silentium & taciturnitas requiritur in consiliarijs reipub.		
24.6.6		
Silentium scholasticorum Pythagoricorum		
17.4.4		
Simulatio specie amicitia decipit		
22.11.6		
Siloduri qui		
26.6.3		
Sillogismi vis & partes in eo considerandæ		
17.3.2		
Socratis vitia		
17.7.2		
Sol cælestium corporum moderator & inferiorum		
21.7.1		

Stellas

I N D E X

Stellas & mundum qui dixerint habere animam	21.9.2	Imaginis superbiæ efformatio	22.6.2
Stellas regi quibusdam interioribus spiritibus qui dixerunt	21.7.26	Superbus quis dicatur	22.6.4
Stiliconis proditiõ in honorium & mors	26.4.10	Superborum regum, exitus humillimus	22.6.3
Stipendia doctoribus sine imminutione solueda	18.4.2	Suppositionis partus vitandæ remedia	14.1.9
Stipendia academiæ non sunt dicenda immensa habita ratione virorum doctentium & reipublicæ	18.4.4	Suppositionis partus mala	14.1.8
Stoici athei	17.7.6	Supplicio non semper vtendum in seditionibus præcauendis	23.8.7
Studentibus non dantur priuilegia nisi studeant in loco scholæ priuilegiatæ	18.6.10	Suspectus de occupanda tyrannide an possit ante iudicium necari	26.7.6
Studium quid	18.1.1	Sybaritarum respública ob delicias subuerfa	22.4.6
Studium generale curiæ Romanæ introductum	18.1.8	Syderibus qui tribuerint mutationem rerum publicarum	21.3.2
Studia per se quare digna fauore maxime iurisperdentia	18.7.2	Synodi ecclesiasticæ	24.4.12. & 13
Studia iuris qua lege sunt recepta à regibus Calliæ	18.5.2		
Studia illiberalia quæ	18.1.2		
Studia generalia & publica quæ hodie dicantur	18.1.7		
Studia quædam prohibita quædam permissa quædam generalia, quædam singularia & præcipua & subseruientia & quæ illa sint	18.1.3		
Studis debet quis tradi, quibus natura videtur esse idoneus	15.1.17		
Stuprandæ mulieris talis sortita	22.3.13		
Subditi quare non possint iudicare de peccatis principis sui	26.5.24		
Subditi tyrannicè imperantium legitimorum principum non possunt illum ideo improbare, vel ei rebellare	26.7.10		
Subditi nihil possunt moliri in superiore principem etiam tyrannicè & male imperantem & quare	26.7.8		
Subscribere non debet quis facile oblati	16.2.8		
Suenonum in Hispania regni initium & finis	20.1.23		
Sumptus in gradibus accipiendis taxati	18.9.13		
Superbia ademit principatum dæmoni, & primo homini in creata	22.6.1		
Superbia ex rebus secundis oritur vt ple runque	22.6.6		
Superbia quomodo decipiantur superbi & in pericula coniciantur	22.6.3		
Superbiæ remedium se nosse & vires suas	22.6.4. & 5		
Superbiæ mala & nocentia	22.6.2		
Superbiæ obitienda quæ remedia & præcautiones	22.6.5		
Superbiæ & arrogantia imago	22.6.2		

T

Tabularum appellatione quid veniat	16.3.4
Tabulis gypfatis scriptum	16.3.8
Tacenda quædam sunt	17.4.8
Tacenda & loquenda, priusquam dicamus consideranda sunt	17.4.6
Tamberlanes flagellum & ira Dei	21.6.16
Tau signum saluiferum	16.3.18
Tarentinorum respública mutationis causa	22.1.3
Tarquinijs superbi Luxuria finis regni Romanorum fuit	22.3.2
Tartarici regni origo	19.1.16
Tempestates procedunt ex causis naturalibus tamen & sunt in signum iudicij Dei	21.9.28
Templari vno die necati omnes per orbem	16.2.5
Tempus præteritum præsens & futurum quomodo considerandum in consilio	24.2.2
Terentij reprehensores	16.8.5
Terræ diuisionem per climata quis improbauerit	21.9.7
Terror paucis vt diuinus timendus est	21.6.16
Tertulliani lectione delectatus Cyprianus	16.10.2
Testimonia à mortuis voce propria & corpore visibiliter resuscitato prolata & postea mortuis ad sepulchrum reuertentibus	15.5.11
Teutones Cucullati fratres dicti	23.6.3
Theodosius temere venditioni vxoris suæ subscripsit	16.2.8
Theologia Ethnicorum curiosè docta	17.10.4. eius tres species, cod.
Theologia Aristotelis quantum distet à nostra	17.10.6

C



I N D E X.

Theologiae studium maxime reipub. necessarium 17.10.2  
 Thyso insignis tyrannus voluit loquedi & fendi libertatem eximere subditis 22.7.5  
 Timor Dei debet adesse consiliariis principis vel reipub. quare 24.6.4  
 Trabes in caelo visae antequam Lacedaemonij amitterent imperium 21.6.8  
 Tribunorum plebis vt ditarentur artes 22.1.6  
 Tributum solutionis faciendae vnius praedij de tribus 22.12.1  
 Tributorem exigendorum gratia quare interdum rex Galliae conuocet status 24.5.3  
 Tributorem impositorem inconsiderate causa, rebellio & defectio 22.12.1  
 Turcomanici regni origo 19.1.17  
 Turpia dictu & factu non proponenda inter pueros 15.1.4  
 Turpia factu, turpia dictu quoque sunt 17.4.10  
 Turpia ab oculis puerorum submouenda 15.1.15  
 Tutor Alexij Andronicus, eum necauit vt sibi imperium acciperet 21.3.7  
 Tutor datus ab Augusto paruis 18.2.7  
 Tutores qui inuaserunt imperia & regna minorum suorum praetextu aetatis 26.4.10  
 Tyrannicidae cur grauius puniendi 26.7.17  
 Tyrannis Deus vtitur ad exequendam suam vindictam, 19.1.10. sed non ideo tyranni excusandi, eod.  
 Tyrannis quomodo in monarchiam mutetur 22.1.2  
 Tyrannidis suspectus an possit necari & praueniri 26.7.6  
 Tyrannidem concupiscentes Romae vt puniti 22.11.10  
 Tyrannus quis 26.7.1  
 Tyrannus quibus modis efficiatur legitimus princeps 26.7.4  
 Tyrannus primus in orbe Cain 20.1.3  
 Tyrannus qui illegitimè occupauit principatum etiam si bene regnet & sine crudelitate 26.7.1  
 Tyrannu occidi posse a quolibet, est inter damnatos articulos per consilium 26.7.11  
 Tyrannum num liceat cuiuslibet occidere tractatur lib. 26. per totum cap. 7.  
 Tyranni qui improprie a vulgo & quare dicantur 26.7.2  
 Tyranni ipsi successores in principatu legitimo principi necato, vindictam sumpserunt de occisoribus 26.7.13  
 Tyranni ab aliis tyrannis puniuntur & tolluntur Dei iudicio 21.3.31  
 Tyranni quidam se a sceleribus per factum & necessitatem excusabant sed male 21.3.35  
 Tyranni in occisione licita quae circumstantiae concurrere debent 26.7.12  
 Tyranni suscitantur vt alios tyrannos de terra tollant 20.1.19  
 Tyranni & principis boni differentia 24.8.12  
 Tyranni etiam dicuntur, qui post inuatum principatum curat, se more legitimum principum postea in augurari aut vngi 26.7.3  
 Tyrannorum perpetuus metus & poena in alio seculo iuxta Ethnicos 26.3.7  
 Tyrannorum facta interdum probata, & ipsi reprobatu quia mala intentionis 21.3.29  
 Tyrannorum mos ad vsurpandam tyrannidem concitare populum & seditiones ferere, protectionemque fortiorum suscipere 23.3.9  
 Tyrannos occidentibus legibus data impunitas 26.7.5  
 Tyrannos, licet inuadere illis qui belli inferendi habent potestatem 26.7.17  
 Tyrannos Deus immittit vt tyrannos alios tollat 26.7.17  
 Tyrannice viuentes principes si ab aliis pendeant, & vasalli sunt, possunt ab illis puniri 26.7.19

V

VAcationes lectionum temperandae 18.8.5  
 Valachorum factiones duae Danorum & Draculorum statum eius regni perdiderunt 23.3.4  
 Valens imperator, accepto responso a daemone quod ei successurus esset quidam cuius nomen inciperet Theod. quamuis multos necauerit, tamen statum vitare nequiuit 21.3.8  
 Varietate de statu regni Galliae 21.3.20  
 Venena quibus habere licet 17.9.3  
 Venetorum ducatum qui sponte deposuerunt 26.2.5  
 Verbum triplex substantiale internum enunciatium quid 15.5.1  
 Verba sacrae scripturae non sunt immutanda etiam in eloquentiora 17.2.14  
 Verborum extraordinariorum sensus quomodo perpendendus 15.6.9  
 Verborum sacrae paginae magna efficacia 17.2.4  
 Verborum ociosorum & superfluum reddenda ratio 17.4.3  
 Verborum atque sermonis iuuentio quare fuit

I N D E X.

fuit 15.3.5  
 Verbis simplicibus vtendum volenti amice consulere 17.2.10  
 Veritas fortior omni arte dicendi contraria 17.3.8  
 Veritatis amor quid in consiliariis principis 24.6.5  
 Versus quot sint in sacris bibliis iuxta sermonem Hebraicum 16.9.5  
 Versus notabantur quod essent in quolibet opere per scribas 16.9.5  
 Versibus memoria fulciuntur 17.5.4  
 Vestimenti primi Adami significatio 16.2.3  
 Vicinus vicino inuident siue princeps, siue priuatus 21.1.23  
 Victores principatum & rerum publicarum mutant formas 22.1.3  
 Viennensis academiae institutio & origo prima 18.6.6  
 Vile quid existimandum 15.1.5  
 Vindicta non semper vtendum in opprimendis seditionibus imminetibus 23.9.7  
 in Virgilio quid reprehensum 16.8.5  
 Viriatus Hispanorum princeps a dilectis proditus 22.11.1  
 Virgines exerceri voluit Lycurgus palaestra lucta & aliis 15.2.2  
 Virgines ante matrimonium a tyrannis seruis constupratae 22.4.4  
 Viriati Hispani virtus bellica 19.1.19  
 Vita hominis longissima constituta centum annorum 21.5.3  
 Vita principis charior subditis ipsa propria 26.6.3  
 Vita priuata eligibilior sapientia quam publica imperandi 26.2.3  
 Vita nostra non pendet ex nostro arbitrio, sed ex superiore fato 21.8.2  
 Vita terminus fatalis definitum quem transgredi non possumus 21.3.28  
 Vitia quaedam sunt pueris naturalia quae a paedagogis vix aut nunquam emendari queunt 15.1.16  
 Vmbilico male infantibus praefecti periculum imminens vitae 14.2.4  
 Vniuersitas quare studium generale dictum 18.1.7  
 Voces a Deo extraordinariae de caelo semper aliquid extraordinarium magnum indicantur 15.5.4  
 Voces de caelo praenuntiae calamitatum futurarum populi & urbium 15.6.11  
 Voces diuinae per imposturas confictae 15.5.5  
 Voces inconsumptae miraculosa quomodo sint considerandae 15.6.1  
 Volucentium respublica ob voluptates in seruos recidit 22.4.4  
 Voluntas hominis non pendet ex impressionibus corporum caelestium quod pluribus rationibus docetur 21.9.18  
 Voluntati Dei nemo obistere potest impune 21.12.9  
 Voluptas & auaritia perdidit regna & populos 22.4.7  
 Voluptatibus victus Annibal alias inuictus 22.4.3  
 Urbibus vt hominibus singulis fatum proprium vt regnent vel corrumpant 21.3.18  
 Vriac literae quae dicantur 16.2.5  
 Vtilitas publica dicitur populi, non solius principis 24.8.12  
 Vtilitati & lucro etiam contra hostes honestum est praeposendum 24.8.9  
 Vtilitas publica quibus mediis & causis praefenda priuatae 24.8.11  
 Vulgari lingua cur negotia debeant transigi & expediri in iudicio vel extra, 15.3.9. & vbi id seruari iussum, eo. 22.2.8  
 Vulgi qualis praua natura 22.2.8  
 Vuensellai imperatoris depositio disputata 26.5.19  
 Vuensellus quare ab imperio per electores depositus 26.4.3  
 Vxor pulchritudinis ostensio marito causa mortis 22.3.7  
 Vxores prolis habendae causa qui aliis communicarunt 14.1.3  
 Vxores non ducentium poena & ducentium praemia 14.1.2  
 Vxoribus non semper congregiendum 14.1.1  
 Z  
 Zopirus quomodo deceperit Babylonios 22.11.6

C 2.

F I N I S.